g̃ ꝙ depuratio forme nõ ipedit cognitõem ſingularꝭ ni/
ſi ſm terminũ ad quẽ q̃ ẽ puritas quã in itellectu hꝫ. ſed
iſta puritas forme ẽ tñ ꝓpter imunitatẽ itellect⁹ a mate
ria. g̃ iſta ẽ ſola rõ q̃re itellectus noſter ſingularia nõ co/
gnoſcit. q: ẽ a materia ſepat⁹. ⁊ ſic habeꝛ ꝓpoſitũ ꝙ deus
ſingularia nõ cognoſcit. quia in deo eſt maior puritas

¶ Preterea. ſi deus cognoſcat ſingularia oꝑtet ꝙ oīa cognoſcat . q2 eadē ē rō de vno ⁊ de oībꝫ . ſ3 nō cognoſcit oīa . ḡ nulla cognoſcit . ꝓbatio medie ſicut dr̄ Auguſti. in ench. melius eſt multa neſcire ꝗ̄ ſcire . ſ. vilia . ſ3 inter ſingularia multa ſunt vilia . cū ḡ omē qd̄ meliꝰ ſit . ſit deo attribuendū . videt̄ ꝙ nō oīa ſingularia cognoſcat ¶ Preterea . oīs cognitio fit ꝑ aſſimilatōem cognoſcētis ad cognitū . ſ3 nulla eſt aſſimilatio ſingulariū ad deū . q2 ſingularia ſunt corruptibilia ⁊ multa alia hmōi hn̄t . q̄ꝝ ꝯ̄ria penitus ſunt in deo , ergo deus ſingularia nō cognoſcit.

¶ Preterea quicq̄d deus cognoſcit ꝑfecte cognoſcit . ſ3 ꝑfecta cognitio nō habet̄ de re niſi qn̄ cognoſcit̄ eodem mō q̄ eſt . cū ergo deus nō cognoſcat ſingulare eo mō q̄ ē q2 ſingulare materialr̄ eſt . deus āt imaterialr̄ cognoſcit . videt̄ ꝙ deꝰ nō poſſit ꝑfecte ſingularia cognoſcere . ⁊ ita nullo mō cognoſcit. ¶ S3 diceres ꝙ ꝑfecta cognitio req̄rit vt cognoſcens cognoſcat rē eo mō quo eſt vt modꝰ accipiat̄ ex ꝑte cogniti . nō āt ſi accipiat̄ ex ꝑte cognoſcētꝫ ¶ S3 ꝯtra . cognitio fit ꝑ applicatōnem cogniti ad cognoſcentē . ḡ opo3 ꝙ idē ſit modus cogniti ⁊ cognoſcētis . ⁊ ſic p̄dicta diſtinctio nulla videt̄. ¶ Preterea ſc̄m phm̄ . ſi aliq̄s vult inuenire rē aliquā . oꝑtet ꝙ aliquā cognitōem de ea p̄habeat . nec ſufficit ꝙ formā cōem habeat . niſi ꝑ aliq̄d forma illa ꝯtrahat̄ . ſicut aliq̄s ſuū amiſſū q̄rere nō poſſet ꝯuenienter . niſi aliquā cognitōem de ipo p̄habuiſſet . q2 nō cognoſceret qn̄ etiā inueniret eum . nec ſufficeret ꝙ ſciret eū eē hoīem . q2 ſic eū a ceteris nō diſcerneret . ſ3 oꝑtet ꝙ habeat aliquā noticiā ꝑ ea q̄ ſunt ei ꝓpria . Si ḡ deus d3 cognoſcere aliq̄d ſingulare . opo3 ꝙ forma cōis ꝑ quā cognoſcit . ſ. eēntia ſua ꝑ aliq̄d ꝯ̄hat̄ . cū ḡ nō ſit aliq̄d in ipo ꝑ qd̄ ꝯtrahi poſſit videt̄ ꝙ ipe ſingularia nō cognoſcat. ¶ S3 diceres ꝙ illa ſpēs ꝑ quā deꝰ cognoſcit ita eſt cōis . ꝙ tn̄ eſt ꝓpria vnicuiq3 ¶ S3 cōtra . ꝓpriū ⁊ cōe adinuicē opponunt̄ . ḡ nō p̄t eē vt ide3 ſit forma cōis ⁊ ꝓpria ¶ Preterea cognitio viſus nō determinat̄ ad aliq̄d coloratū ꝑ lucē q̄ ē in viſu mediū . ſ3 determinat̄ ꝑ obiectū q̄ ē ipa res colorata . ſ3 in diuina cognitōe eēntia eius qua res cognoſcit ſe h3 ſicut mediū cognitōnis ⁊ ſicut lux q̄dā ꝑ quā cognoſcunt̄ oīa . vt etiam Dyo . dr̄ . vij . ca . de di . no . ḡ cognitio eius nullo mō determinat̄ ad aliq̄d ſingulare . ⁊ ſic ſingularia non cognoſcit.

¶ Preterea ſcia cū ſit qualitas ē talis forma ꝑ cuiꝰ variatōem mutat̄ ſubiectū . ſ3 ad variatōnem ſcitoꝝ mutat̄ ſcia . q2 ſi te ſedere ſciui te ſurgente ſciam amiſi . ḡ ad variatōem ſcitoꝝ mutat̄ ſciens . ſed deus nullo mō mutari p̄t . ḡ ſingularia q̄ ſunt variabilia ab eo ſcita eſſē non pn̄t.

¶ Preterea . nullꝰ p̄t ſcire ſingulare niſi ſciat illud ꝑ qd̄ ſingulare cōplet̄ . ſ3 cōplementū ſingularis inq̄ꝫtū hmōi ē materia . deus āt materiā nō cognoſcit . ḡ nec ſingularia . ꝓbatio medie . q̄dā ſunt vt dr̄ Boetiꝰ ⁊ Cōmēta . in 2° metaphi . q̄ ſunt nobis difficilima ad cognoſcendū ꝓpter defectū noſtꝝ . ſicut ea q̄ ſunt manifeſtiſſima in natura vt ſubē imateriales . q̄dā v̄o nō cognoſcunt̄ ꝓpter ſui defectū . ſicut illa q̄ hn̄t minimū de eē . vt motus ⁊ tp̄s ⁊ vacuū et hmōi . ſ3 materia p̄ma h3 minimū de eē . ḡ deus materiā nō cognoſcit cū de ſe ſit incognoſcibilis ¶ S3 diceres ꝙ ꝗ̄uis ſit incognoſcibilis intellectui nr̄o nō tn̄ intellectui diuino ¶ S3 ꝯtra intellectus noſter cognoſcit res ꝑ ſilitudinē acceptā a re . ſ3 intellectꝰ diuinus ꝑ ſilitudinē q̄ ē cā rei . ſ3 maioꝛ ꝯuenientia req̄rit̄ inter ſilitudinē q̄ eſt cā ⁊ rē ipam ꝗ̄ inter ipam ⁊ aliā ſilitudinē . cū ḡ defectꝰ materie ſit in cā vt nō poſſit eē in intellectu nr̄o tanta ſilitudo q̄ ſufficiat ad eiꝰ cognitōem multo fortius erit in cā vt non ſit in intellectu diuino ſilitudo materie ad ipa3 cognoſcēdā ¶ Preterea ſc̄m algaſel . hec ē rō q̄re deꝰ cognoſcit ſeipm̄ . q2 ea tria q̄ ad intellectū req̄runt̄ . ſ. ſuba intelligens intellectus q̄ ſit a materia ſepata ⁊ītelligibile ſepatum a materia ⁊ vnio vtriuſq3 in deo inueniunt̄ ex quo habemus ꝙ nihil intelligit̄ niſi inq̄ꝫtū eſt a materia ſepatum . ſ3 ſingulare inq̄ꝫtū hmōi nō ē a materia ſepatū . ḡ ſingulare intelligi nō p̄t ¶ Preterea cognitio media ē inter cognoſcentē ⁊ obiectū ⁊ q̄ꝫtū cognitio magꝫ a cognoſcente deſilit . tanto impfectioꝛ ē . qn̄ aūt cognitio in aliq̄d fert̄ qd̄ ē extra cognoſcentē in aliud deſilit . cū ḡ cognitio diuina ſit ꝑfectiſſima nō videt̄ ꝙ cognitio eius ſit de ſingularibꝫ q̄ ſunt extra ipm̄ ¶ Preterea cognitiōis actꝰ ſicut depēdet a potētia cognitiua eēntialr̄ . ita eēntialr̄ dependet ab obiecto cognoſcibili . ſ3 ipoſſibile eſt ponere ꝙ actus diuine cognitōis q̄ ē ſua eēntia ab aliquo extra ſe eēntialiter depēdeat . ḡ incōueniēs eſt dicere ꝙ cognoſcit ſingularia q̄ ſunt extra ipm̄ ¶ Preterea nihil cognoſcit̄ niſi ſc̄m modū q̄ ē in cognoſcēte . vt Boetiꝰ dr̄ in q̄nto de ꝯſola . ſ3 res ſunt in deo imaterialr̄ ⁊ ita abſq3 ꝯgregatione materie ⁊ ꝯditionū ipius . ḡ nō cognoſcit ea q̄ a materia dependēt ſicut ſingularia. ¶ S3 ꝯtra ē qd̄ dr̄ p̄mo corinth . xiij . tunc cognoſcā ⁊c . ipe āt apl's . q̄ loq̄bat̄ quodam ſingulare erat . ergo ſingularia a deo ſunt cognita.

¶ Preterea res cognoſcunt̄ a deo inq̄ꝫtū ipe ē cā earu3 vt ex p̄dictis p3 . ſ3 ipe eſt cā ſingulariū . ḡ ſingularia cognoſcit ¶ Preterea ipoſſibile ē cognoſcere naturā inſtrumenti . niſi cognoſcat̄ id ad qd̄ inſtrumētū ē ordinatū ſ3 ſenſus ſunt q̄dam potētie īſtrumētalr̄ ordinate ad ſenſuū cognitōem . ſi ḡ deus ſingularia nō cognoſceret etia3 naturā ſenſus ignoraret . ⁊ ꝑ ꝯn̄s etiā naturā intellectꝰ humani cuiꝰ forme in imaginatōe exiſtētes ſunt obiectū qd̄ ē abſurdū ¶ Preterea potētia dei ⁊ ſcia adequāt̄ . ḡ quicq̄d ſubeſt eiꝰ potētie etiā ſubeſt eius ſcie . ſ3 potentia eiꝰ ſe extēdit ad ꝓductōem ſingulariū . ḡ deꝰ ⁊ ſcia eius ſe extēdit ad cognitōem eoꝛundē ¶ Preterea ſicut ſup̄ dictū ē . deus h3 cognitōe3 de rebꝫ ꝓpriā ⁊ diſtinctā . ſ3 h̄ nō eēt niſi ſciret ea qbꝫ res ad inuicem diſtinguunt̄ . ḡ cognoſcit ſingulares ꝯditōes cuiuſlibet rei ſc̄m quas vna res ab alia diſtinguit̄ . ḡ cognoſcit ſingularia in ſua ſingularitate ¶ R̄ſ° dōm ꝙ circa hoc multiplr̄ erratū fuit. q̄dā eīn vt Cōmēta . in 2° metaphi . dr̄ ſimplr̄ negauerunt deū ſingularia cognoſcere niſi forte ī vl'i volētes naturam diuini intellectus ad mēſurā noſtri intellectus coartare ¶ Sed hic erroꝛ deſtrui p̄t ꝑ rōem q̄ ꝯtra Empedo . inuehit̄ in p̄mo de aīa ⁊ in 3° metaphice Si eīn vt ex dictis Empedoclis ſeq̄bat̄ deꝰ odiū ignoraret qd̄ alia cognoſcebāt ſeq̄ret̄ deū eē inſipientiſſimū . cū tn̄ ipe ſit feliciſſimus ac ꝑ hoc ſapientiſſimus . ſilr̄ ḡ ſeq̄ret̄ ſi ponat̄ deus ſingularia ignorare q̄ nos oēs cognoſcimꝰ. Et iō alij dixerūt vt Auicē . ⁊ ſequaces eiꝰ ꝙ deꝰ vnūq̄dq3 ſingulariū cognoſcit q̄ſi in vl'i dū oēs cauſas cognoſcit vl'es ex qbꝫ ſingulare ꝓducit̄ . ſicut ſi q̄s aſtrologus cognoſceret oēs motus celi ⁊ diſtātias celeſtiū coꝛpoꝝ cognoſceret vnāquāq3 eclipſim q̄ futura eſt vſq3 ad centū annos . nō tn̄ cognſceret eā inq̄ꝫtū ē ſingulare q̄ddā vt ſciret ea3 nūc eē vel nō eē . ſicut ruſticus dū eā videt ⁊ hoc mō ponunt deū ſingularia cognoſcere nō q̄ſi ſingularē natura3 eoꝝ iſpiceret . ſ3 ꝑ cognitōem vl'ium cauſaꝝ Hec āt poſitio ſtare nō p̄t . q2 ex cauſis vl'ibꝫ non ſequunt̄ forme niſi forme vl'es ſi nō ſit aliq̄d ꝑ qd̄ forme īdiuiduent̄ . ex forꝫ

Prima opīo
Reꝓbat̄
Scd̄a opīo
Reꝓbat̄

mis aūt vniuerſalib⁹ ꝯgregatis quotcūq; fuerint nō con
ſtituitur aliqđ ſingulare. qꝛ adhuc collectio illaꝝ forma-
rum pt intelligi in pluribus eſſe. ⁊ ideo ſi aliqs modo ſu
pradicto p cauſas vniuerſales eclypſim cognoſceret. ni-
hil ſingulare ſed vle cognoſceret tm̄. vlis em̄ effectus pro-
portionat̄ cauſe vniuerſali. particularis autē particulari.
Tercia o- et ſic remanet pdictū incōueniens q̄ de⁹ ſingularia ignora
pinio ⁊ ꝓba ret ¶ Et ideo ſimplr ꝯcedēdū eſt q̄ de⁹ ſingularia cogno
ſcit nō ſolum in vniuerſalib⁹ cauſis. ſed vnūqđq; ſm pro-
priā ⁊ ſingularem eius naturā. ¶ Ad cuius euidentiā
ſciendū. q̄ ſciētia diuina quā de reb⁹ habet cōparat̄ ſcien-
tie artificis. eo q̄ eſt cā omniū rerū. ſicut ars omniū arti-
ficiatoꝝ. artifex aūt ſm hoc cognoſcit artificiatum p for-
mā artis quam hʒ apud ſe ſm q̄ ipſuʒ ꝓducit. artifex au
tem nō ꝓducit artificiatū niſi q̄ntum ad formā. qꝛ materi
am ad artificiata natura ꝑparauit. ⁊ ideo artifex p artem
ſuā nō cognoſcit artificiata niſi rōne forme. oīs aūt for-
ma de ſe vniuerſalis eſt. ⁊ ideo edificator p artem ſuā co-
gnoſcit quidē domū in vniuerſali. nō aūt hanc vel illam.
niſi ſm q̄ p ſenſum eius notitiā ſumit Sed ſi forma artis
eſſet ꝓductiua materie ſicut eſt forme. p eā cognoſceret
artificiatū ⁊ rōne forme ⁊ rōne materie. Et ideo cū indi-
uiduatōis ꝑncipiū ſit materia. nō ſolum cognoſceret ip-
ſam ſm naturā vniuerſalē. ſed etiā inq̄ntum eſt ſingulare
quoddam Unde cū ars diuina ſit ꝓductiua nō ſolū for-
me ſed materie in arte ſua non ſolum exiſtit ſilitudo for-
me ſed etiā materie. ⁊ ideo cognoſcit res ⁊ q̄ntum ad ma
teriā ⁊ q̄ntum ad formā. vnde nō ſolum vlia ſed etiā ſin-
gularia cognoſcit ¶ Sed tūc reſtat dubiū. cū omne qđ ſit
in aliquo ſit in eo p modū eius in quo eſt. ⁊ ita ſimilitudo
rei nō ſit in deo niſi materialiter. vnde eſt q̄ intellect⁹ no-
ſter ex hoc q̄ imaterialiter recipit formas rerū ſingularia
nō cognoſcit. deus aūt cognoſcit Cuius rō manifeſte ap
paret ſi ꝯſideret̄ diuerſa habitudo quā hn̄t ad rē ſilitudo
rei que eſt in intellectu noſtro. ⁊ ſilitudo rei que eſt in in-
tellectu diuino illa em̄ q̄ eſt in intellectu nr̄o ē accepta a re
ſm q̄ res agit in intellectū noſtrū agēdo p ꝑus in ſenſuʒ.
materia aūt ꝓpter debilitatē ſui eſſe. qꝛ eſt in potentia ens
tm̄. nō pt eſſe ꝑncipiū agendi. ⁊ ideo res que agit in aīaʒ
noſtram agit ſolum p formā Un̄ ſimilitudo rei que imp
mitur in ſenſuʒ ⁊ p quoſdā gradus depurata vſq; ad in
tellectū ꝑtingit. eſt tm̄ ſilitudo forme. ſed ſimilitudo reꝝ
que eſt in intellectu diuino. eſt factiua rei. res aūt ſiue for-
te ſiue debile eſſe participet. hoc nō habet niſi a deo. ⁊ ſm
hoc ſimilitudo oīs rei in deo exiſtit ſm q̄ res illa a deo
participat eſſe. Unde ſilitudo imaterialis que eſt in deo
nō ſoluʒ eſt ſimilitudo forme ſed materie. et qꝛ ad hoc q̄
aliquid cognoſcatur requiritur q̄ ſimilitudo eius ſit in co
gnoſcente. nō aūt q̄ ſit p modū quo eſt in re. inde eſt q̄ in
tellectus noſter nō cognoſcit ſingularia quoꝝ cognitio ex
materia dependet. qꝛ nō eſt in eo ſilitudo materie. nō au
tem ꝓpter hoc q̄ ſilitudo ſit in eo immaterialiter. ſed in-
tellectus diuinus qui habet ſilitudinē materie q̄uis ima
terialiter pt ſingularia cognoſcere ¶ Ad ꝑmum ergo
Ad .j. dōm. q̄ intellectus noſter cū hoc q̄ eſt ſeparatus a mate
ria habet cognitōem acceptā a reb⁹. ⁊ ideo nec materiali
ter recipit. nec ſilitudo materie in eo poteſt eſſe. ⁊ ꝓpter h
ſingularia non cognoſcit. ſecus aūt eſt de intellectu diuino
vt dictū eſt. ¶ Ad ſecūdū dōm. q̄ ſenſus ⁊ imaginatio
Ad 2 ſunt vires organis affixe corpalib⁹. ⁊ ideo ſilitudines rerū
accipiūtur in eis materialiter ⁊ cū materialib⁹ ꝯditōnib⁹
q̄uis abſq; materia. rōne cuius ſingularia cognoſcāt. ſe-
cus aūt eſt de intellectu. ⁊ ideo rō nō ſequitur ¶ Ad ter Ad 3
ciū dōm q̄ ex termino depuratōis ꝯtingit q̄ immateria-
liter recipiat̄ forma. qđ nō ſufficit ad hoc q̄ ſingulare non
cognoſcat̄. ſed ex ꝑncipio huius actionis ꝯtingit q̄ ſimili-
tudo materie in intellectu nō recipiat̄. ſʒ forme tm̄. ⁊ ideo
rō nō ſequit̄. ¶ Ad quartū dōm q̄ oīs notitia ſm ſe
de genere bonoꝝ eſt. ſed p accidēs ꝯtingit q̄ notitia quo Ad 4
rūdam viliū mala ſit. vel ex eo q̄ eſt occaſio turpis actus
alicuius. ⁊ ſm hoc quedā ſcientie ſunt prohibite. vel ex h
q̄ p quaſdā ſciās aliquis a melioꝛib⁹ retrahit̄. ⁊ ſic qđ in ſe
eſt bonū efficit̄ alicui malū. qđ in deo ꝯtingere nō poteſt. Ad 5
¶ Ad quintū dōm q̄ ad cognitōem nō requirit̄ ſimilitu
do cōformitatis in natura. ſed ſilitudo repſentatōnis tm̄
ſicut p ſtatuā auream ducimur ad memoriā alicui⁹ hoīs.
rō aūt ꝓcedit ac ſi ſilitudo ꝯformitatis nature ad cogni
tionē requireret̄ ¶ Ad ſextū dōm. q̄ ꝑfectio cognitiōis Ad 6
cōſiſtit in hoc q̄ cognoſcat̄ res eſſe eo mō quo eſt non vt
modus rei cognite ſit in cognoſcente. ſicut ſepe ſupra di-
ctum eſt ¶ Ad ſeptimū dōm. q̄ applicatio cogniti ad co Ad 7
gnoſcentē qui applicatōem facit nō eſt intelligenda p mo
dum identitatis. ſed p modū cuiuſdam repſentationis.
vnde nō oportʒ q̄ ſit idem modus cognoſcētis ⁊ cogniti Ad 8
¶ Ad octauū dōm. q̄ rō illa ꝓcederet ſi ſilitudo qua de
us cognoſcit eſſet ita cōis q̄ nō eſſʒ ſingularis ⁊ ꝓpria. cu Ad 9
ius ꝯtrariū ſupra oſtenſuʒ ē. ¶ Ad nonū dōm. q̄ idē ſm
idem nō pt eſſe ꝯmune ⁊ ꝓpriuʒ. qualiter aūt eſſentia di
uina p quā de⁹ cognoſcit oīa ſit ſilitudo cōis omnium
et tm̄ ꝓpria ſingularis ſupius expoſitū eſt ¶ Ad decimū Ad 10
dōm. q̄ in viſu corpali eſt duplex mediū. ſcʒ ſub quo co-
gnoſcit qđ eſt lumen. ⁊ hoc medio nō determinat̄ viſus
ad aliqđ determinatū obiectū. ⁊ aliud mediū quo cogno
ſcit ſcʒ ſilitudo rei cognite. ⁊ hoc medio determinat̄ viſus
ad ſpēale obiectū. eſſentia autē diuina in cognitōe diuina
qua cognoſcit res tenet locū vtriuſq;. ⁊ ideo ꝓpriā cogni
tionem de reb⁹ ſingularib⁹ facere poteſt. ¶ Ad vndeci- Ad 11.
mū dōm. q̄ ſcientia dei nullo modo variatur ſm variati-
onem ſcibiliū. ex hoc em̄ ꝯtingit q̄ noſtra ſcientia ex eorū
variatōe variatur. qꝛ alia ꝯceptōne cognoſcit pſentes. p
teritas. ⁊ futuras. ⁊ inde eſt qꝛ ſorte nō ſedente illa cogni
tio q̄ habebat̄ de eo q̄ ſederet efficit̄ falſa. ſed deus eodeʒ
intuitu cognoſcit res vt pſentes ꝑteritas ⁊ futuras. vn̄
eadem veritas in intellectu eius remanet qualitercūq;
res variet̄. ¶ Ad .xij. dōm q̄ illa que habēt difficilius eē Ad 12
ſm hoc deficiūt a cognoſcibilitate intellectus noſtri q̄ de
ficiūt a rōne cognoſcēdi. nō aūt ita eſt de intellectu diuino
q̄ nō accipit ſciam a reb⁹. vt ex dictis pʒ ¶ Ad .xiij. dōm Ad 13
q̄ in intellectu diuino qui eſt cauſa materie pt eſſe ſilitu-
do materie quaſi in ipſam imꝑmens. nō aūt in intellectu
noſtro pt eſſe ſilitudo que ſufficiat ad materie cognitōeʒ
vt ex dictis pʒ ¶ Ad .xiiij. dōm q̄ q̄uis ſingulare inq̄n- Ad 14
tum hmōi nō pt ſeparari a materia. tm̄ pt cognoſci p ſimi
litudinē a materia ſeparatā. que eſt materie ſilitudo. ſic
em̄ ⁊ ſi ſit ſeparata a materia ſm eſſe. nō tm̄ ſepata eſt ſm
repſentatōem ¶ Ad .xv. dōm. q̄ actus diuine cognitio- Ad 15
nis nō eſt aliqđ diuerſum ab eius eſſentia. cū in eo ſit idē
intellectus ⁊ intelligere. qꝛ actio ſua eſt ſua eēntia. Un̄ p
hoc q̄ cognoſcit aliqđ extra ſe. eius cognitio pt dici deſi
liens vel defluens. ⁊ ꝑterea nulla actio cognitiue virtu-
tis pt dici defluens vel deſiliens. ſicut ſunt act⁹ virtutuʒ
naturaliū. qui procedūt ab agente in patiens. qꝛ cognitio
nō dt̄ effluxum a cognoſcente in cognitū. ſicut eſt in actio
nib⁹ naturalib⁹. ſed magis dt̄ exiſtentiā cogniti in cogno-

Ad 16 ſcente. ¶ Ad.xvi.dōm. ꝙ actus cognitōis diuine nullaꝫ
dependentiā hꝫ ad cognitū .relatio em̄ q̄ importaꝛ nō im
portat dependentiā ipſius cognitōis ad cognitū.ſed ma
gis ecōuerſo ipſius cogniti ad cognitōem.ſicut ecōuerſo
relatio q̄ importaꝛ noīe ſcīe ꝑcat depēdentiā noſtre ſcīētie
ad ſcibile .nec hoc mō ſe hꝫ actus ad obiectū ſicut ad po
tentiā cognitiuā .ſubſtātificaꝛ em̄ in eſſe ſuo ꝑ potentiam
cognitiuā .nō aūt ꝑ obiectū.qꝛ actus eſt in ipſa potentia
ſed non in ipſo obiecto. ¶ Ad.xvij.dōm ꝙ hoc modo ali
Ad 17 quid cognoſciꝛ ſm ꝙ eſt in cognoſcente repſentatū .⁊ nō
ſm ꝙ eſt in cognoſcente exiſtens.ſilitudo em̄ exiſtēs in vi
cognitiua nō eſt ꝑncipiū cognitōnis rei.ſm eſſe qđ hꝫ in
potentia cognitiua.ſed ſm relatōem quaꝫ habet ad rem
cognitā.⁊ ideo eſt ꝙ non ꝑ modū quo ſilitudo rei hꝫ eſſe
in cognoſcente res cognoſciꝛ.ſed ꝑ modū quo ſilitudo in
intellectu exiſtens eſt repſentatiua rei.⁊ ideo q̄uis ſilitu
do diuini intellectus habeat eſſe imateriale.qꝛ tn̄ eſt ſilitu
do materie eſt principium cognoſcendi materialia.et ita
ſingularia.

# Sexto queriꝛ .utrum

.i. intellectꝰ humanus ſingularia cognoſcat. Et
videꝛ ꝙ ſic.Intellectus em̄ humanꝰ cognoſcit abſtrahen
do formā a materia.ſꝫ abſtractio forme a materia nō au
fert ei ꝑticularitatē.qꝛ etiā i mathematicalibꝰ.q̄ ſtꝫ a ma
teria abſtracta eſt ɔſiderare particulares lineas.ergo in
tellectꝰ noſter ꝑ hoc ꝙ imaterialis eſt nō impediꝛ q̄n ſin
2 gularia cognoſcat ¶ Pre.ſingularia nō diſtinguūtur ſm
ꝙ ɔueniūt in natura cōi.qꝛ ꝑticipatōne ſpēi plures hoīes
ſunt vnus hō.ſi ꝑ intellectus noſter nō cognoſcit niſi vni
uerſalia.tūc intellectus noſter nō cognoſcit diſtinctōnem
vniꝰ ſingulariū ab alio.⁊ ſic intellectus noſter nō dirige
ret in opabilibꝰ in quibꝰ ꝑ electōem dirigimur.q̄ diſtincti
onē vnius ab altero ꝑſuꝑponit. ¶ Sed diceres.ꝙ intel
lectus noſter ſingularia cognoſcit inq̄ꝫtū applicat formaꝫ
vlēm ad aliqđ particulare ¶ Sed ɔtra.intellectꝰ noſter
nō p̄t applicare vnū ad aliud niſi vtrūqꝫ p̄cognoſcat.ꝑ co
3 gnitio vlīs ⁊ ſingularis p̄cedit applicatōeꝫ vlīs ad ſingu
lare.nō ꝑ applicatio p̄dicta p̄t eſſe cā quare intellectꝰ no
ſter ſingularia cognoſcat. ¶ Pre. Sꝫm Boetiū in libro
4 de ɔſolatōe phīe .q̄cq̄d p̄t virtus inferioꝛ p̄t ſuperioꝛ.ſed
vt ipſe ibidem dī intellectus eſt ſupra imaginatōnem. et
imaginatio ſupra ſenſum.ergo cū ſenſus ſingulare cogno
ſcat.⁊ intellectus noſter ſingulare cognoſcere poterit.
Cōtra ¶ Sed ɔtra eſt qđ dī Boe.ſingulare eſt qđ ſentiꝛ.vlē
Rᵒ qđ intelligiꝛ. ¶ Rꝫᵒ.dōm ꝙ quelibet actio ſequiꝛ ɔditi
onē forme agentis.que eſt ꝑncipiū actiōis.ſicut calefactio
menſuraꝛ ſm modū caloris.ſilitudo autē cogniti qua in
formaꝛ potētia cognitiua eſt ꝑncipiū cognitōis ſm actuꝫ
ſicut caloꝛ calefactōis.⁊ ideo opꝫ ꝙ q̄libet cognitio ſit ſm
modū forme q̄ eſt in cognoſcente. Vn̄ cū ſilitudo rei q̄ in
intellectu noſtro eſt accipiaꝛ vt ſeparata a materia ⁊ ab om
nibꝰ materialibꝰ ɔditōibꝰ q̄ ſunt indiuiduatōis ꝑncipia
relinq̄tur ꝙ noſter intellectus ꝑ ſe loquēdo ſingularia nō
cognoſcat.ſed vlia tm̄. Omis em̄ forma inq̄ꝫtum hmōi
vlīs eſt niſi forte ſit forma ſubſiſtens.q̄ ex hoc ipſo ꝙ ſub
ſiſtit incōicabilis ē.ſꝫ ꝑ accn̄s ɔtingit ꝙ intellectꝰ noſter
ſingulare cognoſcat.vt em̄ phs dī in.iij.de aīa.phātaſma
ta ſe hn̄t ad itellectū noſtrū ſicut ſenſibilia ad ſenſuꝫ.vt co
lores q̄ ſunt extra aīam ad viſuꝫ Vnde ſicut ſpēs q̄ eſt in
ſenſu abſtrahiꝛ a rebꝰ ipſis.⁊ ꝑ eā cognitio ſenſus ɔtinua
tur ad ipſas res ſenſibiles.ita intellectus noſter abſtra
hit ſpēm a phātaſmatibꝰ.⁊ ꝑ eam eius cognitio quodā
modo ad phātaſmata ɔtinuaꝛ. Sed tn̄ tm̄ intereſt ꝙ ſili
tudo q̄ eſt in ſenſu abſtrahiꝛ a re vt ab obiecto cognoſcibi
li.⁊ ideo res ipſa ꝑ illā ſilitudinē ꝑ ſe directe cognoſciꝛ.ſili
tudo aūt q̄ eſt in intellectu nō abſtrahiꝛ a phātaſmate ſi
cut ab obiecto cognoſcibili.ſed ſicut a medio cognitiōis
ꝑ modū quo ſenſus noſter accipit ſilitudinē rei q̄ eſt i ſpe
culo dū ferꝛ in eaꝫ.nō vt in rē quādā.ſed vt in ſilitudinē
rei. Vn̄ intellectus noſter nō directe ex ſpē quaꝫ ſuſcipit
ferꝛ ad cognoſcendū phantaſma.ſꝫ ad cognoſcendū rem
cuius eſt phātaſma. Sed tn̄ ꝑ quādā reflexionem redit
etiā in cognitōem ipſius phātaſmatis dū ɔſiderat natu
rā actꝰ ſui ⁊ ſpēi ꝑ quā intueꝛ et eius a qua ſpēm abſtra
hit ſcꝫ phātaſmatis.ſicut ꝑ ſilitudinē que eſt in viſu a ſpe
culo acceptā directe ferꝛ viſus in cognitōem rei ſpeculate
ſed ꝑ quādā reuerſionē fertur ꝑ eandē in ipſam ſilitudinē
que eſt in ſpeculo. Inq̄ꝫtū ꝑ intellectꝰ noſter ꝑ ſilitudinē
quā accipit a phātaſmate reflectiꝛ in ipam ꝑ phantaſma
a quo ſpēm abſtraxit.qđ eſt ſilitudo particularis.hꝫ quā
daꝫ ɔgnitōem de ſingulari ſm ɔtinuatōem quādā intel
lectus ad imaginatiōeꝫ ¶ Ad ꝑmū ꝑ dōm.ꝙ duplex Ad .1.
eſt materia a q̄ abſtractio fit.ſcꝫ materia intelligibilis et
ſenſibilis.vt pꝫ in vij.metaph. Et dico intelligibilē.vt q̄
ɔſideraꝛ in natura cōi.ſenſibilē aūt.ſicut eſt materia na
turalis. Vtraqꝫ aūt duplr̄ accipiꝛ.ſcꝫ vt ſignata.⁊ vt non
ſignata.et dico ſignatā ſm ꝙ ɔſideraꝛ cū determinatione
dimenſionū harū ſcꝫ vel illaꝝ.nō ſignatā aūt q̄ ſine deter
minatiōe dimēſionū ɔſideraꝛ. ¶ Scđm hoc igiꝛ ſciēduꝫ Nota.
eſt ꝙ materia ſignata eſt indiuiduatōis ꝑncipiū a q̄ ab
ſtrahit oīs intellectus.ſm ꝙ dꝛ abſtrahere ab hic ⁊ nunc
Intellectus aūt naturalis nō abſtrahit a materia ſenſi
bili nō ſignata.ɔſiderat em̄ hoīem vt habentē ⁊ carnem ⁊
os.in cuiꝰ definitōe cadit materia ſenſibilis non ſignata.
ſed a materia ſenſibili totaliter abſtrahit mathematicus
nō aūt a materia intelligibili nō ſignata. Vn̄ pꝫ ꝙ abſtra
ctio q̄ eſt cōis omniū intellectuū facit formā vlēm ¶ Ad Ad 2
ſecūdū dōm ꝙ ſm pħm in.iij.de aīa nō ſolū intellectꝰ eſt
mouens in nobis.ſed etiā phantaſia ꝑ quā vlīs cognitio
intellectus ad ꝑticulare opabile applicaꝛ. vn̄ intellectus
eſt q̄ſi mouēs remotū.ſed rō ꝑticularis ⁊ phātaſma ſunt
mouēs ꝓximū ¶ Ad terciū dōm.ꝙ hō p̄cognoſcat ſingu
laria ꝑ imaginatiōem ⁊ ſenſum.⁊ ideo p̄t applicare vlēm Ad 3
cognitōem q̄ eſt in intellectu ad ꝑticulare.nō em̄ ꝓprie lo
quēdo ſenſus aut intellectus cognoſcūt.ſed hō ꝑ intelle
ctū.vt pꝫ ꝑmo de aīa ¶ Ad q̄rtū dōm ꝙ illud qđ p̄t vir
tus inferioꝛ.p̄t etiā ſupioꝛ.nō tn̄ eodem mō.ſed nobilioꝛi. Ad 4
Vn̄ eādem rem quā cognoſcit ſenſus.cognoſcit ⁊ intelle
ctus .nobilius tn̄.qꝛ ⁊ imaterialius.⁊ ſic nō ſequitur ꝙ ſi
ſenſus ſingulare cognoſcat.ꝙ intellectꝰ cognoſcat.

# Septimo queriꝛ. vtꝝ

deus cognoſcat ſingulare nūc eſſe vel non eſſe.
ꝓpter poſitiōem Auicen̄.ſupius factā.⁊ hoc ē q̄rere vtrū .1.
cognoſcat enūciabilia.⁊ p̄cipue circa ſingularia. Et vi
deꝛ ꝙ nō.qꝛ intellectꝰ diuinꝰ ſemꝑ ſe hꝫ ſm eandē diſpo
ſitōem.ſed ſingulare ſm ꝙ nūc eſt ⁊ nūc nō eſt hꝫ diuerſaꝫ
diſpōnem.ꝑ intellectꝰ diuinꝰ nō cognoſcit ſingulare nūc
eſſe ⁊ nūc nō eſſe ¶ Pre. Inter potencias aīe ille q̄ equa 2
liter ſe hn̄t ad rem pſentē ⁊ abſentē.vt imaginatio.nō co
gnoſcit an res nūc ſit vel nō ſit.ſed hoc cognoſcūt ille po

tentie q̄ nõ ſunt rerũ abſentiũ ſed p̄ſentiuꝫ.ſicut ſenſus.ſꝫ
intellectus diuinus eodẽ mõ ſe hꝫ ad res p̄ñtes ⁊ abſen-
tes.ḡ nõ cognoſcit nũc eſſe vel nõ eſſe.ſed cognoſcit earũ
naturã ſimplr̄ ¶ Pr̄e. Sꝫm phm in .vij.phy. ↄpoſitio q̄
3 ficat̃ cũ dr̃ aliquid eſſe vel nõ eſſe.nõ eſt in rebꝯ ſed in intel
lectu noſtro tm̃.ſed in intellectu diuino nõ p̄t eſſe cõpoſi-
tio aliqua.ḡ nõ cognoſcit rem eſſe vel nõ eſſe. ¶ Prete.
4 Iohãnis p° dr̃.qđ factũ eſt in ipſo vita erat.qđ expones
Aug⁹.dt.ꝙ res create ſunt in deo ſicut archa in mẽte ar
tificis.ſed artifex ꝑ ſilitudinẽ arche quaꝫ hꝫ in mente ſua
nõ cognoſcit an archa ſit vel nõ ſit.ḡ nec deus cognoſcit
5 ſingulare nũc eſſe vel nõ eſſe. ¶ Pr̄e. Quãto aliq̄ cogni-
tio eſt nobilioꝛ tãto diuine cognitõi eſt ſilioꝛ.ſed cognitio
intellectus ↄphendentis definitões rerum eſt nobilioꝛ q̄ꝫ
ſenſitiua cognitio.qꝛ intellectus definiẽs ad interioꝛa rei
ꝓgredit̃.ſed ſenſus circa exterioꝛa v̄ſat̃.cũ ḡ intellect⁹ de
finiens nõ cognoſcat an res ſit vel nõ ſit.ſed naturam rei
ſimplr̄.ſenſus aũt cognoſcat.videtur ꝙ ille modus cogni
tionis ſit maxime deo tribuẽdus qua cognoſcit̃ rei natu-
ra ſimplr̄.ſine hoc ꝙ ſciat̃ res eſſe vel nõ eſſe.ḡ nec de⁹ co
6 gnoſcit ſingulare nũc eſſe vel nõ eſſe ¶ Pr̄e. De⁹ cogno
ſcit vnãquãqꝫ rem ꝑ ideam rei que eſt apud ipm̃.ſed illa
idea equaliter ſe hꝫ ad rem ſiue ſit ſiue nõ ſit. alr̃ ꝑ eã nõ
cognoſcerẽtur futura ab eo.ḡ deus non cognoſcit an res
Cõtra ſit vel nõ ſit. ¶ Sed ↄtra.q̄ꝫto aliq̄ cognitio eſt ꝑfecti
oꝛ tãto plures ↄditões in re cognita ↄprehendit.ſed di-
uina cognitio eſt ꝑfectiſſima.ḡ ↄphendit rem ſm̃ omnes
ↄditõem eius.⁊ ita cognoſcit eam eſſe vel nõ eẽ. ¶ Pr̄e.
Vt ex dictis pꝫ.deus hꝫ ꝓpriã ⁊ diſtinctã cognitõem de
rebꝯ.ſed nõ diſtincte cognoſceret res niſi diſtingueret rẽ
Rſo q̄ eſt ab ea que nõ eſt.ḡ ſcit rem eſſe vel nõ eſſe ¶ Re-
ſpõſio dõm.ꝙ ſicut ſe hꝫ eſſentia vlis alicuius ſpẽi ad oĩa
ꝑ ſe accñtia illius ſpẽi.ita ſe hꝫ eſſentia ſingularis ad oĩa
accñtia ꝓpria illius ſingularis.cuiuſmodi ſunt oĩa accidẽ
tia in eo inuenta.ꝙ ꝑ hoc ꝙ in ipo indiuiduãtur efficiunt̃
ei ꝓpria.intellectus aũt cognoſcens eſſentiã ſpẽi ꝑ eaꝫ ap-
p̄hendit oĩa ꝑ ſe accñtia illius ſpẽi.qꝛ ſm̃ phm .oĩs de-
monſtratõis ꝑ quã accñtia ꝓpria de ſubiecto ↄcluduntur
p̄ncipiũ eſt qđ quid eſt.Vñ ⁊ cognita ꝓpria eſſentia ſingu
laris .cognoſcũtur oĩa accñtia ſingularia ipſius.qđ intel
lectus noſter nõ p̄t.qꝛ de eſſentia ſingularis eſt materia
ſignata a qua intellectus noſter abſtrahit.⁊ poneretur in
ei⁹ definitõe ſi ſingulare definitõem haberet.Sed intelle
ctus diuinus qui eſt apprehenſoꝛ materie ↄphendit non
ſolum eſſentiã vlem ſpẽi.ſꝫ eẽntiã ſingularẽ vniuſcuiuſqꝫ
indiuidui.⁊ ideo cognoſcit omĩa accñtia ⁊ cõia toti ſpẽi
aut generi.⁊ ꝓpria vnicuiqꝫ ſingulari inter que vnũ eſt tẽ
pus in quo inuenit̃ vnũqđqꝫ ſingulare in rerũ natura.ſm̃
cuius determinatõem dr̃ nũc eſſe vel nõ eſſe.⁊ ideo deus
cognoſcit de vnoquoqꝫ ſingulari ꝙ nũc eſt vel nõ eſt.⁊ co
Nota gnoſcit oĩa alia enũciabilia q̄ formari poſſunt ⁊ de vlibꝯ ⁊
de indiuiduis. Sed tñ differenter ſe hꝫ circa hoc intelle-
ctus diuinus ab intellectu noſtro.qꝛ itellectus noſter di-
uerſas ↄceptões format ad cognoſcendũ ſubiectũ ⁊ acci-
dens.⁊ ad cognoſcendũ diuerſa accñtia.⁊ ideo diſcurrit
ad cognitõem accñtis de cognitõe ſubẽ.⁊ iterũ ad hoc ꝙ
inherentiã vnius ad alterũ cognoſcat ↄponit alterã ſpe-
ciem cũ altera ⁊ vnit eam quodãmõ.⁊ ſic in ſeipſo enũcia
bilia format. Sed intellectus diuinus ꝑ vnũ ſcꝫ eſſentiã
ſuã cognoſcit oẽs ſubãs ⁊ oĩa accñtia .⁊ ideo neqꝫ diſcur-
rit de ſubã in accñs.neqꝫ ↄponit vnũ cũ altero .ſed loco
eius qđ in intellectu noſtro eſt ↄpoſitio ſpẽꝝ in intellectu
diuino eſt oĩmoda vnitas.⁊ ſm̃ hoc ↄplexa incõplexe co
gnoſcit.ſicut multa ſimplr̄ ⁊ vnite ⁊ materialia imateria
liter. ¶ Ad primuꝫ ergo dõm ꝙ intellectus diuinus Ad .j.
ſm̃ vnũ ⁊ idẽ cognoſcit oẽs diſpões que p̄nt in rebꝯ va-
riari.⁊ ideo ſemꝑ in vna diſpõne manẽs ipe cognoſcit oẽs
diſpões reꝝ qualitercũqꝫ variataꝝ. ¶ Ad ſecũdũ dõm Ad 2
ꝙ ſilitudo que eſt in imaginatõe eſt ſilitudo ipius rei tm̃.
nõ aũt eſt ſilitudo ad cognoſcendũ tẽpus in quo res inue
nitur.ſecus aũt eſt de intellectu diuino .⁊ ideo nõ eſt ſile.
¶ Ad terciũ.ꝙ loco ↄpõnis que eſt in intellectu noſtro Ad 3
eſt vnitas in intellectu diuino.ↄpoſitio aũt eſt imitatio q̄
dam vnitatis.vnde ⁊ vnio dr̃. Et ſic pꝫ ꝙ deus nõ ↄpo-
nendo verius enũciabilia cognoſcit q̄ꝫ ipe intellect⁹ cõpo
nens ⁊ diuidens ¶ Ad q̄rtũ dõm.ꝙ archa q̄ eſt in men Ad 4
te artificis.nõ eſt ſilitudo omniũ que p̄nt arche ↄuenire.
et ideo nõ eſt ſile de cognitõe artificis ⁊ de cognitiõe diui Ad 5
na ¶ Ad q̄ntũ dõm ꝙ qui cognoſcit definitõem cogno
ſcit enũciabilia in potẽtia que ꝑ definitõem demonſtrant̃
In intellectu aũt diuino nõ differt eſſe in actu ⁊ poſſe. vñ
ex quo cognoſcit eſſentias rerũ ſtatim ↄphendit oĩa acci-
dentia que ↄſequũtur ¶ Ad ſextũ dõm ꝙ illa idea q̄ eſt Ad 6
in mente diuina ꝓ tanto ſe hꝫ ſimplr̄ ad rem in quacunqꝫ
diſpõne ſit.qꝛ eſt ſilitudo rei ſm̃ oẽm ei⁹ diſpõnem.⁊ ideo
ꝑ eam cognoſcit de re in quacũqꝫ ſit diſpõne.

## OCtauo querit̃. vtruꝫ

deus cognoſcat nõentia ⁊ que nõ ſunt nec erũt
nec fuerũt. Et videt̃ ꝙ nõ.qꝛ ſic dr̃ Dyoni.v.de diui.no.
cognitões nõ ſunt niſi exiſtentiuꝫ.ſed illud qđ nec eſt nec .j.
erit nec fuit nõ eſt aliquo mõ exiſtẽs.ḡ de eo cognitio dei
eſſe nõ p̄t ¶ Pr̄e. Oĩs cognitio eſt ꝑ aſſilatõem cogno- 2
ſcentis ad cognitũ.ſed intellectus diuin⁹ nõ p̄t aſſilari ad
nõens.ḡ nõ p̄t cognoſcere nõens ¶ Pr̄e. Cognitio dei 3
eſt de rebꝯ ꝑ ideas.ſed nõentis nõ eſt idea.ḡ deus nõ co-
gnoſcit nõ ens. ¶ Pr̄e. Quicq̄d deus cognoſcit in v̄bo 4
eius eſt.ſed ſicut dt̃ Anſelm⁹ in monol.eius qđ nec ẽ nec
erit nec fuit nõ eſt aliqđ v̄bũ.ḡ talia deus nõ cognoſcit.
¶ Pr̄e. Deus nõ cognoſcit niſi verũ.ſed verum ⁊ ens
ↄuertũtur.ḡ ea q̄ nõ ſunt deus nõ cognoſcit. ¶ Sed 5
ↄtra. Roma.iiij.vocat ea que nõ ſunt tanq̄ꝫ ea que ſunt.ſꝫ Cõtra
nõ vocaret nõentia niſi ea cognoſceret.ḡ cognoſcit nõen
tia ¶ Rñſio dõm.ꝙ deus hꝫ cognitõem de rebꝯ crea Rſo
tis ꝑ modũ quo artifex cognoſcit artificiata.q̄ eſt artifi-
ciatoꝝ cã. Vñ in ↄtraria habitudine hꝫ ſe illa cognitio
ad res cognitas ⁊ noſtra cognitio.noſtra eñ cognitio q̄
eſt a rebꝯ accepta naturalr̄ eſt poſterioꝛ rebꝯ.cognitio aũt
creatoꝛis de creaturis ⁊ artificis de artificiatis naturali
ter p̄cedit res cognitas.remoto aũt p̄oꝛi remouet̃ poſte-
rius.ſed nõ ecõuerſo.et inde eſt ꝙ noſtra ſcientia de rebꝯ
naturalibꝯ eſſe nõ p̄t.niſi res ipe p̄exiſtant.ſed apud intel
lectũ diuinũ vel artificis indifferẽter eſt cognitio rei ſiue
ſit ſiue nõ ſit. ¶ Sed ſciendũ eſt ꝙ artifex de opabilibus Duplex
hꝫ duplicẽ cognitõem.ſcꝫ practicã ⁊ ſpeculatiuã. Specu cognitio
latiuã q̄dem ſiue theoꝛicã cognitõem hꝫ.cuꝫ rões opis artificꝭ
cognoſcit.ſine hoc ꝙ ad operandũ ꝑ intentiõem applicat
Sed tũc ꝓprie hꝫ cognitõem practicã q̄ñ extendit ꝑ intẽ
tionem rões opis ad opationis finẽ.et ſm̃ hoc medici-
na diuidit̃ in theoꝛicã ⁊ practicã.vt Auicen.dt̃. Ex quo
pꝫ ꝙ cognitio artificis practica ſeq̄tur cognitiõem eius
ſpeculatiuã.cũ practica efficiat̃ ꝑ extẽſionẽ ſpeculatiue ad
opus.remoto aũt poſterioꝛi remanet p̄us. Patꝫ ergo ꝙ

apud artificem pt̄ eſſe cognitio alicuius artificiati. quãqȝ
q̄dem qđ facere diſponit. quãqȝ q̄dē qđ nūq̄ȝ facere diſpo-
nit. vt cū fingit aliquã formã artificiati vel artificij qđ fa-
cere nō intendit. hoc aūt artificiatū qđ facere nō diſponit
vel nūq̄ȝ diſponit nō ſemꝑ intuet̄ vt in potētia ſua exiſtēs
qꝛ quãqȝ excogitat tale artificiatū ad qđ faciendū vires ei
nō ſuppetūt. ſed ꝯſiderat ipm̄ in fine ſuo. ꝓut ſcilȝ videt ꝙ
poſſet ad talē finē ꝑ tale artificiuȝ deuenire. qꝛ ſm̄ phm̄
in. vi. ⁊. vij. ethico. fines in opabilib⁹ ſunt ſicut pn̄cipia in
ſpeculatiuis. vnde ſicut ꝯcluſiones cognoſcūtur in pn̄cipi-
is. ita artificiata in finib⁹. Patȝ ḡ ꝙ deus pt̄ habere cogni-
tionē aliquoꝝ nō entiū. ⁊ hoꝝ q̄dem quorūdã habȝ quaſi
practicã cognitōem eoꝝ. ſcȝ q̄ fuerūt vel erunt. qꝛ ex eius
ſcīa ſm̄ eius diſpōnem ꝓdeūt. Quorūdaȝ vero. ſcȝ q̄ nec
fuerūt nec ſunt nec erūt. que ſcȝ nūq̄ȝ facere diſpoſuit ha-
bet q̄dē ſpeculatiuã cognitōem. Et q̄uis poſſit dici ꝙ in-
tueat̄ ea in ſua potentia. qꝛ nihil eſt ꝙ ipſe nō poſſit. tn̄ ac
cōmodatius dr̄ ꝙ intueat̄ ea in ſua bonitate. que eſt finis
oīm. q̄ ab eo fiūt ſm̄ ſcȝ ꝙ intuet̄ multos alios modos eē
ꝯmunicatōis ꝓprie bonitatis q̄ȝ ſit ꝯmunicata reb⁹ exiſtē-
tib⁹ p̄teritis p̄ſentib⁹ vel futuris. qꝛ oēs res create ei⁹ bo-
nitatē equare nō poſſūt q̄tūcūq̄ȝ de ea participare vide-
antur ¶ Ad pmū ḡ dōm. ꝙ illa q̄ nec fuerūt nec ſunt
Ad .j. nec erūt ſt̄ aliq̄ mō exiſtētia in potentia dei. ſicut in prin-
Ad 2 cipio actiuo. vel in bonitate eius. ſicut in cã finali ¶ Ad
ſecūdū dōm. ꝙ cognitio que accipit̄ de reb⁹ cognitis cō-
ſiſtit in aſſimilatōe paſſiua ꝑ quã cognoſcens aſſilat̄ reb⁹
cognitis p̄us exiſtentib⁹. ſed cognitio que eſt cã rerū co-
gnitaꝝ ꝯſiſtit in aſſilatōne actiua. ꝑ quã cognoſcens aſſi-
milat ſibi cognitū. et qꝛ deus pt̄ ſibi aſſilare illud qđ nō-
dum eſt ſibi aſſimilatū. ḡ pt̄ etiã nō entis cognitōnem ha-
Ad 3 bere ¶ Ad terciū dōm. ꝙ ſi idea ſit forma cognitōis pra-
ctice. ſicut eſt magis in ꝯmuni vſu loquētiū. ſic nō eſt idea
niſi eoꝝ que fuerūt vel ſunt vel erūt. ſi aūt ſit forma etiaȝ
ſpeculatiue cognitōis. ſic nihil ꝓhibet etiã alioꝝ que non
Ad 4 fuerūt nec ſunt nec erūt eſſe ideã. ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ v̄bū
noīat potentiã operatiuã patris. ꝑ quã ſcȝ oīa operat̄. et
ideo ad ea tm̄ ſe extēdit v̄bū ad q̄ ſe extēdit diuina opatio.
Vn̄ ⁊ in pſal. dr̄. dixit ⁊ facta ſunt. q̄uis em̄ verbū alia co-
Ad 5 gnoſcat. nec tn̄ alioꝝ eſt v̄bū. ¶ Ad q̄ntū dōm. ꝙ illa q̄
nō ſt̄ nec fuerūt nec erūt ſm̄ h̄ h̄nt v̄itatē ſm̄ ꝙ h̄nt eē. ꝓ-
ut ſcȝ in ſuo principio actiuo vel finali ſunt. ⁊ ſic etiam co-
gnoſcūtur a deo.

## Nono queritur. vtrum

deus ſciat infinita. Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ vt dr̄ Au-
1. guſtin⁹. xv. de ci. dei. quicq̄d ſcit̄ ſcientis ꝯphēſione finit̄
ſed infinitū ſm̄ ꝙ infinitū finiri nō pt̄. ḡ nec a deo infinitū
ſciri pt̄. ¶ Sed diceres. ꝙ deus ſcīa ſimplicis notitie ſcit
infinita. nō aūt ſcīa viſionis. ¶ Sed ꝯtra. oīs ſcīa ꝑfecta
2 ꝯprehendit. ⁊ ꝑ ꝯſequēs finit id qđ ſcit. ſed ſicut ſcīa viſi-
onis in deo eſt ꝑfecta. ita ſcīa ſimplicis notitie. ḡ ſicut ſci-
entia viſionis nō pt̄ eſſe infinitoꝝ. ita nec ſcīa ſimplicis no-
3 titie ¶ Pre. Quicq̄d de⁹ cognoſcit ꝑ intellectum cogno-
ſcit. ſed cognitio intellectus viſio dr̄. ḡ quicq̄d de⁹ cogno-
ſcit ꝑ ſciam viſionis cognoſcit. ſi ḡ ꝑ ſciam viſionis neſcit
4 infinita. ḡ nullo mō ſcit infinita. ¶ Pre. Omniū q̄ ſunt
cognita a deo ratōnes in deo ſunt ⁊ ſunt actu in eo. ſi er-
go infinita ſint a deo ſcita. infinite rōnes ſunt actu in ipſo
qđ videt̄ impoſſibile. ¶ Pre. Quicq̄d deus ſcit ꝑfecte
5 cognoſcit. ſed nihil ꝑfecte cognoſcitur niſi cognitio cogno-
ſcentis ꝑtranſeat vſq̄ȝ ad vltima rei. ergo quicq̄d deus co-
gnoſcit quodãmodo ꝑtrãſit illud. ſed infinituȝ nullo mō
poteſt ꝑtrãſiri. neq̄ȝ a finito neq̄ȝ ab infinito. ḡ deus infi-
nita nullo mō cognoſcit. ¶ Pre. Quicūq̄ȝ intuet̄ aliqua 6
ſuo intuitu finit illa. ſed deus quicq̄d cognoſcit intuet̄. er-
go qđ eſt infinitū ab eo cognoſci nō pt̄. ¶ Pre. Si ſcien- 7
tia dei eſt infinitoꝝ. ipſa etiam erit infinita. ſed hoc eſſe nō
poteſt. cū eſſe infinitū ſit imꝑfectū. vt ꝓbat̄ in tercio phy-
ſicoꝝ. ergo ſcīa dei nullo mō eſt infinitoꝝ. ¶ Pre. Qđ re- 8
pugnat definitōi infiniti nullo modo poteſt infinito attri-
bui. ſed cognoſci repugnat definitōi infiniti. qꝛ infinituȝ
eſt cuius q̄titatē accipientib⁹ ſemꝑ eſt aliquid vltra acci-
pere. vt dr̄. iij. phyſicoꝝ. illud aūt qđ ꝯgnoſcit̄ oportȝ a co-
gnoſcente accipi. nec plene cognoſcit̄ cuius aliquid eſt ex-
tra cognoſcētem. Et ſic patȝ ꝙ definitōi infiniti repugnat
ꝙ plene ab aliquo cognoſcat̄. cū ergo quicq̄d deus cogno- 9
ſcit plene cognoſcat. deus infinita nō cognoſcet. ¶ Pre.
Sciētia dei eſt mēſura rei ſcite. ſed infiniti nō poteſt eſſe 10
aliqua mēſura. ergo infinitū nō cadit ſub ſcīa dei ¶ Pre.
Nihil aliud eſt mēſuratio q̄ȝ certificatio de mēſurati q̄-
titate. ſi ergo deus cognoſceret infinitū ⁊ ſic ſciret q̄tita-
tem eius. menſuraret ipm̄. qđ eſt impoſſibile. qꝛ infinitū
in q̄tum infinitū eſt immēſum. ḡ deus nō cognoſcit infi-
nitum ¶ Sed ꝯtra. ſicut dr̄ Auguſtin⁹. xi. de ciui. dei. Cōtra
q̄uis infinitoꝝ numeroꝝ nullus ſit terminus. non eſt tn̄
incōꝓhēſibilis ei cuius ſcientie nō eſt numerus ¶ Pre.
Cū deus nihil faciat incognitū quicq̄d poteſt facere ſciet
ſed deus pt̄ facere infinita. ergo pt̄ ſcire infinita. ¶ Pre.
Ad intelligendū aliquid requirit̄ immaterialitas ex ꝑte
intelligentis. ⁊ ex ꝑte intellecti. ⁊ ꝯiūctio vtriuſq̄ȝ. ſed in-
tellectus diuinus in infinitū eſt immaterialioꝛ q̄ȝ aliquis
intellectus creatus. ergo in infinitū eſt magis intellectiu⁹
ſi ergo intellectus creatus pt̄ in potentia cognoſcere infi-
nita. ḡ diuinus poterit cognoſcere in actu. ¶ Pre. De-
us ſcit quecūq̄ȝ ſunt erūt vel fuerūt. ſed ſi mūdus in infi-
nitum duraret nūq̄ȝ generatio finiret̄. ⁊ ſic erūt ſingularia in-
finita. hoc aūt eſſet deo poſſibile. ḡ nō eſt impoſſibile ipm̄
cognoſcere infinita. ¶ Pre. Sicut dr̄ cōmen. in. xi. meta-
phyſice. oīes ꝓportōes ⁊ forme que ſunt in potētia in p̄-
ma materia ſunt in actu in p̄mo motore. cui etiaȝ ꝯſonat
qđ Auguſti. dr̄. ꝙ rōnes ſeminales ſunt in p̄ma materia
ſed rōnes cauſales ſunt in deo. ſed in p̄ma materia ſt̄ in-
finite forme in potētia. eo ꝙ eius potētia paſſiua eſt infini-
ta. ḡ ⁊ in p̄mo motore ſcȝ deo ſunt infinite forme in actu.
ſed q̄cquid eſt in actu in eo ipſe cognoſcit. ergo deus infi-
nita cognoſcit. ¶ Pre. Auguſtinus. xv. de ciui. dei. ꝯtra
achademicos diſputãs. qui negabãt aliquid eſſe verum
oſtēdit ꝙ nō ſolum ē numeroſa multitudo verorum. ſed
etiam infinita ꝑ reduplicatōem intellectus ſupra ſeipm̄
vel etiam dictōis. vt ſi ego dicam verū eſt me dicere veꝝ.
verū eſt me dicere verum. ⁊ in infinitum. ſed omnia vera
deus cognoſcit. ergo deus cognoſcit infinita. ¶ Prete.
Quicq̄d eſt in deo deus eſt. ḡ ſciētia dei eſt ipſe deus. ſed
deus eſt infinitus. qꝛ nullo modo ꝯprehenditur. ḡ ⁊ ſciē-
tia eius eſt infinita. ergo deus h̄ȝ infinitorū ſcientiam
¶ Rn̄ſio dōm. ꝙ ſicut dr̄ Auguſti. xv. de ci. dei. qui- R⁹
dam volētes iudicare de diuino intellectu ſm̄ modū intel-
lectus noſtri dixerūt ꝙ deus nō pt̄ cognoſcere infinita. ſi- Opinio
cut nec nos. ⁊ ideo cū ponerēt eum cognoſcere ſingularia prima
et etiã cū hoc ponerēt mūdū eternū. ſequebat̄ ꝙ eſſȝ reuo-
lutio eorūdē ſm̄ numerū in diuerſis ſeculis. qđ penit⁹ eſt
abſurdū. Unde dōm ꝙ deus infinita ꝯgnoſcit. vt poteſt Re. ꝓba⁹

oſtendi ex his que ſunt ſupra determinata. cū ipſe etiā ſci/
Scd̄a opinio z p̄a at nō ſolum q̄ fuerūt vel ſunt vel erūt. ſed etiā oīa q̄ nata
ſunt eius bonitatē participare. cū ħmōi ſint infinita. eo
q̄ ſua bonitas eſt infinita. relinquit̄ q̄ ipſe infinita cogno/
Nota ſcat. qd̄ qualiter ſit ꝯſiderandū eſt ¶ Sciendū eſt igit̄ q̄
ſm virtutē medij cognoſcēdi cognitio ad multa vel pau
ca ſe extendit ſicut ſilitudo que recipit̄ in viſu eſt deter/
minata ſm particulares ꝯditōes rei. vnde eſt ductiua vi
ſus in cognitiōem vnius rei. Sed ſilitudo rei accepta in
intellectu eſt abſoluta a particularibꝫ ꝯditiōibꝫ. vñ cū ſic
eleuat̄ eſt ductiua in plura. Et q̄ vna forma vlis nata eſt
ab infinitis ſingularibꝫ participari. inde eſt q̄ intellectus
infinita quodāmodo cognoſcit. ſꝫ q̄ illa ſilitudo que eſt
in intellectu nō ducit in cognitiōem ſingularis q̄ʒtum ad
ea quibꝫ ſingularia ab inuicē diſtinguūtur. ſed ſolum q̄ʒ/
tum ad naturā ꝯmunē. Inde eſt q̄ intellectus noſter per
ſpēm quā hꝫ apud ſe nō eſt cognoſcitiuꝰ infinitorū niſi in
potentia. ſed mediū illud quo deus cognoſcit. ſcꝫ eſſen/
tia ſua eſt infinitoꝝ ſilitudo. que ipā imitari poſſunt nec
tantū q̄ʒtum ad id qd̄ eſt ꝯmune eis. ſed etiā q̄ʒtum ad
ea quibꝫ ad inuicē diſtinguūtur. vt ex p̄cedentibꝫ pꝫ. vñ
diuina ſcia efficaciā hꝫ ad infinita cognoſcendū ¶ Quō
Nota aūt actu infinita cognoſcat hoc mō ꝯſiderādū eſt nihil ꝓ
hibet infinitū eſſe aliqd̄ vno mō z alio mō finitū. vt ſi ali/
qd̄ corpus eſſet quidē lōgitudine infinitū. ſed latitudi/
ne finitū. et ſiliter p̄t eſſe in formis. vt ſi aliqd̄ corpus infi/
nitū ponamus eſſe albū. q̄ʒtitas albedinis extenſiua ſm
quā dr̄ quāta ꝑ accn̄s erit infinita. q̄ʒtitas aūt ꝑ ſe ſcꝫ in
tenſiua nihilominus eſſꝫ finita. Et ſiliter eſt de quacūqꝫ
forma alia corporis infiniti. q̄ oīs forma recepta in ma
teria aliqua finitur ad modū recipientis. z ita nō hꝫ intē/
ſionem infinitā. Infinitū aūt ſicut repugnat cognitioni.
ita repugnat trāſitiōi. Infinitū aūt nec cognoſci nec trāſi
ri p̄t. nihilominus tn̄ ſi aliquid moueat̄ ſuꝑ infinitū. nō ꝑ
viam infinitatis ſue trāſiri poterit. ſicut qd̄ infinitū lōgi/
tudine z latitudine finitū p̄t ptrāſiri latitudine. ſed non
lōgitudine. ita etiā ſi aliqd̄ infinitū cognoſcat̄ ꝑ viam per
quā eſt infinitū. nullo mō ꝑfecte cognoſci poteſt. ſi autē ꝑ
viam finiti cognoſcat̄ ſic ꝑfecte cognoſci p̄t. q̄ eñ infiniti
rō ꝯgruit q̄ʒtitati ſm p̄hm p̄mo phyſico. Dis aūt q̄ʒti/
tas de ſui rōne hꝫ ordinē partiū. ſeq̄tur tūc q̄ infinitū per
modū infiniti cognoſcit̄ q̄n apprehendit̄ pars poſt partē
Vñ ſi ſic intellectus noſter debeat cognoſcere corpus al/
bum infinitū. nullo mō p̄t cognoſcere ipſum ꝑfecte neqꝫ
albedinem eius. Si aūt cognoſcat naturā albedinis vel
corporeitatis q̄ inuenit̄ in corꝑe infinito. ſic cognoſceret
infinitū ꝑfecte q̄ʒtum ad oēs partes eius. nō tn̄ ꝑ viā infi
niti. z ſic poſſibile eſt q̄ intellectꝰ noſter quodāmodo in/
finitū ꝯtinuū ꝑfecte cognoſcat. ſed infinita diſcrete nullo
modo. eo q̄ nō p̄t ꝑ vnā ſpēm multa cognoſcere. et inde ē
q̄ ſi multa debet cognoſcere. opꝫ q̄ vnū poſt alterum co
gnoſcat. z ita q̄ʒtitatē diſcretam ꝑ viam q̄ʒtitatis ꝯtinue
cognoſcat. Vñ ſi cognoſceret infinitā multitudinē in ac/
tu. ſeq̄retur q̄ cognoſceret infinitū ꝑ viā infiniti. qd̄ eſt im
poſſibile. Sed intellectus diuinus ꝑ vnam ſpēm cogno
ſcit oīa. vñ ſimul z vno intuitu eſt eius cognitio de oī
bus. z ſic nō cognoſcit multitudinē ſm ordinē ptiū mul
titudinis. z ſic p̄t infinitam multitudinē cognoſcere non
ꝑ viam infiniti. ſi eñ ꝑ viam infiniti cognoſceret vt acci/
peret ptem multitudinis poſt partē. nūqꝫ veniret ad fi/
nem. vñ nō ꝑfecte cognoſceret. Vñ ꝯcedo ſimplr̄ q̄ deꝰ
cognoſcit actu infinita abſolute nec ipā īfinita adequant̄
intellectui eius. ſicut ipſe a ſe cognitis ſuū intellectū ade/
quat̄. q̄ eſſentia in infinitis creatis eſt finita quaſi inteſi/
ue. ſicut albedo in corpore infinito. Eſſentia aūt dei eſt in/
finita oībꝫ modis. z ſm hoc infinita ſunt deo finita. z ſiꝫ Ad. j.
ꝯphenſibilia a deo. ¶ Ad p̄mū ergo dōm. q̄ ſm hoc
dr̄ finiri a ſciēte qd̄ ſcit̄. q̄ intellectū ſciētis nō excedit vt
aliquid eius ſit extra intellectū ſciētis. ſcitū eñ ſe hꝫ ad in
tellectū ſciētis ꝑ modū finiti. nec eſt etiā incōueniēs hoc
accidere de infinito qd̄ nō ꝑ viā infiniti ſcit̄. ¶ Ad ſcdm Ad 2
dōm q̄ ſcia ſimplicis notitie z viſionis nullā drn̄tiā im/
portāt ex pte ſciētis. ſed ſolū ex pte rei ſcite. Dicit̄ eñ ſcia
viſionis in deo ad ſilitudinē viſus corporalis. qui res ex
tra ſe poſitas intuet̄. Vñ ſm ſciam viſionis deus ſcire nō
dr̄ niſi que ſiꝫ extra ipſum. q̄ ſunt vel pſentia vel p̄terita
vel futura. Sed ſcia ſimplicis notitie. vt ſupra ꝓbatū eſt
eſt etiā coꝝ q̄ nec ſunt nec erūt nec fuerūt. nec alio modo
ſcit deus iſta z illa. vñ nō eſt ex parte ſcie viſionis q̄ deus
infinita nō videat. ſed ex parte coꝝ viſibiliū que nō ſunt
ſed ſi eſſe poneretur infinita vel actu vel ſucceſſiue. ꝓcul/ Ad 3
dubio ea deus cognoſceret ſcia viſionis ¶ Ad terciū di
cendū q̄ viſus ꝓprie eſt q̄dam corporalis ſenſus. vñ ſi no
men viſionis ad imaterialē cognitiōem trāſferat̄. hoc nō
erit niſi metaphorice. in talibꝫ aūt loquutiōibus ſm diuer
ſas ſilitudines in rebꝫ reptas diuerſa eſt veritatis ratio.
Vñ nihil ꝓhibet aliqñ oēm ſciam diuinā viſionem dici.
aliqñ vero ſolam illam q̄ eſt preſentiū p̄teritoꝝ z futuroꝝ Ad 4
¶ Ad q̄rtū dōm. q̄ ipſe deus ꝑ ſuā eſſentiā eſt ſilitudo
oīm rerū z ꝓpria vniuſcuiuſqꝫ. Vñ in deo nō dicitur eſſe
plures rōnes rerum niſi ſm diuerſos reſpectus eius ad
diuerſas creaturas qui q̄dem reſpectus ſunt ſm relatio/
nes rōnis tm̄. nō aūt eſt incōueniens relatōes rōnis mul
tiplicari in īfinitū. vt Auiceñ. dr̄ in metaph. ſua ¶ Ad Ad 5
v. dōm q̄ trāſitio importat motum de vno in aliud. z q̄
deus nō diſcurrendo cognoſcit oēs partes infiniti ſiue
ꝯtinui ſiue diſcreti. ſed vno ſimplici intuitu ꝑfecte infini/
tum cognoſcit. nō tamen infinitū intelligendo pertrāſit. Ad 6
¶ Ad ſextū dōm ſicut ad p̄mū ¶ Ad ſeptimū dōm q̄ Ad 7
rō illa ꝓcedit de infinito ꝑuatiue dicto. qd̄ ſolum in q̄ʒti/
tatibꝫ inuenit̄. oē eñ ꝑuatiue dictū eſt imꝑfectū. nō autē
ꝓcedit de infinito negatiue dicto. quō deus infinitum dr̄.
hoc eñ perfectiōis eſt vt aliqd̄ per nihil terminet̄ ¶ Ad Ad 8
octauū dōm. q̄ rō illa ꝓbat q̄ infinitū cognoſci nō p̄t per
viam infiniti. q̄ quācūqꝫ ptem q̄ʒtitatis eius acceperis
cuiuſcūqꝫ mēſure ſemꝑ erit aliqd̄ accipe de ipſo. ſed deus
nō hoc mō cognoſcit infinitū vt trāſeat de parte in ptem
¶ Ad. ix. dōm. q̄ illud qd̄ eſt infinitū q̄ʒtitate hꝫ eſſe fi/ Ad 9
nitū vt dictū eſt. z ſm hoc diuina ſcia p̄t eſſe infiniti mē/
ſura ¶ Ad decimū. q̄ rō mēſuratiōis ꝯſiſtit in hoc q̄ fiat Ad 10
certitudo de q̄ʒtitate alicuius determinata. ſic autē deus
infinitū nō cognoſcit vt ſciat aliquā eius q̄ʒtitatē deter/
minatā. q̄ eam nō habꝫ. vñ non repugnat rōni infiniti q̄
a deo ſciatur

## Decimo querit̄. z fuit

queſitū incidentaliter. Vtrū deus poſſit facere .j.
infinita. Et videt̄ q̄ ſic. rōnes aūt in mēte diuina exiſten
tes ſunt factiue rerū. nec vna impedit aliā a ſua actōe. cū
ḡ ſint infinite rōnes in mente diuina pn̄t ex eis ꝯſeq̄ infini
ti diuini effectus diuina potentia exeq̄uēte. ¶ Pre. Po/ 2
tentia creatoris in infinitū excedit potentiā creature. ſed
potētia creature eſt vt ꝓducant̄ infinita ſucceſſiue. ḡ deꝰ

ſimul pt̃ ꝓducere infinita ¶ Pꝛe. Fruſtra eſt potentia q̃
nõ reducit̃ ad actũ. maxime ſi ad actuꝫ reduci poſſit. ſed
Inſtãtie potẽtia dei infinitoꝝ eſt. ḡ fruſtra eſt talis potẽtia niſi poſ
.j. ſet actu facere infinita ¶ Sed ꝯtra eſt qḋ Seneca dı̇̃t
ydea eſt exemplar rerũ qua naturalr̃ fiũt. ſed nõ poſſunt
naturalr̃ eſſe infinita. ⁊ ita nec fieri. vt videt̃. q2 qḋ nõ pt̃
eſſe. nec pt̃ fieri. ḡ in deo infinitoꝝ nõ erit ydea. ſed nihil
deus pt̃ opari niſi ꝑ ydeam. ḡ deus nõ pt̃ opari infinita.
2 ¶ Pꝛe. Cũ dı̇̃ deus creare res nihil nouũ ex pte creãtis
ponit̃. ſed ex pte creature tm̃. Vñ hoc idem videt̃ eſſe di
ctu deũ creare res ꝙ res exire in eſſe a deo. ḡ eadem rõne
deũ poſſe creare res idẽ eſt ꝙ res poſſe exire in eſſe a deo.
ſed res infinite nõ pñt fieri. q2 nõ eſt in creatura potentia
ad actum infinitum. ḡ deus nõ pt̃ actu infinita facere
R̃ſo ¶ Rñſio dõm ꝙ duplex inuenitur infiniti diſtinctio.
Vno mõ diſtinguit̃ ꝑ potentiã ⁊ actũ. ⁊ dı̇̃ infinitũ poten
tia qḋ ſemꝑ in ſucceſſione ꝯſiſtit. vt in generatiõe ⁊ tpe.
et diuiſione ꝯtinui. in q̇bus oı̇b; eſt potẽtia ad infinituꝫ
ſemꝑ vno poſt aliud accepto. actu aũt infinitũ eſt. ſicut ſi
poneremus lineã terminis carentẽ. Alio mõ diſtinguit̃ in
finitũ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs. Cuius diſtinctõnis intellectus hoc
mõ pꝫ. finiti em̃ rõ. vt dictũ eſt. q̄titati ꝯgruit. q̄titas au
tem per pħus dı̇̃ de diſcreta q̄titate q̄ꝫ de ꝯtinua. Et ideo
ad videndũ qualiter ſit ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs infinitũ cõſideran
dum eſt. ꝙ multitudo q̄ñq; requirit̃ ꝑ ſe. q̄ñq; ꝑ accidẽs
tm̃. per ſe q̇dem requirit̃ multitudo. vt pꝫ in cauſis ordi-
natis ⁊ effectib;. quoꝝ vnũ hꝫ dependentiã eſſentialẽ ad
aliud. ſicut aı̃a mouet calorẽ naturalem quo mouent̃ ner-
ui ⁊ muſculi. q̇b; mouent̃ manus que mouẽt baculũ. quo
mouet̃ lapis. In his em̃ qḋlibet poſteri⁹ ꝑ ſe dependet a
quolibꝫ precedentiũ. Sed ꝑ accñs multitudo inuenitur
q̄ñ oı̃a que in multitudine ꝯtinent̃ quaſi loco vnius po
nũtur ⁊ indifferẽter ſe habẽt. ſiue ſint vnũ ſiue ſint multa
ſiue plura ſiue ſint pauciora. ſicut edificatoꝛ facit domum
in cuius factõe plures ſerre ꝯſumãtur ſucceſſiue multitu
do ſerraꝝ nõ requirit̃ ad factõem domus niſi ꝑ accñs. ex
hoc ꝙ vna nõ pt̃ ſemꝑ durare. nec differt aliq̇d ad domũ
quotcũq; ponãtur. vñ nec vna hꝫ dependentiã ad aliam
ſicut erat q̄ñ multitudo requirebat̃ ꝑ ſe. Scḋm hoc ḡ de
Pꝛima opı̇o infinito varie opiniones ꝓceſſerũt. Quidã em̃ antiq̇ pħi
poſuerũt infinitũ in actu nõ ſolũ ꝑ accñs ſed ꝑ ſe. volẽtes
ꝙ infinitũ eſſꝫ de neceſſitate ei⁹ qḋ ponebãt ꝓncipiũ. vñ
etiã ꝓceſſum cauſaꝝ in infinitũ ponebãt. Sed hãc opini
onem pħus repꝛobat in. ij. metapħ. ⁊ in. iij. phyſicoꝛum.
Scḋa opı̇o ¶ Alij vero Areſto ſequẽtes ꝯceſſerũt ꝙ infinituꝫ ꝑ ſe
inueniri nõ pt̃ neq; in actu neq; in potentia. q2 nõ eſt poſſi
bile ꝙ aliq̇d eſſentialr̃ ab infinitis dependeat. ſic em̃ eius
eſſe nũq; ꝯpleret̃. ſed infinitũ ꝑ accñs poſuerũt nõ ſolum
eſſe in actu ſed in potẽtia. Vñ Algazel in ſua metaphy.
ponit aı̃as ſeparatas a coꝛpoꝛib; humanis eſſe infinitas
q2 hoc ſm ipm̃ ſeq̇tur. ex hoc ꝙ mũdus ſm ipſuꝫ etern⁹
eſt. nec hoc incõueniẽs reputat. eo ꝙ aı̃arum ad inuicem
nõ eſt aliqua dependẽtia. vñ in multitudine illarũ aı̃aruꝫ
Tercia opı̇o nõ inuenit̃ infinitum niſi ꝑ accñs ¶ Quidã vero poſue-
rũt ꝙ infinitũ actu nec ꝑ ſe nec ꝑ accñs eſſe pt̃. ſed ſoluꝫ in
finitum in potẽtia qḋ in ſucceſſione ꝯſiſtit. vt dı̇̃ in tercio
phy. et hec eſt poſitio cõmenta. in. ij. metapħ. Sed hoc ꝙ
infinitũ actu eſſe nõ poſſit. poteſt cõtingere ex duob;. vel
ꝙ eſſe actu repugnat rõni infiniti ex hoc ipſo ꝙ infinitum
eſt. vel ꝓpter aliq̇d aliud. ſicut moueri ſurſuꝫ repugnat cir
culo plũbeo. nõ q2 triãgulus. ſed q2 plumbeus. ſi ergo in-
finitum actu eſſe poſſit ſm rei naturam ſm meaꝫ opinio-
nem. vel ſi etiam eſſe nõ poſſit impediente aliquo alio q̄ꝫ
ipſa rõne infiniti. dico ꝙ deus poteſt facere infinitũ actu
eſſe. Si aũt actu eſſe repugnat infinito ſm ſuã rõneꝫ. tũc
deus hoc facere nõ pt̃. ſicut nõ poteſt facere hominẽꝫ eſſe
aı̃al irrõnale. q2 hoc eſſꝫ duo ꝯtradictoꝛia ſimul eſſe. vtꝝ
aũt actu eſſe repugnet infinito ſm rõnem ſuam vel nõ. q2
incidẽtaliter hoc motũ eſt diſcutiendũ alibi. relinquatur
ad p̄ſens. ¶ Ad argumẽta aũt vtriuſq; partis reſpõ Ad argu
dendũ. Ad pͥmũ ergo dõm. ꝙ rõnes que ſunt in mẽte di mẽta vtri
uina nõ producũt ſe in creatura ſm modũ quo ſt̃ in deo uſq; ptis
ſed ſm modũ quẽ patit̃ rõ creature. vñ q̄ꝫuis ſint imate- Ad .j.
riales. tm̃ ex eis res in eſſe materiali ꝓducũtur. ſi ergo de
rõne infiniti ſit vt nõ ſit ſimul in actu. ſꝫ in ſucceſſione. vt
pħus dı̇̃t. tũc rõnes infinite que ſunt in mente diuina nõ
poſſunt ſe in creaturis efficere oẽs ſimul. ſed ſm ſucceſſio
nem. ⁊ ſic nõ ſequit̃ infinita eſſe actu ¶ Ad ſecũdũ. ꝙ vir Ad 2
tus creature dı̇̃ aliq̇d nõ poſſe dupl̃r. vno mõ ex virtutis
defectu. ⁊ tũc de eo quod creatura nõ pt̃. recte arguit̃ qḋ
deus poteſt. Alio mõ ex eo ꝙ illud creature impoſſibile dı̇̃
q2 in ſeipſo quãdaꝫ repugnatõem ꝯtinet. ⁊ hoc ſicut nec
creature ſic nec deo eſt poſſibile. vt ꝯtradictoꝛia ſimul eẽ
et de talib; erit infinituꝫ eſſe actu. ſi eſſe actu rõni infiniti
repugnet ¶ Ad terciũ dõm. ꝙ fruſtra eſt qḋ nõ ptingit Ad 3
finem ad quẽ eſt. vt dı̇̃ in. ij. phyſi. Vñ ex hoc ꝙ potentia
nõ reducitur ad actũ. nõ dı̇̃ eſſe fruſtra niſi inq̄ꝫtum effe-
ctus eius vel ipſe actus diuerſus ab ea exiſtẽs eſt poten
tie finis. nullus aũt diuine potentie effectus eſt finis ipſi
us nec actus eius diuerſus eſt ab eo. ⁊ ideo rõ non proce- Scḋo in-
dit ¶ Ad pͥmũ vero qḋ obijcitur in ꝯtrariuꝫ dı̇̃ ꝙ q̄ꝫ- ſtantiaꝝ
uis ſm naturã nõ poſſint eẽ infinita ſimul. tamẽ pñt fieri Ad .j.
q2 eſſe infiniti nõ ꝯſiſtit in ſimul eſſendo. ſed eſt ſicut ea q̄
ſunt in fieri. vt dies ⁊ agon. vt in. iij. phyſi. dı̇̃. nec tm̃ ſeq̇-
tur ꝙ deus ſola illa põt facere q̄ naturalr̃ fiunt. ydea em̃
ſm p̄dictam aſſignatõem accipitur ſm practicã cogniti
onem. ex hoc ꝙ determinat̃ a diuina volũtate ad actum
pt̃ aũt deus volũtate ſua multa alia facere q̄ꝫ que ab ipo Ad 2
determinata ſunt ¶ Ad ſecũdũ dõm. ꝙ q̄ꝫuis in creatio
ne nihil ſit nouũ niſi qḋ eſt ex parte creature. tm̃ creatõnis
nomen nõ ſolum hoc importat. ſed hoc etiaꝫ qḋ eſt ex par
te dei. ſcꝫ em̃ diuinã actõem que eſt ſua eſſentia. ⁊ cõno-
tat effectũ qui eſt in creatura. q̄ eſt accipere eſſe a deo. vñ
nõ ſeq̇tur ꝙ deũ poſſe creare aliq̇d ideꝫ ſit qḋ aliq̇d poſſe
creari ab ipſo. al̃s aũt anteq; creatura eſſꝫ creare nihil po
tuiſſet niſi creature potẽtia p̄exiſteret. qḋ eſſꝫ ponere ma
teriã eternã. Vñ q̄ꝫuis potentia creature non ſit ad hoc
Vñ cū idea ꝓprie loquēdo ſit forma rei operabilis inq̄3
tum hmōi. ideo talium accidētium nō erit idea diſtincta
ſꝫ ſubiecti cum omībus accidētib9 ei9 erit vna idea. ſicut
edificator vnam habet formā de domo ⁊ oībus q̄ domui
accidunt inq̄3tum huiuſmodi ꝑ quā domū cum omib9
talibus accidētib9 ſimul ineſſe ꝓducit. eius accñs eſt q̄⸗
dratura ipius ⁊ alia hmōi. Quedā vero accñtia ſunt q̄
non ſequunt̃ inſeparabiliter ſuum ſubiectum nec ex prin

cipijs eius depēdent et talia ꝓducunt in eſſe alia opera-
tione p̄ter operatōnem qua producitur ſubiectum. ſicut
nō ex hoc ipſo ꝙ hō ſit homo. ſeq̄tur ꝙ ſit grammaticus
ſed ꝑ aliquā opatione aliam. Et taliū accidētium eſt in
deo ydea diſtincta ab ydea ſubiecti. ſicut ⁊ artifex conci-
pit formam picture domus p̄ter formam domus. Sed
ſi accipiamus large ydeaꝫ pro ſimilitudine ſic vtraq; ac
cidētia habēt ydeam diſtinctam in deo. q꞉ ꝑ ſe diſtincte
ꝯſiderari poſſunt. vn̄ ⁊ pħus dicit in principio metaph
ꝙ q̄ꝫtum ad ratione ſciēdi accidētia debent habere ydeaꝫ
ſicut ⁊ ſubſtantie. ſed q̄ꝫtum ad alia ꝓpter que Plato
ponebat ydeas vt ſcꝫ eſſent cauſe generationis et eſſen-
di. ydee vidētur eſſe ſubſtantiarum tantum

Ad j. ¶ Ad p̄mū ḡ dōm ꝙ ſicut dictū ē ydea nō ē in deo ſolū
p̄morum effectuuꝫ ſꝫ etiā ſecūdorū. vnde q̄ꝫuis accidētia
primorū effectuū habeant eſſe ꝑ ſubſtantiā non excludit
Ad 2 quin habeāt ydeas. ¶ Ad. ij. dōm. ꝙ accidēs dupliciter
poteſt accipi. vno modo in abſtracto. ⁊ ſic cōſiderat̄ ſm
ꝓpriam ratione. ſic enim aſſignam⁹ in accidētibꝫ genus
et ſpecie. ⁊ hoc modo ſubiectum nō ponitur in diffinitio
ne accidētis. vt genus. ſꝫ vt differentia. vt cū dicit̄. ſymi-
tas eſt curuitas naſi. Alio modo pōt accipi. vt in ꝯcre-
to. ⁊ ſic accipiūtur ſm ꝙ ſunt vnū ꝑ accidēs cum ſubie-
cto. vnde ſic nō aſſignatur eis. nec genus nec ſpēs. et ita
Ad 3. verū eſt ꝙ ſubiectū ponitur in definitōne accidentis vt
genus ¶ Ad iij. dōm. ꝙ q̄ꝫuis accidēs nō ſit participās
Ad 4 tamē eſt ipſa participatio. ⁊ ſic patꝫ ꝙ etiam ei reſpondet
ydea in deo vel ſimilitudo ¶ Ad. iiij. pꝫ reſpōſio ex dcis

# Octauo querit̄. vtruꝫ

j. ſingularia habeant ydeam in deo Et videt̄ ꝙ
nō. q꞉ ſingularia ſunt infinita in potētia ſꝫ in deo eſt non
ſolum ydea eius qđ eſt. ſꝫ etiā ei⁹ qđ eſſe p̄t. ſi ergo eſſet
ſingulariū ydea in deo eēnt ydee infinite. qđ videt̄ abſur
2 dum. cū nō poſſint eſſe actu infinita ¶ Pre. Si ſingula-
ria habēt ydeam in deo. aut eſt eadē ydea ſingularium et
ſpēi. aut alia ⁊ alia. nō alia ⁊ alia. tūc em̄ vnius rei multe
ydee eſſent in deo. q꞉ ydea ſpēi eſt ⁊ etiā ydea ſingularis
ſi aūt eſt vna et eadē cū in ydea ſpēi om̄ia ſingularia que
ſunt eadē ſpē ꝯueniāt. tūc oīm ſingulariū nō erit niſi vna
ydea tm̄. ⁊ ſic ſingularia nō habebūt ydeā diſtinctam in
3 deo ¶ Prete. Multa ſingulariū caſu accidūt. ſed talia
nō ſunt p̄diffinita. ergo cū ydea req̄rat p̄diffinitionē. vt
ex dictis patꝫ videt̄ ꝙ nō om̄ia ſingularia habeant ydeā
4 in deo ¶ Prete. Quedā ſingularia ſunt ex duabꝫ ſpecie
bus cōmixta. ſicut mulus ex aſina ⁊ equo. ſi ergo talia
habeant ydeam videt̄ ꝙ vnicuiq; eoꝝ reſpōdeat duplex
ydea. ⁊ hoc videtur abſurdū cū incōueniens ſit ponere
multitudinē in cauſa ⁊ vnitatē in effectu.
Cōtra ¶ Sꝫ ꝯtra ydee ſt̄ in deo ad ꝯgnoſcēdū ⁊ ad operādū
ſꝫ de⁹ eſt ꝯgnitor ⁊ operator oīm ſingularium. ḡ in ipſo
ſunt ydee eorum ¶ Prete. Idee ordinant̄ ad eſſe rerum
ſed ſingularia verius habent eē q̄ꝫ vniuerſalia cū vniuer
ſalia nō ſubſiſtant niſi in ſingularibꝫ. ergo ſingularia ma
gis debent habere ydeam q̄ꝫ vniuerſalia.
Rſo. ¶ Rn̄o dōꝫ. ꝙ plato nō poſuit ydeas ſingulariū ſꝫ ſpēꝝ
Opi. pla. tm̄ Cui⁹ duplex fuit ratio. vna q꞉ ſm ipm̄ ydee nō erāt
factiue materie ſꝫ forme tm̄ in his inferioribꝫ. ſingularis
aūt principiū eſt materia. ſm formā vero vnūqđq; ſingu
lariū collocat̄ in ſpē. ⁊ iō ydea nō reſpōdet ſingulari inq̄n
tum ſingulare. ſꝫ rōne ſpēi tm̄ Alia rō potuit eē q꞉ ydea
non eſt niſi eorū q̄ per ſe ſunt intenta. vt ex dictis patet.
Intentio aūt nature eſt p̄ncipaliter ad ſpēm ꝯſeruādaꝫ
vn̄ q̄ꝫuis generatio terminetur ad hūc hoiem. tn̄ intētio
nature eſt ꝙ generet hoiem. ⁊ ꝓpter hoc vt dꝛ pħs in. x.
de aīalibꝫ ꝙ in accidētibꝫ ſpēꝝ ſunt aſſignande cauſe fina
les. nō aūt in accn̄tibꝫ ſingulariū. ſꝫ efficiētes et materia-
les tantū. et ideo ydea non rn̄det ſingulari ſꝫ ſpēi Et ea-
dem ratōne Plato nō ponebat ydeas generum. q꞉ intē-
tio nature nō terminat̄ ad ꝓductionē forme generis ſed
ſolum forme ſpēi. Nos aūt ponim⁹ deū eē cauſam ſingu Opi. vera
laris. ⁊ q̄ꝫtum ad formā ⁊ q̄ꝫtum ad materiam. Poni-
mus etiam ꝙ ꝑ diuinā ꝓuidētiam p̄diffiniunt̄ om̄ia ſin-
gularia. et ideo oportet nos ſingulariū ponere ydeas
¶ Ad. primū. dōm ꝙ ydee non plurificant̄ niſi ſm di- Ad. j.
uerſos reſpectus ad res. nō eſt aūt incōueniēs relatōnes
ratōnis in infinitum in intellectu multiplicari. vt Auic.
dicit. ¶ Ad ſcđm dōm. ꝙ ſi loquamur de ydea ꝓprie ſm Ad 2
ꝙ eſt rei eo mō quo eſt in eſſe ꝓducibilis. ſic vna ydea re
ſpondet vni ſingulari ſpēi ⁊ generi indiuiduat̄ in ipſo ſin
gulari. eo ꝙ ſortes hō ⁊ aīal nō diſtinguunt̄ ſm eſſe. ſi āt
accipiamus ydeam cōiter ꝓ ſimilitudine vl' rōne. ſic cuꝫ
diuerſa ſit cōſideratio ſortis vt ſortes eſt ⁊ vt hō eſt ⁊ vt
animal eſt. reſpondebūt ei plures ydee vel ſimilitudines
¶ Ad. iij. dōm ꝙ q̄ꝫuis aliquid ſit a caſu reſpectu ꝓxi-
mi agentis. nihil tn̄ eſt a caſu reſpectu agētis q̄ om̄ia pre Ad 3
cognoſcit ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ mulus habet ſpēm mediaꝫ Ad 4
inter equū ⁊ aſinā. vnde nō ē in duabꝫ ſpēbꝫ. ſꝫ in vna tā-
tum q̄ eſt effecta ꝑ ꝯmixtionē ſeminū inq̄ꝫtū virtus acti
ua maris non potuit ꝓducere materiam femine ad ter-
minos ꝓprie ſpēi ꝑfecte. ꝓpter materie extraneitatem. ſed
produxit ad aliquid propinquū ſue ſpēi. ⁊ ideo eadē ra-
tione aſſignatur ydea mulo ⁊ equo

# Queſtio. iiij. de verbo

Primo. vtrū v̄bū dicat̄ ꝓprie in diuinis. Scđo
vtrū v̄bū in diuinis dicat̄ eēntialr̄ vl' ꝑſonalr̄ Tercio vtꝝ
v̄bū ſpūiſctō ꝯueniat. Quarto vtrū pat̄ dicat creaturā
v̄bo. Quinto vtrū hoc nomē verbū importet reſpectū
ad creaturā Sexto. vtrū res ſint veri⁹ in v̄bo q̄ꝫ in ſeipīs
Septimo. vtrū v̄bū ſit eoꝝ q̄ nec ſt̄ nec fuerūt nec erunt
Octauo. vtrum om̄e qđ factū eſt ſit vita in verbo

¶ Materia quarta de verbo.

# Queſtio ē de verbo

Et p̄mo q̄rit̄. vtrū v̄bū ꝓprie dicat̄ in
diuinis. Et videt̄ ꝙ nō. eſt em̄ duplex j.
v̄bū. ſcꝫ interius ⁊ exterius. Exteri⁹ āt
de deo ꝓp̄e nō p̄t dici. cū ſit corꝑale ⁊ trā
ſiens Silr̄ nec v̄bū interi⁹ qđ diffiniēs
Dam. dꝛ in v. li. ſermo interius diſpoſitus eſt mot⁹ aīe
in excogitando ſine aliq̄ enūciatōne. In deo aūt nō pōt
poni nec motus nec cogitatio q̄ diſcurſu q̄dāmō ꝑficit̄. ḡ
videt̄ ꝙ v̄bū nullo modo ꝓprie dicat̄ in diuinis. ¶ Pre.
Aug⁹. in. iij. de trini. ꝓbat ꝙ verbū qđ ē ipſius mētis eſt 2
ex eo ꝙ etiā eius os aliqđ eſſe dꝛ. vt patꝫ Mathei. xv. q̄
ꝓcedūt de ore hois coīnq̄nant hoies. qđ de ore cordis
intelligēdū eſſe oſtenditur ex his que ſequūtur. q̄ aūt ꝓ
cedūt de ore exeunt de corde. ſed os nō dicitur niſi me-
taphorice in ſpiritualibus rebus. ergo nec verbum.
¶ Prete. Verbū oſtenditur eſſe mediū inter deū ⁊ crea 3

turas ex hoc ꝙ Joan. primo dicit̃. omnia ꝑ ipſum facta
ſunt. ⁊ ex hoc ipo ꝓbat Augu. ꝙ verbū nō eſt creatura.
ergo eadē ratione poteſt probari ꝙ ꝟbuꝫ nō ſit creator.
ergo ꝟbum nihil ponit qđ ſit in deo ¶ Prete. medium
4 equaliter diſtat ab extremis. ſi ergo ꝟbū medium eſt in
ter patrem dicentē ⁊ creaturam que dicit̃. oportet ꝙ ver
bum per eſſentiam diſtinguatur a patre. cū ꝑ eſſentiam
a creaturis diſtinguatur. ſed in diuinis nō eſt aliqđ di/
ſtinctum ꝑ eſſentiam. ergo ꝟbū nō ꝓprie ponitur in deo.
5 ¶ Prete. Quicqđ non ꝯuenit filio niſi ſcḿ ꝙ eſt incar/
natus hoc nō ꝓprie dicit̃ in diuinis. ſicut eſſe hoiem ⁊ am
bulare vel aliquid hmōi. ſꝫ ratio verbi nō ꝯuenit filio ni/
ſi ſcḿ ꝙ eſt incarnatus. qꝛ ratio verbi eſt ex hoc ꝙ mani/
feſtat dicentē. filius aūt nō manifeſtat patrē niſi ſcḿ ꝙ eſt
incarnatus. ſicut nec verbū noſtrū manifeſtat intellectū
noſtrū niſi ſcḿ ꝙ eſt voci vnitū. ergo verbū nō ꝓprie dici/
tur in diuinis ¶ Prete. Si verbū ꝓprie diceretur in diui
6 nis idem eſſet verbū qđ fuit ab eterno apud patrē ⁊ qđ
eſt ex tēpore incarnatū. ſicut dicimus ꝙ eſt idē filius. ſed
hoc vt videt̃ dici nō poteſt. qꝛ verbū incarnatuꝫ ꝯparat̃
verbo vocis. verbū apud patrē exiſtēs verbo mentis. vt
patet ꝑ Auguſtinū in libro de trinita. nō eſt aūt idē ver
bum cū voce ꝓlatum ⁊ verbū in corde exiſtēs. ḡ non vi/
detur ꝙ verbū qđ ab eterno dicit̃ apud patrē fuiſſe ꝓprie
7 ad eſſentiam diuinā ꝑtineat ¶ Prete. Quāto effect⁹ eſt
poſterior tanto magis habet rōem ſigni. ſicut vinū eſt cā
finalis dolij ⁊ vlterius circuli q̄ appendit̃ ad doliū deſi/
gnādum. vñ circulus habet maxime rōnem ſigni. ſꝫ ꝟbū
qđ eſt in voce eſt effectus poſtremus ab intellectu ꝓgre
diens. ḡ ei magis ꝯuenit rō ſigni q̄ꝫ ꝯceptui mētis. ⁊ ſi/
militer etiā rō ꝟbi qđ a manifeſtatōe imponitur. omne
aūt qđ ꝑus eſt in corporalibꝫ q̄ꝫ in ſpūalibꝫ nō ꝓprie dici
tur de deo. ergo verbū nō proprie dr̄ de ipo ¶ Preterea.
8 Vnūqđq; nomē illud p̄cipue ſignificat a quo imponit̃.
ſed hoc nomē verbū vel imponit̃ a verberatiōe aeris vel
a boatu ſcḿ ꝙ ꝟbū nihil aliud eſt q̄ꝫ verꝫ boans. ḡ hoc ē
qđ p̄cipue ſcatur hoc nomine verbi. ſed hoc nullo mō
ꝯuenit deo niſi metaphorice. ergo verbū improprie dici
9 tur in diuinis ¶ Prete. Verbū alicui⁹ dicētis videt̃ eſſe
ſimilitudo rei dicte in dicēte. ſꝫ pater intelligēs ſe nō intel
ligit ꝑ ſimilitudinē ſꝫ ꝑ eēntiā. ergo videt̃ ꝙ hoc ꝙ intue
tur ſe nō generet aliquod verbū ſui. ſꝫ nō eſt aliud dice
re ſummo ſpiritui q̄ꝫ excogitando intueri, vt Anſel. dicit
ergo verbum nō ꝓprie eſſe dicitur in diuinis ¶ Prete.
10 Om̄e qđ dr̄ de deo ad ſimilitudinē creature nō dicit̃ de
deo ꝓprie ſꝫ metaphorice. ſꝫ verbū in diuinis dr̄ ad ſimi
litudinē ꝟbi qđ eſt in nobis. vt Auguſti. dicit. ergo vi/
11 det̃ ꝙ metaphorice. ⁊ nō ꝓprie in diuinis dicat̃ ¶ Prete.
Baſilius dr̄. ꝙ deus dicit̃ verbū ſcḿ ꝙ ab eo oīa ꝓferū
tur. ſapiētia qua om̄ia ꝯgnoſcuntur. lux qua om̄ia mani
feſtant̃. ſed ꝓferre non ꝓprie dicitur in deo. q̄a ꝓlatio ad
12 vocē ꝑtinet. ḡ non ꝓprie dicit̃ in diuinis ¶ Prete. Sicut
ſe habet ꝟbū vocis ad ꝟbū incarnatū. ita ꝟbū mētis ad
ꝟbum eternū. vt ꝑ Auguſti. patꝫ. ſꝫ verbū vocis nō di/
cit̃ de ꝟbo incarnato niſi metaphorice. ḡ nec ꝟbū mētis
Cōtra dicitur de verbo eterno niſi metaphorice ¶ Sꝫ ꝯtra.
Auguſti. dicit in ix. de trinita. verbū qđ inſinuare inten
dimus cum amore noticia eſt. ſed noticia ⁊ amor proprie
dicuntur in diuinis. ergo ⁊ verbū. ¶ Prete. Auguſtin⁹
in xv. de trini. dicit. ꝙ ꝟbum qđ foris ſonat ſignū eſt ver
bi quod intus latet. cui magis ꝟbi ꝯpetit nomē. nam il
lud qđ ꝓ fertur carnis ore vox verbi eſt. ꝟbū quia ⁊ ipm

dicitur ꝓpter illud a quo vt foris appareat aſſumptuꝫ eſt
Ex quo patꝫ ꝙ nomē verbi magis ꝓprie dicit̃ de verbo
ſpirituali q̄ꝫ corporali. ſꝫ om̄e illud qđ magis ꝓprie inue/
nitur in ſpiritualibus q̄ꝫ in corporalibꝫ propriiſſime com
petit deo. ergo verbum propriiſſime in deo dicitur.
¶ Preterea. Richardus de ſancto victo. dicit. ꝙ verbuꝫ
eſt manifeſtatiuū ſenſus alicuius ſapiētis. ſꝫ filius mani
feſtat veriſſime ſenſum patris. ḡ nomē verbi ꝓprie in deo
dicitur. ¶ Prete. Verbum ſcḿ Auguſti. xv. de trinita.
Nihil eſt aliud q̄ꝫ cogitatio formata. ſꝫ diuina conſidera
tio nunq̄ꝫ eſt formās ſed ſemꝑ eſt formata. quia ſemper
eſt in ſuo actu. ḡ propriiſſime verbum in diuinis dicitur
¶ Prete. Inter modos vnius id qđ eſt ſimpliciſſimū
p̄mo ⁊ maxime ꝓprie dicitur vnū. ergo ⁊ ſimiliter in ver
bo qđ eſt maxime ſimplex ꝓpriiſſime dicit̃ verbū. ſed ver
bum quod eſt in deo eſt ſimpliciſſimū. ergo proprie dici
tur verbū ¶ Prete. Scḋm grāmaticos hec pars oratio
nis q̄ verbum dicitur. ideo ſibi commune nomen appro
priat quia eſt perfectio totius orationis quaſi precipua
pars oratiōis. ⁊ quia per verbū manifeſtantur alie par/
tes orationis ſcḿ ꝙ in verbo intelligitur nomen. ſꝫ ver/
bum diuinum eſt perfectiſſimū inter omnes res ⁊ etiam
eſt manifeſtatiuum rei. ergo ꝓpriiſſime verbum dicitur
¶ Reſponſio dōm. ꝙ noīa imponūtur ſcḿ ꝙ cognitio/ R°.
nem de rebꝫ accipimus. et quia ea que ſunt poſteriora in
natura ſunt vt plurimū prius nota nobis. inde eſt ꝙ fre
quēter ſcḿ nominis impoſitionem aliquādo nomē ꝑus
in aliquo duorum inuenitur in quorum altero res ſigni/
ficata ꝑ nomen prius exiſtit. ſicut patꝫ de nominibꝫ que
dicuntur de deo ⁊ creaturis. vt ens et bonum ⁊ huiuſ/
modi. que prius fuerunt creaturis impoſita. et ex his
ad diuinam predicationem tranſlata. q̄ꝫuis ens ⁊ bonuꝫ
et huiuſmodi per prius inueniantur in deo. Et ideo q̄a
verbum exterius cum ſit ſenſibile eſt magis notum no/
bis q̄ꝫ interius ſcḋm nominis impoſitionem. per prius
vocale verbū dicitur verbum q̄ꝫ verbū interius. q̄ꝫuis
verbum interius naturaliter ſit prius vtpote exterioris
cā et efficiēs ⁊ finalis. finalis q̄dē. quia verbū vocale ad
hꝫ a nobis exprimit̃ vt interi⁹ nobis manifeſtet. vñ opor
tet ꝙ ꝟbū interius ſit illud qđ ſignificat̃ ꝑ ꝟbū exterius
verbum autē quod exterius profertur ſignificat id quod
intellectum eſt. non ipm intelligere. necꝫ hoc intellectum
quod eſt habitus vel potentia niſi quatenus ⁊ hec in/
tellecta ſunt. vnde verbū interius eſt ipm interius intel
lectum. Efficiēs aūt quia verbū prolatum exterius cū
ſit ſignificatiuum ad placitum eius principium ē volun
tas ſicut ⁊ ceterorū artificiatorū. ⁊ ideo ſicut aliorū artifi
ciatorū preexiſtit in mente artificis ymago quedam exte
rioris artificij. ita in mente ꝓferētis verbū interius pre/
exiſtit. ſicut qđdam exēplar exterioris verbi. ⁊ ideo ſicut
in artifice tria ꝯſideramus. ſcꝫ finem artificij. ⁊ exēplar
ipſius. ⁊ artificiatum ipſum iam productum. ⁊ ita etiam
in loquēte triplex verbū inuenitur. ſcꝫ illud qđ ꝑ intel/
lectum cōcipitur ad quod ſignificandū verbuꝫ exterius
ꝓfertur. ⁊ hoc eſt verbū cordis ſine voce ꝓlatū Item ex
emplar exterioꝝ verbi ⁊ hoc dicitur. ꝟbum interius qđ
habet imaginationē vocis. ⁊ verbum exterius expreſſuꝫ
quod dicitur verbum vocis. ⁊ ſicut in artifice precedit
intētio finis. ⁊ deinde ſequit̃ excogitatio forme artifici/
ati et vltimo artificiatum in eſſe producitur. ita et ver/
bum cordis in loquente eſt prius verbo quod habet
imaginationem vocis et poſtremum eſt verbum vocis

Verbũ igiť vocis qꝛ corporalr̃ explet̃ de deo dici nõ poteſt niſi metaphorice. put ſcʒ ipe creature a deo ꝓducte. ꝟbũ eius dicuntur. aut motus ipſaꝝ inq̃tum deſignãt intellectuʒ diuinũ ſicut effectus cãm. Vñ eadẽ ratõne nec verbũ qꝺ habet imaginationẽ vocis poterit dici de deo ꝓprie ſed metaphorice tñ. vt ſi dicať. ꝟbuʒ dei ydee rerũ faciendaꝝ. ſʒ ꝟbum cordis qꝺ nihil eſt aliud q̃ʒ illud qꝺ actu ꝯſiderať ꝑ intellectũ ꝓprie de deo dꝛ. qꝺ eſt oĩno remotũ a corporeitate ⁊ materialitate ⁊ omĩ defectu. ⁊ hmõi ꝓprie dicunť de deo. ſicut ſcia ⁊ ſcitũ. intelligere ⁊ intellectũ ¶ Ad pmũ ḡ dõm. ꝙ cũ ꝟbũ interius

Ad 1. ſit illud quod intellectum eſt nec hoc ſit in nobis. niſi ſm ꝙ actu intelligim⁹ ꝟbum interius ſp requirit intellectũ in actu ſuo qui eſt intelligere. ipa aũt actio intellect⁹ motus diciť. nõ quidẽ actus ipfecti. vt deſcribiť in. iij. phic. ſʒ motus pfecti q̃ eſt opatio. vt dꝛ in tercio de aĩa. Et iõ Damaſ. dicit ꝟbũ interius eſſe motum mẽtis. vt tamẽ accipiať motus ꝓ eo ad qꝺ motus terminať. id eſt operatio ꝓ operato. ſicut intelligere ꝓ intellecto. nec hoc req̃ritur ad rõnem verbi ꝙ actus intellectus q̃ terminať ad ꝟbũ interius fiat cũ aliquo diſcurſu quẽ videť cogitatio importare. ſʒ ſufficit q̃litercũq̃ʒ aliq̃d actu intelligať. qꝛ tamẽ apud nos vt frequẽtius ꝑ diſcurſum interi⁹ aliquid dicimus. ꝓpter hoc Damaſ. ⁊ Anſel. diffinientes

Ad 2 ꝟbũ vtũtur cogitatõne loco conſideratõnis ¶ Ad ſcdm dõm. ꝙ argumẽtũ Auguſ. nõ ꝓcedit a ſimili ſed a minori. minus eñ videť ꝙ in corde os dici debeat q̃ʒ verbuʒ et ideo ratio nõ ꝓcedit ¶ Ad. iij. dõm. ꝙ mediũ pt acci

Ad 3. pi dupľr. vno mõ vt mediũ iter duo extrema mot⁹. ſicut pallidũ eſt mediũ inter albũ ⁊ nigrũ in motu denigrationis vel albefactõnis. Alio modo inter agens ⁊ patiẽs ſicut inſtrumentũ artificis eſt mediũ inter ipm ⁊ artificiatuʒ. ⁊ ſiľr omẽ illud quo agit. ⁊ hoc modo filius eſt medius inter patrem creantẽ ⁊ creaturã factã ꝑ verbũ. non autẽ inter deũ creantẽ ⁊ creaturã. qꝛ ipm ꝟbũ eſt etiam deus creans. vnde ſicut ꝟbũ nõ eſt creatura. ita nõ ẽ pater et tñ etiã pter hoc rõ nõ ſequereť. dicim⁹ eñ ꝙ pater creat ꝑ ſapientiam ſuam eſſentialiter dictã. vt ſic ſapientia ſua dici poſſit mediũ inter deũ ⁊ creaturã. et tñ ipa ſapientia eſt deus Auguſti. etiã ꝑ hoc nõ probat ꝟbum eſſe creaturã. qꝛ eſt mediũ. ſed qꝛ eſt vľis creature cã In quolibet eñ motu fit reductio ad aliqꝺ pmũ qꝺ nõ mouetur ſm motũ illũ. ſicut alterabilia oĩa reducũtur in primum alterãs nõ alteratũ. ⁊ ita etiã illud in qꝺ reducunť

Ad 4 creata oĩa oportet eẽ in creatũ ¶ Ad. iiij. dõm. ꝙ mediũ qꝺ accipiť inter terminos mot⁹ aliqñ accipiť ſm eq̃lem diſtãtiã termioꝝ. aliqñ aũt nõ. ſʒ mediũ qꝺ eſt inter agens ⁊ patiens ſi ſit quidẽ mediũ vt inſtrumẽtũ. qñq̃ʒ eſt ꝓpinquius pmo agenti qñq̃ʒ vltimo patienti ⁊ qñq̃ʒ ſe habet ſm eque diſtãtiã ad vtrũq̃ʒ ſicut patet in agente cuius actio ad patiens ꝑuenit pluribꝫ inſtrumẽtis. ſed mediũ qꝺ eſt forma q̃ agẽs agit ſemp eſt ꝓpinqui⁹ agẽti. qꝛ eſt in ipſo ſm veritatẽ rei. nõ aũt in patiente niſi ſm ſuã ſiľitudinẽ. ⁊ hoc modo ꝟbũ dꝛ eẽ mediũ inter patrẽ et creaturã. vnde nõ oportet ꝙ equaliter diſtent a patre

Ad 5 et creatura ¶ Ad. v. dõm ꝙ q̃uis apud nos manifeſtatio que eſt ad alterũ nõ fiat niſi per verbũ vocale. tñ manifeſtatio ad ſeipm. fit etiam ꝑ ꝟbum cordis. ⁊ hec manifeſtatio aliã pcedit. ⁊ ideo etiam ꝟbũ interius ꝑ pus diciť. Siľiter etiã ꝑ ꝟbũ incarnatũ pater omnibꝫ manifeſtatus eſt ſʒ ꝑ verbũ ab eterno genitũ eum manifeſtauit ſibipſi. ⁊ ideo non ꝯuenit ſibi nomẽ verbi ſm hoc tãtum ꝙ incarnatus eſt. ¶ Ad. vi. dõm ꝙ verbum incar Ad 6
natum habet aliq̃d ſimile cũ ꝟbo vocis ⁊ aliquid diſſimile. hoc quidẽ ſimile eſt in vtroq̃ʒ ratõne cuius vnũ alteri ꝯparať. qꝛ ſicut vox manifeſtat ꝟbũ interius. ita per carnem manifeſtatũ eſt verbũ eternũ. Sed q̃tũ ad hͻ diſſimile. q̃a ipa caro aſſumpta a ꝟbo ab eterno nõ dꝛ verbũ ſʒ ipa vox q̃ ſumitur ad manifeſtationem ꝟbi interioris ꝟbum dꝛ. ⁊ ideo ꝟbũ vocis eſt aliud a verbo cordis ſed verbũ incarnatũ eſt illud idẽ quod verbũ eternũ. ſicut et verbũ ſcatum ꝑ vocẽ eſt idẽ ꝙ verbũ cordis ¶ Ad. vij. Ad 7
dicendũ. ꝙ rõ ſigni ꝑ prius ꝯuenit effectui q̃ʒ cauſe quãdo cauſa eſt effectui cauſa eẽndi. nõ aũt ſignificãdi. ſicut in exẽplo ꝓpoſito accidit. ſed quãdo effectus habet a cã non ſolũ ꝙ ſit. ſed etiam ꝙ ſignificet. tunc ſicut cauſa eſt prior q̃ʒ effectus in eſſendo. ita in ſcando. ⁊ ideo verbuʒ interius ꝑ prius habet rõnes ſignificationis ⁊ manifeſtatõnis q̃ʒ ꝟbũ exterius. qꝛ verbũ exterius non inſtituitur ad ſcãdũ niſi ꝑ interius ꝟbũ. ¶ Ad. viij. dõm. ꝙ no Ad 8
men diciť ab aliquo imponi dupliciter aut ex pte imponẽtis nomẽ aut ex pte rei cui nomẽ imponitur. ex pte auteʒ rei nomẽ diciť ab illo imponi ꝑ qꝺ ꝯpletur ratio rei quã nomẽ ſcat. ⁊ hec eſt drña ſpecifica illius rei. ⁊ hoc eſt qꝺ pncipaliter ſcať ꝑ nomẽ. ſʒ qꝛ drñe eſſentiales ſunt nobis ignote. qñq̃ʒ vtimur accñtibꝫ vel effectibꝫ loco eaꝝ vt in. viij. metap h. dꝛ. et ſm hoc noĩamus rem. ⁊ ſic illud qꝺ loco drñe eẽntialis ſumiť ẽ a quo imponiť nomẽ. Et ex pte iponẽtis. ſicut lapis imponiť ab effectu q̃ ẽ ledere pedẽ. ⁊ hoc nõ oportʒ pncipaľr eſſe ſcatũ ꝑ nomẽ ſʒ illud loco cui⁹ hoc ponitur. Siľr dico ꝙ nomẽ ꝟbi imponiť a ꝯſideratõe vľa boatu ex pte iponẽtis nõ ex pte rei ¶ Ad Ad 9
ix. dõm. ꝙ q̃tum ad rõnem ꝟbi ptinet nõ differt vtruʒ aliquid intelligať ꝑ ſiľitudinẽ vel eẽntiam. ꝯſtat eñ ꝙ exterius ꝟbũ ſcat omẽ illud qꝺ intelligi pt ſiue ꝑ eſſentiã ſiue ꝑ ſiľitudinẽ intelligatur. ⁊ ideo omẽ intellectũ ſiue ꝑ ſiľitudinẽ ſiue ꝑ eẽntiã intelligatur pt ꝟbũ interius dici. ¶ Ad. x. dõm. ꝙ de his q̃ dicuntur de deo ⁊ creaturis. q̃ Ad 10
dam ſunt quorũ res ſignificate ꝑ pus inueniũtur in deo q̃ʒ in creaturis q̃uis noĩa pus fuerũt creaturis impoſita. ⁊ talia dicũtur ꝓprie de deo vt bonitas ⁊ ſapientia. ⁊ hmõi. Quedã vero ſunt quorũ res ſignificate deo non ꝯueniũt ſʒ aliquid ſimile illis rebꝫ. ⁊ hmõi dicunť metaphorice de deo. ſicut dicimus deũ leonẽ vel ambulenteʒ. Dico ergo ꝙ ꝟbũ in diuinis diciť ad ſimilitudinẽ noſtri verbi rõne nominis impoſitionis. nõ ꝓpter ordinem rei. vñ nõ oportet ꝙ metaphorice dicatur ¶ Ad. xi. dõm. ꝙ ꝯ Ad 11.
platio ptinet ad rõnem q̃ntũ ad id a quo iponiť nomen ex pte imponẽtis. non aũt ex pte rei. ⁊ ideo q̃uis prolatio metaphorice dicať in diuinis. nõ ſequiť ꝙ ꝟbũ metaphorice dicatur. ſicut eñ Dam. dicit ꝙ hoc nomẽ deus dꝛ ab ethin qꝺ eſt ardere. ⁊ tamẽ q̃uis ardere dicať metaphorice de deo. nõ tñ hoc nomẽ deus ¶ Ad xij. dõm. Ad 12.
ꝙ verbum incarnatum comparatur verbo vocis propter q̃ndam ſimilitudinẽ tantũ. vt patet ex dictis. ⁊ ideo verbum incarnatum non poteſt dici verbum vocis niſi metaphorice. ſed verbum eternũ comparatur ꝟbo cordis ſm verã rõneʒ ꝟbi interioris. et iõ ꝟbũ dꝛ vtrobiq̃ʒ

## Secũdo queriť. vtruʒ verbũ in diuinis dicať eẽntialr̃ vel ꝑſonaliter.

Et videtur ꝙ eẽntialiter poſſet dici. qꝛ nomẽ ꝟbi a manifeſtatõne iponiť. vt dcm ẽ. ſʒ eẽntia diuina ꝑ ſeipſam 1.

poteſt manifeſtari.ergo ei ꝟbū ꝯpetit ꝑ ſe.et ita verbuꝫ
eſſentialiter dicitur ¶ Pꝛete.ſignificatū per nomē eſt ipa
2 definitio.vt in.iiij.metaph.dꝛ.ſꝫ ꝟbū ſm Auguſti.in.ix
de trinita.eſt noticia cū amoꝛe.⁊ ſm Anſel.in monol.di
cere ſummo ſpiritui nihil aliud eſt ꝙ̄ cogitando intueri.
In vtraqꝫ aūt definitōne nihil ponit̃ niſi eſſentialiter di/
3 ctum.ḡ verbū eſſentialiter dꝛ ¶ Preterea Quicq̄d dꝛ eſt
verbū.ſed pater dicit nō ſolū ſeipm̄.ſed etiam filiū et ſpi
ritū ſanctū.vt Anſelmus dꝛ in libro p̄dicto.ergo verbū
4 cōe tribus perſonis eſt.ergo eſſentialiter dicit̃. ¶ Pꝛete.
Quilibet dicēs eſt hoc verbuꝫ qđ dicit.vt Auguſti.dꝛ
vij.de trinita.ſꝫ ſicut dicit Anſel.in monol. Sicut pater
eſt intelligens ⁊ filius intelligens et ſpūſſanctus intelli
gens.nō tamē tres intelligentes ſꝫ vnus intelligens.ita
pater eſt dicēs ⁊ filius eſt dicens ⁊ ſpūſſanctus eſt dicēs
et tamen non ſunt tres dicentes ſed vnus dicens.et cui/
libet eoꝝ reſpondet ꝟbū.ſed nihil eſt cōe tribꝫ.niſi eſſen
5 tia.ḡ verbum eſſentialiter dꝛ in diuinis ¶ Preterea In
intellectu non differūt dicere ⁊ intelligere.ſed ꝟbū in di
uinis ſumit̃ ad ſilitudinē ꝟbi qđ eſt in intellectu.ḡ nihil
aliud eſt in deo dicere ꝙ̄ intelligere.ḡ verbū nihil eſt ali/
ud ꝙ̄ intellectū.ſꝫ intellectū in diuinis eſſentialiter dꝛ.ḡ
et verbū ¶ Preterea Verbū diuinū vt Auguſti.dꝛ eſt
6 potentia operatiua patris.ſꝫ potētia operatiua eſſentia
liter dꝛ in diuinis.ergo ⁊ verbū eſſentialiter dicitur.
7 ¶ Pꝛete.Sicut amoꝛ īpoꝛtat emanationē affectus.ita
ꝟbū emanationē intellectus.ſed amoꝛ in diuinis eſſen/
8 tialiter dicit̃ ergo.et verbum ¶ Pꝛete Id qđ p̄t intelli/
gi in diuinis nō intellecta diſtinctōne ꝑſonaꝝ nō dꝛ ꝑſo/
naliter.ſꝫ ꝟbū eſt hmōi.qꝛ etiam illi q̄ negant diſtinctio
nem perſonarū ponūt ꝙ deus dicit ſeipm̄.ḡ verbū non
Cõtra dicit̃ ꝑſonaliter in deo ¶ In cōtrariū eſt qđ dꝛ Augu.
in.vi.de trini.ꝙ ſolus filius dꝛ verbū.nō aūt ſil' pater ⁊ fi
lius ꝟbū dicūt̃.ſꝫ oīe qđ eēntialr̃ dꝛ cōiter vtriqꝫ ꝯue
nit.ḡ verbū nō dꝛ eſſentialiter. ¶ Pꝛete.Joh̄.p̄mo dꝛ
ꝟbū erat apud deū.ſed ly apud cū ſit ꝓpoſitio trāſitiua
īpoꝛtat diſtinctōnē.ḡ ꝟbū a deo diſtinguit̃ ſꝫ nihil diſtin
guit̃ in diuinis.qđ dicit̃ eſſentialr̃.ḡ verbū nō dicit̃ eēn/
tialiter ¶ Pꝛete.Omne illud qđ in diuinis impoꝛtat re
lationem perſone ad perſonam dicit̃ ꝑſonaliter nō eſſen/
tialiter.ſꝫ ꝟbū eſt hmōi.ḡ ⁊c. ¶ Pꝛete.Ad hoc eſt etiā
autoꝛitas Richar.de ſctō victoꝛe qui dicit in libꝛo ſuo
de trinita.ſolum filium verbum dici.
R̃ꝫo. ¶ Reſpōſio dōm.ꝙ ꝟbū ſm ꝙ in diuinis metaphoꝛice
dꝛ.put ipa creatura dꝛ ꝟbū manifeſtās deū.ꝓcul dubio
ad totā ꝑtinet trinitatem Nūc aūt q̄rimus de verbo ſm
ꝙ ꝓpꝛie dꝛ in diuinis.queſtio aūt iſta in ſuperficie videt̃
eē planiſſima.ꝓpter hoc ꝙ ꝟbū oꝛiginē quādā impoꝛtat
ſm quā in diuinis ꝑſone diſtinguūtur.ſꝫ ſi interius cō/
ſiderata difficilioꝛ inuenitur.eo ꝙ q̄dam inuenimus que
oꝛiginē īpoꝛtant nō ſm rem.ſꝫ ſm rōnem tātū.ſicut hoc
nomē operatio q̄ ꝓcul dubio impoꝛtat aliq̄d ꝓcedens
ab operante.et tn̄ ille ꝓceſſus nō eſt niſi ſm rōnem tātū
Unde operatio in diuinis nō ꝑſonaliter.ſꝫ eſſentialiter
dicitur.qꝛ in deo non differt eſſentia ꝟtus ⁊ operatio.vn̄
nō ſtatim fit euidens.vtrū hoc nomē verbū ꝓceſſuꝫ rea
lem impoꝛtat.ſicut hoc nomē filius.vel rōnis tantū.ſicut
hoc nomē operatio.et ita vtrū eſſentialiter vel perſonali
Nota ter dicat̃ ¶ Unde ad huius noticiā ſciēdū eſt.ꝙ ꝟbuꝫ
intellectus noſtri ſm cuius ſimilitudinē loqui poſſumꝰ
de verbo dei.eſt illud ad quod operatio intellectus no/
ſtri terminatur.qđ eſt ipſum intellectum.qđ dicit̃ conce
ptio intellectus.ſiue ſit ꝯceptio ſignificabilis ꝑ vocē in/
cōplexam vt accidit qn̄ intellectꝰ foꝛmat q̄dditates re/
rum.ſiue ꝑ vocem ꝯplexam.qđ accidit qn̄ intellectꝰ cō
ponit ⁊ diuidit.oīe aūt intellectum in nobis eſt aliquid
realiter ꝓgrediens ab altero.vel ſicut ꝓgrediūtur a p̄n
cipijs ꝯceptiones ꝯcluſionū.vel ſicut ꝯceptiōes q̄ddita
tum rerū poſterioꝝ a q̄dditatibꝫ rerū prioꝝ.vel ſaltem
ſicut ꝯceptio actualis ꝓgredit̃ ab habituali ꝯgnitiōe.et
hoc vniuerſaliter verū eſt de oīnī qđ a nobis intelligitur
ſiue ꝑ eſſentiam intelligat̃.ſiue ꝑ ſimilitudinē.ipa eīn cō
ceptio eſt effectus actus intelligēdi.vnde etiam quādo
mens intelligit ſeipſam.eius conceptio nō eſt ipa mens
ſed aliquid expꝛeſſum a noticia mentis.ideo intelligit ſe
ſicut alia.vt dicit̃.iij.de anima. Ita ergo ꝟbū intellectuꝫ
in nobis duo habet de ſua rōne.ſcꝫ ꝙ ſit intellectū.⁊ ꝙ ē
ab alio expꝛeſſum. Si ergo ſcđm vtriuſqꝫ ſimilitudinem
ꝟbū dicatur in diuinis.tūc nō ſolū impoꝛtabit̃ ꝑ nomen
ꝟbi ꝓceſſus rōnis.ſed etiā rei. Si aūt ſm ſimilitudineꝫ
alterius tantū.ſcꝫ ꝙ eſt intellectum.ſic hoc nomē ꝟbuꝫ
in diuinis nō impoꝛtabit ꝓceſſum realem.ſed rōnis tan
tum.ſicut ⁊ hoc nomē intellectum. Sed hoc nō erit ſm
ꝓpꝛiā verbi acceptōnem.qꝛ ſi aliq̄d eoꝝ q̄ ſunt de rōne
alicuius auferat̃ iam nō erit ꝓpꝛia acceptio Unde ſi ꝟbū
ꝓpꝛie accipiat̃ in diuinis nō dꝛ niſi ꝑſonaliter.ſi aūt accipi
atur cōiter poterit etiā dici eēntialr̃.ſed tn̄ qꝛ noībꝫ vten
dum eſt vt plures ſm ph̄m.vſus maxime eſt emulādus
in ſignificationibꝫ nominum.et quia omnes ſancti vtunt̃
cōiter noīe verbi.put ꝑſonaliter dꝛ.ideo hoc magis dicē
dum ꝙ ꝑſonaliter dicatur
¶ Ad p̄mū ergo dōm.ꝙ ꝟbū de rōne ſui nō ſolū habet Ad.1.
manifeſtationē.ſꝫ realē ꝓceſſum vnius ab alio.et qꝛ eſſen
tia non ꝓgredit̃ realiter a ſeipa.ꝗuis manifeſtet ſeipam
nō poteſt eſſentia verbū dici.niſi rōne idētitatis eſſentie
ad ꝑſonaꝫ.ſicut ⁊ dꝛ pater et filius ¶ Ad ſcđm dōm.ꝙ Ad 2
noticia q̄ ponit̃ in definitōne verbi eſt intelligēda noticia
expꝛ̄ſſa ab alio.q̄ eſt in nobis noticia actualis.ꝗuis autē
noticia vel ſapientia eſſentialiter dicat̃ in diuinis.tn̄ ſapi
entia genita nō dicit̃ niſi ꝑſonaliter Silr̃ etiā qđ Anſel
mus dicit ꝙ dicere eſt cogitando intueri.eſt intelligendū
ſi ꝓpꝛie dicere accipiat̃ pꝛo intuitu ꝯgnitionis ſm ꝙ per
ipm̄ aliq̄d ꝓgreditur ſcꝫ cogitatū ipm̄ ¶ Ad.iij.dōm.ꝙ Ad 3
ꝯceptio intellectus eſt media inter intellectū ⁊ rem intel
lectam.qꝛ ea mediāte operatio intellectus ꝑtingit ad rē
et ideo ꝯceptio intellectus nō ſolū eſt id qđ intellectū eſt
ſed etiam eſt id in quo res intelligit̃.et ſic id qđ intelligit̃
poſſit dici ⁊ cōceptio intellectꝰ ⁊ ipa res.et ſilr̃ id qđ
dꝛ pōt dici res ipa.q̄ dicit̃ ꝑ ꝟbuꝫ ⁊ ipm̄ ꝟbū.vt etiam
in verbo exteriori ptꝫ.qꝛ ⁊ ipm̄ nomē dꝛ ⁊ res ſignifica/
ta ꝑ nomē dicit̃ ipo noīe Dico ergo ꝙ pater dicit̃ nō ſicut
ꝟbū ſꝫ ſicut res dicta ꝑ ꝟbū. Et ſilr̃ ſpūſſanctus.qꝛ filiꝰ
manifeſtat totā trinitatem.vn̄ pater dicit vno verbo ſuo
oēs tres ꝑſonas ¶ Ad iiij.dōm.ꝙ in hoc videt̃ ꝯtraria Ad 4
ri Anſelmꝰ ſibiipi.dicit eīn ꝙ ꝟbū nō dicit̃ niſi ꝑſonali
ter ⁊ ꝯuenit ſoli filio.ſed dicere ꝯuenit tribꝫ ꝑſonis.dice
re autē nihil eſt aliud ꝙ̄ ex ſe emittere verbū. Similiter
etiam verbo Anſel.cōtrariatur verbum Auguſti.in vij.
de trinita.vbi dicit.ꝙ nō ſingulis in trinitate eſt dicens
ſed pater verbo ſuo.vnde ſicut verbum pꝛopꝛie dictum
non dicitur niſi perſonaliter in diuinis ⁊ conuenit ſoli fi/
lio.ita et dicere ſoli patri ꝯuenit.ſed Anſelmus accipit
dicere communiter pꝛo intelligere.et verbum pꝛopꝛie ⁊
potuiſſet facere econuerſo ſi ei placuiſſet.

Ad 5 ¶ Ad quintū dōm ꝙ in nobis dicere nō ſolum ſignifi-
cat intelligere. ſed intelligere cum hoc ꝙ eſt ex ſe exprime
re aliquam ꝯceptionem. nec aliter poſſumus intelligere
niſi hmōi ꝯceptōem exprimendo. et ideo oīe intelligere
in nobis ꝓprie loquendo eſt dicere. Sed deus poteſt in-
telligere ſine hoc ꝙ aliquid ſm rem ex ipſo ꝓcedat. ſed
ſm rōnem. qꝛ in eo idem eſt intelligens ⁊ intellectum ⁊
intelligere. qḋ in nobis non accidit. ⁊ ideo nō oīe intelli
Ad 6 gere in deo ꝓprie loquendo dꝛ dicere ¶ Ad ſextū dōm
ꝙ ſicut verbū nō dicit notitia patris niſi notitia genita
ex patre, ita ⁊ dꝛ virtus operatiua patris. qꝛ eſt virtꝰ ꝓ
cedens a patre virtute, virtus aūt ꝓcedens a patre vir
Ad 7 tute pſonaliter dꝛ. ⁊ ſilr potentia operatiua ꝓcedens
a patre ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ duplr aliquid pt ꝓcede-
re ab altero. Uno mō ſicut actio ab agente. vel operatio
ab operante. Alio mō ſicut operatū ab opante. ꝓceſſus
eīm opationis ab opante nō diſtinguit rem ꝑ ſe exiſtentē
ab alia ꝑ ſe exiſtente. ſed diſtinguit pfectiōem a pfecto. qꝛ
opatio eſt pfectio operantis. ſed ꝓceſſus operati diſtin-
guit vnam rem ab alia. In diuinis aūt nō pt eſſe ſm rē
diſtinctio pfectiōis a pfectibili. inueniūtur tn̄ in deo res
ab inuicem diſtincte. ſcꝫ tres pſone. et ideo ꝓceſſus q̄ ſi-
gnificatur in diuinis. vt opatōnis ab opante. non eſt niſi
rōnis tm̄. Sed ꝓceſſus qui ſcatur vt rei a pncipio pt re
aliter in deo inueniri. Hec aūt eſt drīa inter intellectū
et volūtatem. qꝛ opatio volūtatis terminat ad res in qui-
bus eſt bonū ⁊ malū. ſed operatio intellectus terminat
in mente in qua eſt verū ⁊ falſum. vt dꝛ ſexto metaph. et
ideo volūtas non hꝫ aliquid ꝓgrediens a ſeipſa qḋ in ea
ſit niſi ꝑ modū operatōis. ſed intellectus habet in ſeipſo
aliqd ꝓgrediēs ab eo nō ſolū ꝑ modū opationis. ſed etiā
ꝑ modum rei opate. ⁊ ideo ſignificat vbum vt res ꝓce-
Ad 8 dens. ſed amor vt opatio ꝓcedens. vn̄ amor nō ita ſe ha
bet ad hoc vt dicat pſonaliter ſicut verbū ¶ Ad octauū
dōm. ꝙ nō intellecta diſtinctōe pſonarum nō ꝓprie deus
dicit ſeipſum. nec ꝓprie hoc a quibuſdā intelligitur q̄ di-
Tho. in ſtāciaꝝ ſtinctōem pſonarū in deo nō ponūt.
¶ Ad ea vero que in ꝯtrariū obijciūtur poſſet de fa
Ad .j. cili reſpōderi ſi quis vellet ꝯtrariū ſuſtinere. ¶ Ad hoc
vero qḋ obijcit de verbis Auguſti. poſſꝫ dici ꝙ auguſti.
Ad 2 accipit vbum ſm ꝙ importat realem originē ¶ Ad ſecū
dū poſſet dici. ꝙ ſi hec ꝑpoſitio. apud. importat diſtincti-
onem. hec tamen diſtinctio nō importat in nomie verbi.
Un̄ ex hoc ꝙ vbum dꝛ eſſe apud patrem non pt ꝯcludi
ꝙ verbū pſonaliter dicatur. qꝛ etiam dicit deus de deo. ⁊
Ad 3 deus apud deum ¶ Ad tercium poſſet dici ꝙ relatio il-
Ad 4 la nominis eſt tm̄ ¶ Ad q̄rtū dōm ſicut ad pmū.

**Tertio queritur. vtrū**
.j. verbū ſpūiſancto ꝯueniat. Et videt ꝙ ſic. ſicut
eīm dꝛ Baſilius in tercio ſermone de ſpūſancto. ſicut ſe hꝫ
filius ad patrem. eodē modo ſe habet ſpūſſanctus ad fi
lium. et ꝓpter hoc dꝛ q̄dem verbū filius. verbum aūt filij
2 ſpūſſanctꝰ. ꝗ ſpūſſctūs dꝛ verbū ¶ Pre. Hebre. pº. dꝛ
de filio cū ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtantie eius por-
tans omnia verbo virtutis ſue. ergo filius habet verbum
a ſe ꝓcedens quo oīa portantur. ſed in diuinis nō ꝓce-
dit a filio niſi ſpūſſanctus. ergo ſpūſſanctus dꝛ verbum.
3 ¶ Pre. Verbū vt dꝛ Auguſti. ix. de trini. eſt notitia cū
amore. ſed ſicut notitia appropriat filio. ita amor ſpūſan
4 cto. ergo ſicut vbū ꝯuenit filio. ita ⁊ ſpūſancto ¶ Pre.
Hebre. pmo ſuꝑ illud portans oīa verbo virtutis ſue
dicit gloſa ꝙ vbū accipit ibi pro imperio. ſed imperiū ac
cipit inter ſigna volūtatis. cū ꝗ ſpūſſctūs ꝑ modū volū-
tatis ꝓcedat videt ꝙ vbū poſſit dici ¶ Pre. verbū de ſui 5
rōne manifeſtatiōeꝫ importat. ſed ſicut filius manifeſtat
patrem. ita ſpūſſanctus patrem ⁊ filiū. vt dꝛ Joh. xvi. ꝙ
ſpūſſanctus docet omnē veritatē. ergo ſpūſſanctus debet Cōtra
dici verbū ¶ Sed ꝯtra eſt qḋ Augꝰ. dꝛ. xvi. de trini.
ꝙ filius eo dꝛ vbum quo filius. ſed filius dꝛ filius eo ꝙ ge
nitus. ergo ⁊ verbū dꝛ eo ꝙ genitus. ſed ſpūſſanctus non
eſt genitus. ergo nō eſt verbū.
¶ Rñſio dōm. ꝙ vſus horum nominū ſcꝫ vbum et Rño
imago aliter ē apud nos ⁊ ſanctos noſtros. ⁊ aliter apud
antiquos doctores grecoꝝ. illi eīm vſi ſunt noīe vbi ⁊ ima
ginis pro omni eo qḋ in diuinis ꝓcedit. vn̄ indifferenter
ſpiritūſanctū verbū ⁊ imaginē appellant. Sed nos ⁊ ſan
cti noſtri in vſu nominū horum emulamur ꝯſuetudinē
ſacre canonice ſcripture. que aut vix aut nūq̄ vbum aut
imaginē ponit niſi pro filio. ⁊ de imagine quidē ad pſentē
queſtionē nō ptinet. ſed de verbo ſatis rōnabilis vſus no
ſter apparet. Verbū eīm quādā manifeſtatōem importat
manifeſtatio aūt ꝑ ſe nō inuenit niſi in intellectu. ſi eīm ali
quid qḋ eſt extra intellectū manifeſtare dicat. hoc non eſt
niſi ſm ꝙ ex ipſo aliqd in intellectu relinquit. proximū er-
go manifeſtās eſt in intellectu. ſed remotū etiā poteſt eē
extra eū. ⁊ ideo nomen vbi ꝓprie dꝛ de eo qḋ ꝓcedit ab in
tellectu. qḋ vero ab intellectu nō ꝓcedit nō pt verbū di-
ci niſi metaphorice. inq̄tū ſcꝫ ē in aliquo manifeſtans Di
co ergo ꝙ in diuinis ſolus filius ꝓcedit ꝑ viam intellectꝰ
qꝛ ꝓcedit ab vno. ſpūs aūt ſanctus. qꝛ ꝓcedit a duobꝰ ꝓ
cedit ꝑ viam volūtatis. ⁊ ideo ſpūſſanctus nō pt dici ver
bum niſi metaphorice. ſm ꝙ oīe manifeſtans dꝛ vbū. et
hoc mō exponēda eſt autoritas Baſilij ¶ Et ſic pꝫ rñſio Ad .j.
ad pmū. ¶ Ad ſecūdū dōm. ꝙ verbū ſm Baſiliū acci- Ad 2
pitur ibi ꝓ ſpūſancto. ⁊ ſic dōm eſt ſicut ad pmum. Vel
pt dici ſm glo. ꝙ verbū accipit pro imperio filij. qḋ meta
phorice dꝛ vbū. qꝛ vbo ꝯſueuimus imperare ¶ Ad ter Ad 3
ciū dōm. ꝙ notitia eſt de rōne verbi quaſi importās eſſen
tiam verbi. ſed amor eſt de rōne vbi. nō quaſi ptinēs ad
eius eſſentiam. ſed quaſi ꝯcomitans ipm. vt ipſa autori
tas inducta oſtendit. ⁊ ideo nō pt ꝯcludi ꝙ ſpūſſanctus
ſit verbū. ſed qḋ ꝓcedit ex vbo ¶ Ad .iiij. dōm. ꝙ vbū Ad 4
manifeſtat nō ſolum qḋ eſt in intellectu. ſed etiā qḋ eſt in
volūtate ſm ꝙ ipa volūtas eſt etiā intellecta. ⁊ ideo im
perium q̄uis ſit ſignū volūtatis. tn̄ poteſt dici vbum et Ad 5
ad intellectum pertinet ¶ Ad quintū dōm. ꝙ iam patꝫ
ſolutio ex dictis

**Quarto querit. vtrū**
pater dicat creaturam vbo. Et videt ꝙ nō. qꝛ .j.
cum dicit pater dꝛ ſe. nihil ſignificat ibi niſi dicens ⁊ dictū
et ex vtraq̄ parte ſcatur pater tm̄. cū ergo pater nō ꝓ-
ducat ex ſe vbum niſi ſm ꝙ dꝛ ſe. videtur ꝙ ꝑ verbū qḋ 2
a patre ꝓcedit nō dicatur creatura. ¶ Pre. Verbum
quo vnūqḋq̄ dꝛ eſt ſimilitudo illius. ſed verbū nō poteſt
dici ſimilitudo creature. vt Anſel. ꝓbat in monolo. quia
vel vbum pfecte ꝯueniret cū creaturis. ⁊ ſic eſſꝫ mutabi-
le ſicut ⁊ creature ⁊ periret in eo ſumma immutabilitas
Vel nō ſumme ꝯueniret. ⁊ ſic nō eēt in eo ſumma vitas
qꝛ ſilitudo tanto verior eſt quāto magis ꝯuenit cum eo
cuius eſt ſilitudo. ergo filius nō eſt verbū quo creatura

3 dicit᷑ ¶ Preterea. Verbū creaturarū in deo dicit᷑ hoc mō ſi/
cut verbū artificiatorum in artifice. ſed ꝟbum artificiato
rum in artifice nō eſt niſi diſpoſitio de artificiatis. ergo ⁊
verbū creaturarū in deo nō eſt niſi diſpoſitio de creaturis
ſed diſpoſitio de creaturis in deo eſſentialiter dꝛ ⁊ nō ꝑſo
naliter. ergo ꝟbū quo creature dicūtur nō eſt ꝟbum qđ
4 ꝑſonaliter dꝛ ¶ Pre. Verbū oīe ad id qđ ꝑ ꝟbum dici
tur habet ſilitudinem vel exemplaris vel imaginis. Exē
plaris quidem qñ ꝟbum eſt cauſa rei. ſicut accidit in intel
lectu practico. Imaginis qñ cauſat᷑ a re. ſicut accidit in no
ſtro intellectu ſpeculatiuo. Sed in deo nō pt eſſe verbū
creature qđ ſit creature imago. ergo oportꝫ ꝙ ꝟbum cre
ature in deo ſit creature exemplar. ſed exemplar creature
in deo eſt ydea. ergo ꝟbum creature in deo nō eſt aliud ꝙ̄
ydea. Idea aūt nō dꝛ in diuinis ꝑſonaliter ſed eſſentiali
ter. ergo verbū ꝑſonaliter dictū in diuinis quo pater di
cit ſeipſum nō eſt ꝟbum quo dicūtur creature ¶ Prete.
5 Magis differūt creature a deo ꝙ̄ ab aliqua alia creatu/
ra. ſed diuerſaꝝ creaturaꝝ ſunt plures ydee in deo. ergo
6 non eſt idem verbū quo pater ſe ⁊ creaturā dꝛ ¶ Pre.
Sēdm Auguſti. eo dꝛ imago quo ꝟbum. ſed filius non
eſt imago creature ſed ſolius patris. ergo fili⁹ nō eſt ver
7 bum creature ¶ Pre. Oīe ꝟbū ꝓcedit ab eo cuius eſt
ꝟbū. ſed filius nō ꝓcedit a creatura. ḡ nō eſt verbū quo
creatura dicatur.

Cōtra ¶ Sed ꝯtra. Anſel. dꝛ ꝙ pater dicendo ſe dꝛ omnes
creaturam. ſed ꝟbū quo ſe dicit eſt filius. ḡ ꝟbum qđ eſt
filius dꝛ omnē creaturā ¶ Pre. Aug⁹. ſic exponit dictū
dixit ⁊ factū eſt. i. verbū genuit in quo erat vt fieret. ergo
ꝟbo qđ eſt filius dixit omnē creaturā ¶ Pre. Eadē eſt
ꝯuerſio artificis ad artem ⁊ ad artificiatū. ſed ipſe deus
eſt ars eterna a qua creature producūtur. ſicut artificiata
q̄dam. ergo pater eadē ꝯuerſione ꝯuertit᷑ ad ſe ⁊ ad oēs
creaturas. ⁊ ita dicendo ſe dꝛ oīes creaturas ¶ Prete.
Oīe qđ eſt poſterius reducit᷑ ad id qđ eſt p̄us in aliquo
genere ſicut ad cām. ſed creature dicūtur de deo. ergo re/
ducūtur ad p̄mū qđ a deo dꝛ. ſed ipſe p̄mo ſeipſum dicit.
ergo per hoc ꝙ dicit ſe. dicit oīes creaturas. ⁊ ſic idem
quod prius

Rō ¶ Rñſio dōm. ꝙ filius ꝓcedit a patre ⁊ ꝑ modū na/
ture inq̄tum ꝓcedit vt filius. ⁊ ꝑ modū intellectus inq̄
tum ꝓcedit vt ꝟbum. vterqꝫ aūt ꝓceſſionis modus inue
nitur apud nos. q̄uis nō q̄tū ad idem. nihil eīn eſt apud
nos qđ ꝑ modū intellectus ⁊ nature ꝓcedat ab alio. qꝛ in
telligere ⁊ eſſe nō ſunt idem apud nos ſicut apud deum.
vterqꝫ aūt modus ꝓceſſionis hꝫ diſſilitudinē ſm ꝙ in no
bis ⁊ in deo inuenit᷑. filius eīn hoīs qui a patre hoīe ꝑ vi/
am nature ꝓcedit. nō habet in ſe totam ſubām patris. ſꝫ
partem ſubſtātie eius recipit. filius autem dei inq̄tum ꝑ
naturā ꝓcedit a patre totam in ſe naturā patris recipit
vt ſint nature vnius numero pater ⁊ filius Et ſiliter dif/
ferentia inuenit᷑ in ꝓceſſu qui eſt per viam intellectus. ver
bū eīn qđ in nobis exprimit᷑ ꝑ actualem ꝯſideratōem q̄ſi
exortum ex aliqua principioꝝ ꝯſideratōne vel ſaltem co
gnitione habituali nō totū in ſe recipit qđ eſt in eo a quo
oritur. Nō eīn quicq̄d tenemus habituali cognitōne hoc
exp̄mit intellectus in vnius ꝟbi ꝯceptiōe. ſed aliquid ei⁹
ſiliter in ꝯſideratōe vnius ꝯcluſionis nō exp̄mitur oīe
illud qđ erat virtutis in p̄ncipijs. ſed in deo ad hoc ꝙ ver
bum eius ꝑfectum ſit. oportꝫ ꝙ ꝟbū eius exp̄mat quic/
quid ꝯtinetur in eo ex quo oritur. ⁊ p̄cipue cū deus vno
intuitu oīa videat indiuiſum. Sic igit᷑ oportꝫ ꝙ quicq̄d in
ſcientia patris ꝯtinet᷑ totū hoc ꝑ vnū ipſius exp̄mat᷑ ver/
bum. et hoc mō quo in ſcīa ꝯtinetur. vt ſit verbū ſuo p̄n/
cipio correſpondens ꝑ ꝟbum ⁊ ſcientiam ipſius exprimit
ipm patrē p̄ncipaliter ⁊ ꝯſequenter oīa alia que cogno/
ſcit pater cognoſcendo ſeipm. Et ſic filius ex hoc ipſo qđ
eſt verbū ꝑfecte exprimens patrē exp̄mit omnes creatu/
ram. Et hic ordo oſtendit᷑ in verbis Anſelmi. qui dixit Ad 1.
ꝙ dicendo ſe dixit omnē c̄aturā

¶ Ad p̄mū ergo dōm. ꝙ cū dicit᷑ pater dicit ſe. in hac
dictōe etiam includit᷑ omnis creatura. inq̄tum ſcꝫ pater
ſua ſcientia ꝯtinet oēm creaturā velut exēplar totius cre
ature ¶ Ad ſecūdū dōm. ꝙ Anſel. accipit ſtricte nomen Ad 2
ſilitudinis. ſicut ⁊ dyoniſius in. ij. caplo de di. no. vbi dꝛ
ꝙ in eque ordinatis ad inuicē recipimus ſilitudinis reci
procatōem. vt ſcꝫ vnū dicat᷑ alteri ſimile ⁊ econuerſo. ⁊ in
his que ſe habēt ꝑ moduꝫ cauſe ⁊ cauſati nō inuenit᷑ ꝓprie
loquendo reciprocatio ſilitudinis. Dicimus eīn ꝙ imai/
go Herculis ſimilat᷑ Herculi ſed nō ecōuerſo. vñ qꝛ ver
bum diuinū nō eſt factū ad imitatōem creature vt ꝟbuꝫ
noſtrū. ſed potius ecōuerſo. ideo Anſel. vult ꝙ ꝟbū nō ſit
ſilitudo creature ſed econuerſo. Si ergo largo mō ſilitu/
dinem accipiamus. ſic poſſumus dicere ꝙ ꝟbum eſt ſilitu
do creature. nō quaſi imago ei⁹. ſed quaſi exemplar. ſicut
etiā Aug⁹. dꝛ ydeas eſſe rerū ſilitudines. nec tñ ſeq̄tur ꝙ
in ꝟbo non ſit ſumma veritas. qꝛ eſt imutabile creaturis
exiſtentibꝫ mutabilibꝫ. qꝛ nō exigit᷑ ad veritatē ꝟbi ſilitu/
do ad rem que ꝑ ꝟbū dꝛ ſm ꝯformitatem nature. ſed ſm
repſentatōem. vt in q̄ſtione de ſcientia dei dictum eſt
¶ Ad terciū dōm. ꝙ diſpoſitio creaturaꝝ nō dꝛ ꝟbum Ad 3
ꝓprie loquendo niſi ſm ꝙ eſt ab altero ꝓgrediens. ſed diſ
poſitio genita dicitur ꝑſonaliter ſicut ⁊ ſapientia genita.
q̄uis diſpoſitio ſimplr̄ ſumpta eſſentialis dicat᷑ ¶ Ad Ad 4
quartū dōm. ꝙ ꝟbum differt ab ydea. ydea nominat for
mā exemplarē abſolute. ſed verbū creature in deo nomi
nat formam exemplarē ab alio deductam. ⁊ ideo ydea in Ad 5
deo ad eſſentiam ꝑtinet. ſed verbum ad ꝑſonam ¶ Ad
quintū dōm. ꝙ q̄uis deus maxime diſtet a creatura con/
ſiderata ꝓprietate nature. tñ deus eſt creature exemplar
nō aūt vna creatura eſt exemplar alterius. ⁊ ideo verbo
quo exprimitur deus. exp̄mitur oīs creatura. nō autē
ydea qua exp̄mitur creatura vna exp̄mitur alia. Ex quo
etiam apparet alia differētia inter ydeam ⁊ ꝟbū. qꝛ ydea
directe reſpicit creaturā. ⁊ ideo pluriū creaturaruꝫ ſunt
plures ydee. ſed verbū reſpicit deū qui p̄mo ꝑ verbū exp̄
mitur. ⁊ ex ꝯſequenti creaturam. et qꝛ creature ſm ꝙ in Ad 6
deo ſunt vnum ſunt. ideo creaturarum omniū eſt vnum
verbū ¶ Ad ſextū dōm. ꝙ cū dꝛ Aug⁹. ꝙ filius eo dicit᷑
verbū quo imago intelligit q̄tum ad ꝓprietatē ꝑſonalē
filij q̄ eſt eadem ſm rem. ſiue ſm eam dicat᷑ filius ſiue ver
bum ſiue imago. ſed q̄tum ad modū ſcandi nō eſt eadē
rō triū nominū p̄dictoꝝ. verbū eīn nō ſolum importat rō
nem originis ⁊ imitatōis. ſed etiam manifeſtatōis. ⁊ hoc
mō verbū eſt aliquo mō creature. inq̄tum ſcꝫ ꝑ verbuꝫ Ad 7
creatura manifeſtat᷑ ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ verbū eſt ali
cui⁹ multiplr̄. Vno mō vt dicētis. ⁊ ſic ꝓcedit ab eo cu
ius eſt ꝟbū. Alio mō vt manifeſtati ꝑ ꝟbū. ⁊ ſic nō oportet
ꝙ ꝓcedat ab eo cui⁹ eſt. niſi qñ ſcīa ex qua ꝓcedit eſt cau
ſata a rebꝫ. qđ in deo nō accidit. ⁊ ideo rō nō ſeq̄tur

**Quinto querit᷑. Utrū**
hoc nomen verbū importet reſpectū ad creatu

.1. ram. Et videt̃ q̄ nõ. om̄e em̄ nomen qḋ importat reſpe
ctuꝫ ad creaturã dr̃ de deo ex tp̄e vt creator ⁊ dñs. ſꝫ ver
bũ de deo ab eterno dr̃. ḡ nõ ĩportat reſpectũ ad creatu/
2 ram ¶ Pre. Om̄e relatiuũ vel eſt relatiuuꝫ ſm̄ eſſe vel
ſm̄ dici. ſed v̄bũ nõ refert̃ ad creaturã ſm̄ eſſe. q2 ſic depẽ
deret a creatura. Nec iterũ ſm̄ dici. q2 oporteret q̄ in ali
quo caſu ad creaturã referreret̃. qḋ non inuenit̃. maxime
em̄ inuenit̃ referri ꝑ genitiuũ caſum. vt cũ dr̃ v̄bũ eſt crea
ture. qḋ Anſel̃ in monolo. negat. ergo v̄bũ non importat
3 reſpectũ ad creaturã ¶ Pre. Om̄e nomen importãs re/
ſpectũ ad creaturã nõ p̄t intelligi niſi intelligendo q̄ crea
tura ſit actu vel in potentia. q2 qui intelligit vnũ relatiuo/
rum oportꝫ q̄ intelligat reliquuꝫ. ſed nõ intelligendo ali/
quam creaturam eſſe vel futurã eſſe. adhuc v̄bum intelli
git̃ in deo ſm̄ q̄ pater dr̃ ſeipſum. ergo v̄bum nõ impor/
4 tat reſpectũ ad creaturas ¶ Pre. Reſpectus dei ad cre
aturã non p̄t eſſe niſi ſicut cauſe ad effectũ. ſed ſicut habet̃
ex dictis Dyo. v. ca. de di. no. om̄e nomen ꝯnotans effe/
ctum in creatura ꝯmune eſt toti trinitati. verbũ aũt nõ
eſt hm̄õi. ergo nõ importat reſpectũ quẽdam ad creatu/
5 ram ¶ Pre. Deus nõ intelligit̃ referri ad creaturaꝫ niſi
ꝑ ſapientiã bonitatẽ ⁊ potentiã. ſed om̄ia illa nõ dicũtur
de v̄bo niſi ꝑ appropriatõem. cũ ergo verbũ nõ ſit appro/
priatum ſed ꝓprium. videt̃ q̄ verbũ non importet reſpe/
6 ctum ad creaturã ¶ Pre. Hõ ꝯſiliis ſit diſpoſitor reruꝫ.
nõ tñ in hoĩs noĩe importat̃ reſpectus ad res diſpoſitas
ergo ꝯſiliis ꝑ verbũ omnia diſponant̃. nõ tñ nomen verbi
7 reſpectũ ad creaturas diſpoſitas importat. ¶ Preterea.
Verbũ relatiue dr̃ ſicut ⁊ filius. ſed tota relatio filij ter/
minat̃ ad patrẽ. nec eſt em̄ filius niſi patris. ḡ ſimiliter to
ta relatio v̄bi. ergo verbũ nõ importat reſpectũ ad crea/
8 turam ¶ Pre. Sꝫm̃ phm̃ in. v. metaph. om̄e relatiuũ dr̃
ad vnũ tñ. al̃s relatiuũ haberet duo eſſe. cũ eſſe relatiui
ſit ad aliud ſe habere. ſed v̄bũ relatiue dr̃ ad patrem. non
9 ergo relatiue ad creaturã ¶ Pre. Si vnũ nomen impo
nat̃ diuerſis ſm̄ ſpẽm equoce eis conueniet. ſicut canis la
trabili ⁊ marino. ⁊ ſuperpoſitio ⁊ ſuppoſitio ſunt diuerſe
ſpẽs relatõis. ſi ergo vnũ nomen importet vtrãq̄ꝫ relatio
nem. oportebit nomẽ illud eſſe equocũ. ſed relatio verbi
ad creaturã nõ eſt niſi ſuperpoſitõnis. relatio autẽ v̄bi ad
patrẽ eſt quaſi ſuppõnis. nõ ꝓpter inequalitatẽ dignitatꝫ
ſed ꝓpter p̄ncipij autoritateꝫ. ergo v̄buꝫ qḋ importat re/
lationem ad patrẽ nõ importet relatõem ad creaturã ni/
ſi equoce dicatur

¶ Sed ꝯtra ẽ qḋ Aug⁹. dr̃ in libro. lxxxiij. q. ſic dicẽs
Inſtãtie In p̄ncipio erat v̄bũ. qḋ grece logos dr̃ latine verbum.
.1. Et rõnem ſcat. ſi hic loco melius verbũ interpretamur
vt melius ſcetur nõ ſolum ad patrẽ reſpectus. ſed ad illa
etiam q̄ ꝑ v̄bum facta ſunt operatiua potentia. Ex hoc
2 pꝫ ꝓpoſitum ¶ Pre. Sup̄ illud p̄s. ſemel loquutus eſt
deus. dicit gloſa. ſemel. i. v̄bum eternaliter genuit in quo
om̄ia diſpoſuit. ſed diſpoſitio dr̃ reſpectũ ad diſpoſita. er
go v̄bũ relatiue dr̃ ad creaturas ¶ Pre. Om̄e v̄bũ im/
3 portat reſpectũ ad id qḋ ꝑ verbuꝫ dr̃. ſed ſicut dr̃ Anſel̃.
deus dicendo ſe dixit omnẽ creaturã. ḡ v̄bũ importat re
ſpectũ nõ ſolũ ad patrẽ ſed ad creaturã ¶ Pre. Filius ex
4 hoc q̄ eſt filius ꝑfecte repꝛſentat patreꝫ ſm̄ illud qḋ eſt ei
intrinſecũ. ſed v̄bum ex ſuo noĩe addit manifeſtatõnem
nõ p̄t aũt alia eſſe manifeſtatio niſi ſicut manifeſtat̃ pater
ꝑ creaturas. que eſt quaſi manifeſtatio ad exterius. ergo
5 v̄bũ importat reſpectũ ad creaturam. ¶ Pre. Sicut dr̃
Dyoni. vij. ca. de di. no. deus laudat̃ vt rõ vel verbuꝫ. q2
eſt ſapientie ⁊ rõnis largitor. Et ſic pꝫ q̄ v̄bum de deo di
ctũ importat rõnem cauſe. ſed cã dr̃ ad effectũ. ḡ v̄bũ im/
portat reſpectũ ad creaturas ¶ Pre. Intellect⁹ practi/ 6
cus refert̃ ad ea que operata ſunt ꝑ ipſum. ſed v̄bũ diui/
nũ eſt v̄bũ intellectus practici. q2 eſt opatiuũ verbuꝫ vt
Dama. dr̃. ḡ verbũ dr̃ reſpectũ ad creaturam.
¶ Rñſio. q̄ quãcũq̄ꝫ aliqua duo ſic ſe hñt ad inuiceꝫ q̄ R̃ſo
vnũ dependet ad alterũ. ſed nõ econuerſo. in eo q̄ depen/
det ab altero eſt realis relatio. ſed in eo ad qḋ dependet
nõ eſt realis ſꝫ rõnis tñ. put ſcꝫ nõ p̄t intelligi aliq̄d re/
ferri ad alterũ. quin in eo intelligat̃ etiã reſpectus oppoſi
tus ex p̄te alterius. vt pꝫ de ſcia q̄ dependet ad ſcibile ⁊
nõ ecõuerſo. Vñ cũ creature oẽs a deo dependeãt. ſꝫ nõ
ecõuerſo. in creaturis ſunt relatiões reales q̄b9 referũtur
ad deũ. ſed in deo ſunt relatiões oppoſite ſm̄ rõnem tñ.
et q2 noĩa ſigna ſunt intellectuũ. inde ẽ q̄ aliq̄ noĩa de deo
dicũtur q̄ importãt reſpectũ ad creaturã. cũ tñ ille reſpe/
ctus ſit rõnis tñ. vt dictũ eſt Relatões aũt reales in deo
ſunt ille tantũmodo q̄b9 ꝑſone ad inuicẽ diſtinguũtur. in
relatiuis aũt noĩb9 inuenimus q̄ q̄dã nom̄ia imponũtur
ad ſcandũ reſpectus ipos. ſicut hoc nomẽ ſilitudo. que/
dam v̄bo ad ſcandũ aliq̄d ad qḋ ſeq̄tur reſpectus. ſicut h̄
nomen ſcia imponit̃ ad ſcandũ q̄litatẽ quãdã. quã ſequi
tur q̄dam reſpectus. ⁊ hãc diuerſitatẽ inuenimus in noĩ/
bus relatiuis de deo dictis. ⁊ q̄ ab eterno et q̄ ex tp̄e de
deo dicũtur. hoc em̄ nomẽ pater qḋ ab eterno de deo dr̃
et ſiliter hoc nomẽ dñs qḋ dr̃ de deo ex tp̄e. imponit̃ ad ſi
gnificãdũ ipſos reſpectus Sed hoc nomẽ creator. qḋ de
deo dr̃ ex tp̄e. imponit̃ ad ſcandũ actõem diuinã quã cõ
ſeq̄tur reſpectus quidã. Siliter etiã hoc nomẽ verbum
imponit̃ ad ſcandũ aliq̄d abſolute cũ aliquo reſpectu ad
iuncto. nõ em̄ v̄bũ idem eſt q̄ ſapientia genita. vt dr̃ Au
guſtin⁹. nec ob hoc impedit̃ quin v̄bũ ꝑſonaliter dicat̃. q2
ſicut pater ꝑſonaliter dr̃. ita ⁊ deus generãs vel deus ge
nit⁹. Cõtingit aũt vt aliqua res abſoluta ad plura poſ/
ſit habere reſpectũ. Et inde eſt q̄ nomen illud qḋ impo/
nit̃ ad ſcandũ aliq̄d abſolutũ ad qḋ ſeq̄tur aliq̄s reſpect⁹
p̄t relatiue ad plura dici ſm̄ q̄ ſcia dr̃ inq̄ꝫtum eſt ſcia re/
latiue ad ſcibile. ſed inq̄ꝫtum eſt accñs qḋdã vel forma re
fert̃ ad ſcientẽ. ita etiã hoc nomen v̄buꝫ hꝫ reſpectũ ⁊ ad
dicentẽ ⁊ ad id qḋ ꝑ v̄bum dr̃. Ad qḋ p̄t dici dupl̃r. vno
mõ ſm̄ ꝯuertentiã noĩs. ⁊ ſic v̄bũ dr̃ ad dictuꝫ. Alio mõ
ad rem cui ꝯuenit rõ dicti. et q2 pater principaliter dr̃ ſe
generãdo verbũ ſuũ. ⁊ ex ꝯſequẽti dr̃ creaturas. ideo p̄n
cipaliter ⁊ q̄ſi ꝑ ſe v̄bum refert̃ ad patrẽ. ſed ex ꝯſequenti
et q̄ſi ꝑ accñs v̄bũ refertur ad creaturã. accidit em̄ verbo
q̄ ꝑ ipm̄ creatura dicat̃

¶ Ad p̄mũ ergo dḋm. q̄ rõ illa tenet in illis q̄ impor Ad .1.
tant actualem reſpectũ ad creaturã. nõ aũt in illis q̄ im/
portãt reſpectuꝫ habitualẽ. Et dr̃ reſpectus habitualis
qui nõ req̄rit creaturã ſimul eſſe in actu. ⁊ tales ſunt om
nes reſpectus qui ꝯſequũtur actus aĩe. q2 volũtas ⁊ in/
tellectus eſſe p̄t etiã de eo qḋ nõ eſt actu exiſtens. verbũ
aũt importat ꝓceſſionẽ intellectus. ⁊ ideo rõ non ſeq̄tur
¶ Ad ſcḋm dḋm. q̄ v̄bũ nõ dr̃ relatiue ad creaturã ſm̄ Ad 2
eſſe. quaſi relatio ad creaturã ſit in deo realis. ſed ſm̄ di/
dici dr̃. Nec etiã eſt remotũ quin dicat̃ in aliquo caſu. poſ/
ſumus em̄ dicere q̄ eſt v̄bũ creature .i. de creatura non a
creatura. in quo ſenſu Anſel̃. negat. Et p̄terea ſi nõ refer
ret̃ ſm̄ aliquẽ caſum ſufficeret quocũq̄ꝫ mõ referret̃. vtpu
ta vt referret̃ ꝑ prepõnem adiũctã caſuali. q̄ dicat̃ q̄ ver
bum eſt ad creaturã ſcꝫ ꝯſtituendam ¶ Ad terciũ dḋm Ad 3

ꝙ rõ illa ꝓcedit de illis noĩbꝫ q̃ ꝑ ſe importãt reſpectũ ad
creaturã. verbũ aũt nõ eſt hmõi. vt ex dictis pꝫ. ⁊ ideo rõ
Ad 4 illa nõ ſeq̃tur. ¶ Ad .iiij. dõm ꝙ ex illa parte qua hoc no
men ꝟbũ dr̃ aliq̃d abſolutũ hꝫ habitudinem cauſalitatis
ad creaturã. ſed ex reſpectu realis originis quem impor
tat efficit̃ ꝑſonale. ex quo ad creaturaꝫ habitudinẽ nõ hꝫ
Ad 5 Et ꝑ hoc pꝫ r̃nſio ad quintũ. ¶ Ad ſextũ dõm. ꝙ ꝟbuꝫ
Ad 6 nõ ſoluꝫ eſt illud ꝑ qd̃ fit diſpoſitio. ſed eſt ipſa diſpoſitio
patris de rebꝫ creandis. ⁊ ideo aliquo mõ ad creaturã re
fertur ¶ Ad ſeptimũ dõm. ꝙ filius importat tm̃ relatio
Ad 7 nẽ alicuius ad ꝓncipiũ a quo orit̃. ſed ꝟbũ importat rela
tionem ad ꝓncipiũ a quo dr̃. ⁊ ad id qd̃ eſt q̃ſi terminus
ſcꝫ id qd̃ ſm ꝟbum manifeſtat̃. qd̃ q̃dem ꝓncipaliter eſt
pater. ſed ex ꝯſequenti eſt creatura q̃ nullo mõ p̃t eſſe di
uine ꝑſone ꝓncipium. ⁊ ideo filius nullo mõ importat re/
ſpectũ ad creaturam ſicut ꝟbũ ¶ Ad octauũ dõm. ꝙ rõ
Ad 8 illa ꝓcedit de illis noĩbꝫ que imponũtur ad ſ̃candũ ipos
reſpectus. non eñ p̃t eſſe ꝙ vnus reſpectus terminet̃ ad
multa niſi ſm ꝙ illa multa aliquo mõ vnĩtur. Et ſilr̃
Ad 9 dõm eſt ad nonũ ¶ R̃nſiones aũt que ſunt ad oppo/
So. in ſitum ꝯcludũt ꝙ aliquo mõ ad creaturã referat̃ verbum
¶ Pre. Facilius eſt tranſmouere partes q̄ȝ totū.ſed ex virtute corporū celeſtiū q̄nqȝ mouet̄ tota multitudo vnius ꝓuincie ad bellandū.vt dicūt phi.ergo multo fortius virtute corpoꝝ celeſtiuȝ mouet̄ aliquis hō ꝑticularis 7
¶ Sed ꝯtra eſt qd̓ dr̄ Dama.in ſecūdo libro.noſtrorūȝ actuū nequaqȝ ſunt cauſa ſcȝ corpora celeſtia.nos eñ liberi arbitrij a ꝯditore facti dñi exiſtimus noſtroꝝ actuum ¶ Pre. Ad hoc etiā eſt qd̓ Aug⁹.determinat in.v. de ci.dei.⁊ in fine ſecūdi ſup geñ.ad litterā.⁊ qd̓ Grego. determinat in omelia epiphanie. Cōtra
¶ Rñſio dōm ꝙ ad huius queſtionis veritatē oportet ſcire qui dicūtur actus humani.dicuntur eñ ꝓprie illi actus humani quorū ipſe homo eſt dominus.eſt eñ homo dominus ſuoꝝ actuū per volūtatem ſeu per liberum arbitriū.vnde circa actus volūtatis ⁊ liberi arbitrij verſatur iſta queſtio.actus eñ alij qui ſunt in homine nō ſubiacentes imperio volūtatis.ſicut actus nutritiue ⁊ generatiue potentie eodem modo ſubiacent virtutibꝫ celeſtibus.ſicut ⁊ alij corporales actus. De actibꝫ vero humanis predictis fuit multiplex error. Quidā eñ poſuerunt actus humanos ad diuinā prouidentiam non pertinere nec reduci in aliquam cauſam niſi in prouidentiā noſtraȝ Et hmōi poſitiōis videtur eſſe Tullius.vt dicit Aug⁹. in quinto de ciui.dei ¶ Sed hoc nō poteſt eſſe.volūtas eñ eſt mouens motū.vt in tercio de anima probat̄.vnde oportet eius actum reducere in aliquod pͥmū principiū. quod eſt mouens nō motū. ¶ Et ideo quidam omnes actus reduxerūt in corpora celeſtia.ponentes ſenſum et intellectum idem eſſe in nobis.et per conſequens omnes virtutes anime corporales eſſe.et ita virtutibꝫ ⁊ actionibus corpoꝝ celeſtium ſubdi. ¶ Sed hanc poſitionē philoſoph⁹ deſtruit in tercio de anima.oſtendēs ꝙ intellect⁹ eſt vis immaterialis.⁊ ꝙ actio eius nō eſt corporalis.ſed ſicut dr̄ in.xvi.de animalibꝫ.quoꝝ principiorum actiones ſunt ſine corpore.ipſa pͥncipia ſunt ſine corpore.vnde non poteſt eſſe ꝙ actiones intellectus ⁊ volūtatis per ſe loquēdo in aliqua pͥncipia materialia reducant̄ ¶ Et ideo Auicenna poſuit in ſua metaph.ꝙ ſicut homo ꝯpoſitus eſt ex anima ⁊ corpore.ita ⁊ corpus celeſte.⁊ ſicut actōes corporis humani ⁊ motus reducūtur in corpora celeſtia ita actōnes anime omnes reducūtur in animas celeſtes ſicut in principia.ita oīnis volūtas que eſt in nobis cauſatur a volūtate q̄ eſt in anima celeſti. Et illud poteſt eſſe ꝯueniens ſm̄ opinionem ſuā quam habet de fine homis. quem ponit eſſe in coniūctione anime humane ad animā celeſtem vel ad intelligentiam.cum eñ perfectio volūtatis ſit finis ⁊ bonum quod eſt obiectum eius.ſicut viſibile eſt obiectum viſus.oportet ꝙ illud quod agit in voluntatem habeat etiam rationē finis.q2 efficiens nō agit niſi ſm̄ ꝙ imprimit in ſuſceptibili formā eius. Sȝm autē ſentētiā fidei ipſe de⁹ imediate eſt finis humane vite.eius aūt viſione ꝑfruentes beatificant̄.⁊ ideo ipſe ſolus impri

Margin notes (right column): R° — Triplex error.p⁹ — Repba°. — Scds er. — Repba° — Terci⁹ er — Sñia fidei

imere p̄t in voluntatē noſtrā. oportet aūt ordinem mobi⸗
lium reſpōdere ordini mouentiū. In ordine autē ad finē
quē prouidentia reſpicit primū in nobis inuenitur volū⸗
tas ad quā primo pertinet ⁊ rō boni ⁊ finis. etiam omni⸗
bus que ſunt in nobis vtitur ſicut inſtrumētis ad conſe⸗
quutionē finis. Quis in aliquo alio reſpectu intellectus
voluntatē precedit, ꝓpinquius aūt volūtati eſt intellect⁹
remotiora ſunt corꝑales vires. ⁊ ideo ipſe deus qui ē ſim
pliciter ꝑmus ꝓuidens imprimit ſolū in voluntatē no⸗
ſtram. angelus autē qui eum ſeq̄tur in ordine cauſaꝝ im⸗
primit in intellectū noſtrū ſm ꝙ ꝑ angelos illuminamur
purgamur ⁊ ꝑficimur. vt dī Dyo. ſed celeſtia corꝑa que
ſunt inferiora agentia imꝑmere poſſunt in vires ſenſibi⸗
les ⁊ alias organis affixas. ſm vero ꝙ motus vnius po⸗
tentie anime redūdat in aliam conuenit ꝙ impreſſio cor⸗
poris celeſtis redūdat in intellectum quaſi ꝑ accidens et
vlterius in voluntatē. ⁊ ſimiliter impreſſio angeli in intel
lectum redūdat in voluntatē ꝑ accidens Sed tamē quā
tum ad hoc diuerſa eſt diſpoſitio intellectus et volunta⸗
tis ad vires ſenſitiuas. Intellectus ꝙ naturaliter moue
tur a ſenſitiua apprehenſiua motiua ꝑ modum quo obie
ctum mouet potentiā. quia phantaſia ſe habet ad intelle⸗
ctum ſicut color ad viſum. vt dicit̄ tercio de aīa. ⁊ ideo ꝑ⸗
turbata vi ſenſitiua interiori de neceſſitate perturbat̄ in⸗
tellectus. ſicut videmus leſo organo phātaſie de neceſſi⸗
tate impedit̄ intellectus actio. ⁊ ſm hunc modū redun
dare p̄t in intellectum actio vel impreſſio corporis cele⸗
ſtis quaſi ꝑ viam neceſſitatis. ꝑ accidēs tamē ſicut in cor
pora ꝑ ſe. ⁊ dico neceſſario niſi ſit ꝯtraria diſpoſitio ex par
te mobilis. ſed appetit⁹ ſenſitiuus nō eſt naturaliter mo⸗
tiuus voluntatis. ſed ecōuerſo. quia appetitus ſuꝑior mo
uet inferiorē appetitum. ſicut ſphera ſpheram. vt dicitur
in tercio de anima. ⁊ quātumcūqꝫ appetitus inferior ꝑtur
betur ꝑ aliquā paſſionem ire vel cōcupiſcentie nō opor
tet ꝙ voluntas ꝑturbetur. imo habet potentiā repellen⸗
di huiuſmodi ꝑturbationem. vt dicit̄ Gen̄. tercio. ſubter
te erit appetitus tuus ⁊ tu dominaberis illius. et ideo ex
corꝑibus celeſtibus non inducitur aliqua neceſſitas nec
ex parte recipientiū nec ex ꝑte agentiū in actibus huma⸗
nis ſed inclinatio ſola. quā etiam volūtas repellere p̄t ꝑ
virtutem acquiſitā vel infuſam

Ad. j. ¶ Ad primū ergo dōm ꝙ Damaſ. intelligit de diſpo
ſitionib⁹ ⁊ habitib⁹ corporalib⁹. ¶ Ad ſcdm dōm. ꝙ ſicut
Ad 2 ex dictis patet anima quantū ad actus volūtatis non de
neceſſitate ſeq̄tur corporis diſpoſitionē. ſed ex corꝑis cō⸗
plexione eſt inclinatio tantū ad ea que voluntatis ſunt
Ad 3 ¶ Ad terciū dicendū. ꝙ rō illa recte ꝓcederet ſi corpus
celeſte ꝑ ſe poſſet imprimere in anima. Impſſio autē cor⸗
poris celeſtis nō ꝑuenit ad anime eſſentiā niſi ꝑ accidēs
ſcꝫ niſi ꝑ corporis immutatōem cuius ipa eſt actus. volū
tas aūt nō oritur ex eſſentia anime. ſm ꝙ eſt corpori con⸗
iuncta. ⁊ ideo rō nō ſeq̄tur. ¶ Ad quartū dōm. ꝙ inſtru
Ad 4 mentū ſpūalis agentis nō agit per virtutem ſpūalem ni⸗
ſi ꝑ hoc ꝙ agit ꝑ virtutem corporalē. ſm aūt virtutē cor⸗
poralē corpus celeſte nō poteſt agere niſi in corpus. et iō
actus qui eſt ſm virtutem ſpūalem non poteſt pertinge⸗
re ad animā niſi per accidens. ſcꝫ corpore mediāte. ſed in
corꝑe actio vtroqꝫ mō eius ꝑuenit. ex virtute eīm corpora
li mouet qualitates elemētares. ſcꝫ calidū humidū et hu
iuſmodi. ſed ex virtute ſpūali mouet ad ſpeciem ⁊ ad effe⸗
ctus cōſequentes totam ſpeciem qui non poſſunt in qua⸗
Ad 5 litates elementares reduci ¶ Ad quintum dicendū. ꝙ
aliquis effectus eſt a corporibus celeſtibus in iſtis inferio
ribus qui non cauſatur ex calido et frigido. ſicut ꝙ ma⸗
gnes attrahit ferrum. ⁊ per hunc modū aliqua diſpoſitio
in corpore humano relinquitur ex corpore celeſti. ex quo
cōtingit ꝙ cauſa ei ꝯiuncta inclinetur ad hoc vel illud ar
tificium. ¶ Ad ſextum dicendū. ꝙ verbū yſaac ſi oportꝫ Ad 6
ſaluari eſt intelligendū ſm inclinationē tantū modo pre
dicto ¶ Ad ſeptimū dicendū. ꝙ multitudo in pluribus
ſequitur inclinationes naturales inquantū homīes mul Ad 7
titudinis acquieſcunt paſſionibus. ſed ſapientes ratione
ſuperant paſſiones ⁊ inclinatōes predictas. Et ideo ma
gis eſt probabile de aliqua multitudine ꝙ operetur illud
ad quod inclinat corpus celeſte q̄ȝ de vno homine ſingu
lari qui forte ꝑ rationem ſuperat inclinationē predictam
et ſimile eſſet ſi vna multitudo hominū colericorum po⸗
neretur nō de facili contingeret quin ad iracundiā moue
rentur Quis de vno poſſet magis accidere

## ¶ Materia ſexta de predeſtinatione.

## Queſtio ſexta de pre

deſtinatione. Primo vtrum predeſtinatio
pertineat ad ſcientiam vel voluntatem Se
cūdo vtrum preſcientia meritoꝝ ſit cauſa vel ratio p̄de⸗
ſtinatiōis. Tercio vtrū p̄deſtinatio habeat certitudinē
vel non. Quarto vtrum numerus predeſtinatoꝝ ſit cer
tus. Quinto vtrū predeſtinantis ſit certa ſua predeſtina
tio. Sexto vtrum p̄deſtinatio poſſit iuuari precib⁹ ſctōꝝ

## Queſtio eſt de pre

deſtinatione. Et ꝑmo queritur vtrū
pertineat ad ſcientiā vel voluntatē
Et videt̄ ꝙ ad voluntatē ſicut ad
genus. quia ſicut dicit Auguſtin⁹ in .j.
libro de p̄deſtinatione ſanctoꝝ. p̄deſtinatio eſt propoſitū
miſerendi. ſed ꝓpoſitum eſt volūtatis. ergo ⁊ predeſtina⸗
tio. ¶ Preterea. Predeſtinatio videtur idem eſſe cū ele⸗ 2
ctione eterna. de qua dicitur Eph. ꝑmo. elegit nos in ipo
⁊c. quia iidem dicunt̄ electi ⁊ predeſtinati. ſed electio ſm
phm in ſexto ethicoꝝ. magis eſt appetitus q̄ȝ intellectus.
ergo ⁊ p̄deſtinatio magis ad voluntatem q̄ȝ ad ſcientiā
pertinet. ¶ Sed diceres ꝙ electio p̄deſtinationē prece⸗ Solutio
dit nec eſt idem ei. ¶ Sed contra. voluntas ſeq̄tur ſcien⸗
tiam ⁊ non precedit. ſed electio ad voluntatem pertinet. 3
ſi ergo dei electio p̄deſtinationē precedit. p̄deſtinatio non
poteſt ad ſcientiā ꝑtinere. ¶ Preterea. Si predeſtinatio
ad ſcientiam ꝑtineret idem videret̄ eſſe predeſtinatio ⁊ pre 4
ſcia. et ſic quicūqꝫ p̄ſciret ſalutē p̄deſtinaret illū. ſed h̄ eſt
falſum. propheta eīm p̄ſciuit ſalutem gentium quā non p̄
deſtinauit. ergo ⁊c. ¶ Preterea. Predeſtinatio cauſalita⸗ 5
tem importat. ſed cauſalitas non eſt de ratione ſcientie.
ſed magis de ratione volūtatis. ergo predeſtinatio ma⸗
gis pertinet ad voluntatem q̄ȝ ad ſcientiam ¶ Preterea 6
Voluntas in hoc a potentia differt ꝙ potentia reſpicit
effectus tantū in futuro. non eſt eīm potentia reſpectu eo⸗
rum que ſunt vel fuerunt. voluntas vero reſpicit equali⸗
ter effectum preſentem ⁊ futurum. ſed predeſtinatio di⸗

cit effectū in pſenti ⁊ in futuro. vnde ab Auguſtino dr̄ ꝙ
predeſtinatio eſt p̄paratio gratie in pn̄ti et glie in futuro.
ergo p̄deſtinatio ꝑtinet ad voluntatē ¶ Pre. Scia non
7 reſpicit res vt factas vel faciēdas ſed magis vt ſcitas vl̄
ſciēdas. p̄deſtinatio vero reſpicit aliqđ qđ eſt fiendum. ğ
8 p̄deſtinatio ad ſciam nō ꝑtinet. ¶ Pre. Effectus magis
denoiatur a cauſa ꝓxima q̃ȝ a remota. ſicut hō generatus
ab hoie magis q̃ȝ a generāte ſole. ſed p̄paratio eſt a ſcien/
tia ⁊ volūtate. ſcientia aūt eſt cauſa p̄or ⁊ remotior q̃ȝ vo
luntas. ergo p̄paratio magis ꝑtinet ad voluntateȝ q̃ȝ ad
ſcientiam. ſed p̄deſtinatio eſt p̄paratio ad grām ⁊ gloriā.
9 vt dr̄ Aug⁹. ergo ⁊c. ¶ Pre. Quādo multi motus ordi
nantur ad vnū terminū tota motuū coordinatio recipit no
men vltimi motus. ſicut ad deducendū formā ſubſtantia
lem de potentia materie ordinatur primo alteratio. ſecundo
generatio. ⁊ totum nominatur generatio. ſed ad aliquid p̄
parandū ordinatur p̄mo motus ſcie. ſecūdo motus volū
tatis. ergo totū debet volūtati attribui. ⁊ ita p̄deſtinatio
10 in volūtate eſſe videtur. ¶ Pre. Si vnū oppoſitoꝝ maxi/
me appropriatur alicui reliquū maxime remouetur ab eodē
ſed mala maxime appropriantur diuine preſcientie. malos
eñ dicimus p̄ſcitos. ergo preſciētia non reſpicit bona. p̄/
deſtinatio aūt eſt de bonis ſalutaribꝫ tantū. ergo predeſti
11 natio ꝑtinet ad preſcientiā ¶ Pre. Illud quod ꝓprie dici
tur gloſa nō indiget. ſed in hac ſcriptura quādo cognitio
reſpectu boni dicitur gloſatur pro approbatione. vt pꝫ pri
ma Corin. viij. ſi quis aūt diligit deū hic cognitus eſt ab
eo. i. approbatus Et ſcđa Thimo. ſcđo. cognouit dn̄s q̄
12 ſunt eius. i. approbat. ergo noticia nō eſt ꝓprie de bonis. ſȝ
predeſtinatio eſt bonoꝝ ⁊ de bonis. ğ ⁊c. ¶ Pre. Prepa/
rare eſt motiue virtutis. quia ad opus ꝑtinet. ſed p̄deſti/
natio eſt p̄paratio. vt dictum eſt. ergo p̄deſtinatio ad vir
tutem motiuā ꝑtinet. ergo ad voluntatē ⁊ nō ad ſcientiā
¶ Pre. Ratio exemplata ſeq̄tur rōnem exemplarē. ſed in
13 rōne humana que eſt exēplata a diuina videmus ꝙ prepa
ratio eſt volūtatis ⁊ nō ſcie. ergo in preparatione diuina
erit ſilr̄. ⁊ ſic idem qđ prius. ¶ Pre. Attributa diuina
14 ſunt idem ſm̄ rem. ſed differentia eoꝝ oſtenditur ex diuerſi
tate effectuū. ad illud ergo attributū debet reduci aliq̄d
de deo dictum cui eius effectus appropriatur. ſed gratia et
gloria p̄deſtinationis ſunt effectus ⁊ appropriantur volun/
tati ſiue bonitati. ergo ⁊ p̄deſtinatio ad voluntatē ꝑtinet
et nō ad ſcientiam.

Inſtantie ¶ Sed cōtra eſt quod dicit gloſa ſup illud Romano
rū octauo. quos preſciuit ⁊ predeſtinauit ⁊c. predeſtina/
tio inquit eſt preſcientia ⁊ preparatio beneficioꝝ dei. ergo
2 ⁊c. ¶ Pre. Omne predeſtinatū eſt ſcitum. ſed nō ecōuer/
ſo. ergo predeſtinatum eſt in genere ſciti. ergo ⁊ predeſti/
3 natio erit in genere ſcie ¶ Pre. Magis eſt ponendū vnū
quodq̄ȝ in genere eius quod cōuenit ei ſemꝑ. q̃ȝ in genere
eius quod nō cōuenit ei ſemꝑ. ſed predeſtinationi conue/
nit ſemꝑ id quod eſt ex parte ſcientie. ſemꝑ eñ predeſti/
natione preſcientia cōcomitatur. non autē ſemꝑ cōcomi/
tatur eam appoſitio gratie que eſt ei per voluntateȝ. quia
predeſtinatio eſt eterna. appoſitio auteȝ gratie tēporalis.
ergo predeſtinatio magis debet poni in genere ſcientie
4 q̃ȝ voluntatis ¶ Preterea. Habitus cognitiui ⁊ opera
tiui inter intellectuales virtutes a pħo computantur que
ad rōnem magis ꝑtinent q̃ȝ ad appetitum. vt pꝫ de pru
dentia ⁊ arte in ſexto ethicoꝝ. ſed predeſtinatio importat
principiū operatiuū ⁊ cognitiuū. quia etiam eſt p̄paratio
et p̄ſcientia. vt ex deffinitione inducta patet. ergo prede/
ſtinatio magis ꝑtinet ad cognitionē q̃ȝ ad voluntatem.
¶ Prete. Contraria ſunt in eodem genere. ſed predeſti/ 5
nationi eſt contraria reprobatio. cum ergo reprobatio ſit
in genere ſcientie. quia deus preſcit maliciam reproboꝝ
et non facit eam. videtur ꝙ predeſtinatio ſit in genere ſciētie

¶ Reſponſio dicendū. ꝙ deſtinatio vnde nomē prede
ſtinationis aſſumitur importat directionē alicuius in finem R°
vnde aliquis dicitur nunciū deſtinare qui euȝ dirigit ad ali
quid faciendū. ⁊ quia illud quod ꝓponimus ad exequuti
onē dirigimus ſicut ad finem. ideo id quod ꝓponimus di
cimur deſtinare. ſm̄ illud Machabe. ſexto de eleazaro ꝙ
deſtinauit in corde ſuo nō admittere illicita propter vite
amorem. ſed hec prepoſitio que adiungitur adiungit ordi
nem ad futurū. vnde cum deſtinare non ſit niſi eius quod
eſt. predeſtinare poteſt eius eſſe quod non eſt. ⁊ quantuȝ
ad hec duo p̄deſtinatio ſub prouidentia collocatur vt pars
eius. dictum eſt eñ in p̄cedenti queſtione de prouidentia.
ꝙ ad prouidentiā pertinet directio in finem. prouidētia
etiam a Tullio ponitur reſpectu futuri. vt a quibuſdam
deffinitur. ꝙ ꝓuidentia eſt p̄ſens noticia futuri ꝓtractās
euentū. Sed tamē predeſtinatio quantū ad duo a prouī
dentia differt. prouidētia eñ dicit vniuerſaliter ordinatio
nem in finem. vnde ſe extendit ad omnia que a deo in fi/
nem aliquem ordinantur ſiue rationalia ſiue irrationalia
ſiue bona ſiue mala. Predeſtinatio autem reſpicit illū tm̄
finem qui eſt principalis rationalis creature. vtpote glo/
riam. ⁊ ideo predeſtinatio non eſt niſi hominuȝ ⁊ eorum
que ſpectant ad ſalutem. Differt autem etiam alio mo/
do. In qualibet enim ordinatione ad finem eſt duo conſi/
derare. ſcȝ ipſum ordinem. ⁊ exitum et euentum ordinis.
non eñ oīa que ad finem ordinātur finem cōſequuntur
prouidentia ergo ordinem in fineȝ reſpicit tantū. vnde ꝑ
dei prouidentiā omnes homines ad beatitudinem ordi/
nantur. ſed predeſtinatio etiam reſpicit exitum ⁊ euentū
ordinis. vnde non eſt niſi eorum qui gloriam conſequūtur
Sicut igitur ſe habet ꝓuidentia ad impoſitioneȝ ordinis
ita ſe habet predeſtinatio ad ordinis exitum vel euentuȝ.
ꝙ eñ aliqui finem glorie conſequuntur nō eſt principaliter
ex proprijs viribus. ſed ex auxilio gratie diuinitus date.
vnde ſicut de prouidentia dictum eſt ꝙ cōſiſtit in actu ra/
tionis ſicut ⁊ prudentia cuius eſt pars. eo ꝙ ſolius ratio/
nis eſt dirigere vel ordinare. ita etiaȝ ⁊ predeſtinatio in ac
tu rationis conſiſtit dirigentis vel ordināntis in fineȝ. ſed
ad directōem in finem preexigitur voluntas finis. nullus
eñ in finem aliquid ordinat qđ nō vult. vnde etiam ⁊ ꝑ/
fecta prudentie electio nō poteſt eſſe niſi in eo qui habet
virtutē moralem ſm̄ pħm in ſexto ethicorū. ꝑ virtutem
eñ moralē appetitus alicuius in fine ſtabilitur ad quem
prudētia ordinat. finis aūt in quē p̄deſtinatio dirigit vel
ordinat non eſt vniuerſaliter cōſideratus. ſed ſm̄ compa
tionē eius ad illum qui finē illum cōſequitur. quare opor
tet eum eſſe diſtinctū apud dirigentem ab his qui finem
illū nō cōſequuntur. Et ideo p̄deſtinatio p̄ſuppōnit dile
ctionē per quā deus vult ſalutē alicuius. vnde ſicut pru
dens nō ordinat in finem niſi inquantū temperatus vel
iuſtus. ita etiam deus nō eſt predeſtinans niſi inquantuȝ
eſt diligens. p̄exigitur etiam ⁊ electio ꝑ quā ille qui in fi/
nem infallibiliter dirigitur ab alijs ſeparatur qui nullo mo/
do in finem diriguntur ⁊ ordinātur. hec aūt ſepatio non eſt
ꝓpter diuerſitatē aliquā inuentā in his q̄ ſeparantur q̄ poſſȝ
ad amoreȝ incitare. quia antequā nati eſſent aut aliquid
boni egiſſent aut mali dictum eſt Iacob dilexi. Eſau

añt odio habui. vt dicif Romanoꝝ nono. ⁊ ideo p̄deſti/
natio p̄ſupponit electionē ⁊ dilectionem. electio vero dile
ctionē. ad predeſtinatōem vero duo ſequũtur. ſcilꝫ conſe/
quutio finis qui eſt glorificatio ⁊ collatio auxilij ad con/
ſequendũ finem quod eſt appoſitio gratie quod ad volũ
tatē ptinet. vnde ⁊ predeſtinationi duo effectus aſſignā
tur. ſcꝫ gratia ⁊ gloria
Ad.j. ¶ Ad primũ ergo dōm. q̄ in actib⁹ anime ita eſt q̄ p̄/
cedens actus includif q̄dãmō virtute in ſequēti. et ita
quia p̄deſtinatio p̄ſupponit electionē que eſt actus volũ
tatis. ideo in rōne p̄deſtinationis aliquid includitur ad
voluntatē ptinens. ⁊ ꝓpter hoc ꝓpoſitũ ⁊ alia ad volũtatē
ptinentia in definitione p̄deſtinatiōis quãdoqꝫ ponũtur
Ad 2 ¶ Ad. ij. dōm. q̄ p̄deſtinatio nō ē idē electioni. ſed p̄ſup
ponit eam vt dictũ eſt. inde eſt q̄ ijdem ſunt p̄deſtinati ⁊
Ad 3 electi. ¶ Ad terciũ dōm. q̄ cum electio ſit rōnis ⁊ dile/
ctio voluntatis. ſemp electio dilectionē p̄cedit ſi referanf
ad idem. ſed ſi ad diuerſa tũc non eſt incōueniens q̄ ele/
ctio p̄cedat p̄deſtinationē que directionē rōis importat
electio em̄ prout hic accipitur ptinet ad ipm qui in finem
dirigitur. p̄us aũt eſt accipere illũ qui in finē dirigitur q̄ꝫ
ipm dirigere in finē. ⁊ ita electio in ꝓpoſito p̄deſtinationē
Ad 4 precedit. ¶ Ad quartũ dōm. q̄ p̄deſtinatio q̄uis ponaf
in genere ſcientie. tamen aliquid ſupra ſciam ⁊ ſupra pre
ſcientiã addit. ſcilꝫ directionē ⁊ ordinationē in finem. ſi/
cut etiam prudētia ſupra cognitionē. vnde ſicut nō om̄is
cognoſcens quid agendũ ſit eſt prudens. ita nec om̄is p̄
ſciens eſt p̄deſtinans. ¶ Ad quintũ dōm. q̄ q̄uis cauſa
Ad 5 litas nō ſit de ratione ſciētie inquantũ huiuſmodi. eſt ta
men de rōne ſcientie inquantũ eſt dirigens ⁊ ordinans in
finem. quod non eſt voluntatis. ſed rationis tantũ. ſicut
etiam intelligere eſt de rōe aialis rōnal' nō inquantũ eſt
Ad 6 animal. ſed inquantũ eſt rōnale. ¶ Ad ſextũ dōm. q̄ ſicut
voluntas reſpicit effectum p̄ſentē ⁊ futurũ ita ⁊ ſcientia
vnde quantũ ad hoc non magis poteſt ꝓbari q̄ predeſti
natio ad vnũ eorum pertineat q̄ꝫ ad alterũ. ſed tamē pre/
deſtinatio ꝓprie loquendo nō reſpicit niſi futurũ quod ex
prepōne deſignaf que importat ordinē ad futurũ. nec eſt
idē dicere habere effectũ in p̄nti ⁊ hr̄e effectuꝫ p̄ntē. qꝛ in
p̄nti eſſe dꝛ quicq̄d ptinet ad ſtatũ p̄ntis vite. ſiue ſit p̄/
Ad 7 ſens ſiue preteritũ ſiue futurũ ¶ Ad ſeptimũ dōm. q̄ q̄/
uis ſcientia non reſpiciat faciēda tamen ſcientia practica
reſpicit facienda. ⁊ ad talem ſcientiã p̄deſtinatio reduci/
Ad 8 tur. ¶ Ad octauũ dicendum. q̄ p̄paratio importat ꝓprie
diſpoſitionē potentie ad actum. Eſt em̄ duplex potētia
ſcꝫ actiua ⁊ paſſiua. ⁊ ideo duplex p̄paratio. vna patiētis
ſm̄ quē modũ dicitur materia p̄parari ad formaꝫ. Alia
agentis ſm̄ quã dicitur q̄ aliquis ſe p̄parat ad agenduꝫ
aliquid. ⁊ talem preparationē p̄deſtinatio importat. que
nihil aliud in deo ponere poteſt. q̄ꝫ ipſam ordinationem
alicuius in finem. ordinationis principiũ proximũ eſt rō.
ſed remotũ eſt voluntas. vt ex dictis patet. ⁊ ideo ſm̄ ra
tionem inductã predeſtinatio principalius rōni q̄ꝫ volũ/
tati attribuitur. Et per hoc patet ſolutio ad nonum.
Ad 9 ¶ Ad. x. dōm. q̄ mala approprianf preſciētie nō q̄ pre/
Ad 10 ſcientia ſit magis de malis q̄ꝫ de bonis. ſed quia bona in
deo habent aliquid aliud reſpondens q̄ꝫ preſcientiam. ma
la autem nō. ſicut etiam cōuertibile non idincans ſubſtã
tiam appropriat ſibi nomen proprij qd̄ etiã eque ꝓprie cō
uenit diffinitioni propter hoc q̄ definitio aliquid dignita/
Ad 11 tis addit ¶ Ad vndecimũ dicēdũ. q̄ gloſatio nō ſemp ſi/
gnificat improprietatē. ſed eſt etiam quãdoqꝫ neceſſaria
ad ſpecificandum quod generaliter dicitur. ⁊ hoc modo
gloſatur noticia p approbationē. ¶ Ad duodecimũ dicē/ Ad 12
dum. q̄ p̄parare vel ordinare eſt motiue potentie tm̄. ſed
motiua non ſolum eſt volũtas. ſed etiam ratio practica.
vt pꝫ in tercio de aīa ¶ Ad decimũterciũ dōm. q̄ in rō/
ne humana ita eſt q̄ preparatio ſm̄ q̄ importat ordina/ Ad 13
tionē vel directionē in finem eſt proprius actus ratōnis
et nō volũtatis. ¶ Ad decimũq̄rtuꝫ dicendũ. q̄ in attri/ Ad 14
buto diuino nō ſolũ eſt cōſiderandus effectus. ſed reſpe/
ctus eius ad effectum. quia idem eſt effectus potētie ſciē
tie ⁊ voluntatis. ⁊ nō idem reſpectus ad illum effectum
p illa tria nom̄ia importaf. reſpectus autē quē predeſti/
natio importat ad effectum ſuum cum reſpectu ſcientie
q̄uis ſit dirigens magis cōgruit q̄ꝫ cum reſpectu poten/
tie ⁊ voluntatis. ideo p̄deſtinatio ad ſcientiã reducitur.
¶ Alia cōcedimus q̄uis ad primũ ⁊ ſcd̄m poteſt dici q̄ Solutiones
non om̄e quod eſt in plus ſit genus. quia poteſt acciden/ inſtantiaꝫ.
taliter p̄dicari. ¶ Ad terciũ dicendũ. q̄uis dare gratiaꝫ Ad. j.
in actu nō ſemp comitef predeſtinationē tamē velle dare Ad 2
ſemp cōcomitatur. ¶ Ad quartũ etiam poſſet dici. q̄ re Ad 3
probatio recte non opponitur p̄deſtinationi ſed electioni Ad 4
quia qui eligit alterũ recipit ⁊ alteꝝ reijcit quod dꝛ repro
bare. vnde etiam reprobatio ex rōne ſui nominis magis p
tinet ad voluntatem. eſt em̄ reprobare quaſi refutare ni/
ſi forte dicatur reprobare. id eſt iudicare indignũ qd̄ non
admittitur. ſed ꝓ tanto ad preſciam reprobatio dicif in
deo pertinere. quia nihil poſitiue ex parte volũtatis eſt in
deo reſpectu mali culpe. non em̄ vult culpam ſed gratiaꝫ
et tm̄ reprobatio dꝛ etiam p̄paratio quantũ ad penã quã
etiam deus vult volũtate ↄſequēte ſed nō añtecedente

## SEcũdo querif. vtruꝫ

p̄ſcia meritoꝝ ſit cã vel rō p̄deſtinatiōis. Et
videf q̄ ſic. qꝛ Roma. ix. ſup illud. miſerebor ⁊c. dꝛ gloſa. ·j·
Ambro. miſericordiã illi dabo quē ſcio poſt erroreꝫ toto
corde reuerſurũ ad me. hoc eſt dare illi cui eſt dandum. ⁊
nō dare illi cui nō eſt dandũ vt eũ vocet quē ſciat obedire
illũ vero nō quē ſciat non obedire. ſed obedire ⁊ toto cor
de ↄuerti ad deũ ad meritũ ptinet. ↄtraria vero ad deme
ritũ. ḡ p̄ſcia meriti vel demeriti eſt cã vel rō q̄re deus ꝓ/
ponit illi miſericordiã facere ⁊ alios a miſericordia exclu
dere. qd̄ eſt p̄deſtinare vel reprobare ¶ Pre. Predeſtina 2
tio includit in ſe volũtatē diuinaꝫ hũane ſalutis cãm. nec
p̄t dici q̄ includit ſolã volũtatē añtecedentē. qꝛ hac volũta/
te de⁹ vult oēs hoīes ſaluos fieri. vt dꝛ p̄ma ad Thimo.
caº. ij. ſequeref q̄ oēs eēnt p̄deſtinati. relinq̄tur ḡ q̄ inclu
dat volũtatē ↄſequentē. ſed volũtas ↄñs. vt dr̄ Dam̄. eſt
ex nr̄a cã inq̄ntũ ſcꝫ nos habem⁹ diuerſimode ad meren
dũ ſalutē vel dãnationē. ḡ merita nr̄a p̄ſcita a deo ſtꝫ cã p̄
deſtinatōis ¶ Pre. Predeſtinaº dꝛ p̄ncipalr̄ ꝓpoſitũ diui 3
nũ de ſalute hũana. ſꝫ ſalutis hũane cã eſt hũanũ meritũ
ſcia etiã eſt cã ⁊ rō volũtatis. qꝛ appetibile ſcitũ volũtatē
mouet. ḡ p̄ſcia meritoꝝ cã eſt p̄deſtinatōis cũ duo eorũ q̄
p̄ſcia ↄtinet ſint cã illoꝝ duoꝝ q̄ in p̄deſtinatōe ↄtinētur
¶ Pre. Reprobatio ⁊ p̄deſtinatio ſcant diuinã eēntiã ⁊
cōnotant effectũ. in eſſentia aũt diuina nō eſt aliqua diuer 4
ſitas. ḡ tota diuerſitas p̄deſtinationis ⁊ reprobatōnis ex
effectib⁹ ꝓcedit. effectus aũt ſunt cōſiderati ex pte noſtra
ergo ex parte noſtra cã eſt q̄ p̄deſtinati ⁊ reprobi ab inui
cem ſegregenf. quod p p̄deſtinationē fit. ḡ idem qd̄ p̄us.

5 ¶ Pre. Sicut ſol quantū ē de ſe vniformiter ſe habet ad
omīa corꝑa illuminabilia. q̄uis non omīa poſſint lumen
eius equaliter ꝑticipare. Ita deus equaliter ſe habet ad
omīa q̄uis non omnia ſe habeant equaliter ad ꝑticipan
dum bonitatē ipſius. vt a ſanctis ⁊ ꝓphetis cōiter dicitur
Sed ꝓpter ſimilē habitudinē ſolis ad omīa corꝑa ſol non
eſt cauſa huius diuerſitatis q̄re aliq̄d ſit tenebroſuꝫ ⁊ ali
quid luminoſum. ſed diuerſa diſpoſitio corpoꝝ ad recipiē
dum lumē ipſius. ergo ⁊ ſilr cā huius diuerſitatis ꝙ aliqui
ſaluant̄. q̄dam aūt damnant̄. aut ꝙ q̄dam p̄deſtinant̄. et
quidā reprobant̄ nō eſt ex ꝑte dei. ſed noſtra. ⁊ ſic ideꝫ qꝺ
6 prius ¶ Pre. Bonū eſt cōicatiuū ſuip ſius. ergo ſummi bo
ni eſt ſumme cōicare ſm ꝙ vnumquodq̄ꝫ eſt capax. ſi ergo alicui
nō ſe cōicat hoc eſt. q2 nō eſt capax eius. ſed ꝙ aliq̄s eſt ca
pax vel nō capax ſalutis ad quā predeſtinatio ordinat ē
ꝓpter qualitatē meritoꝝ. ergo merita p̄ſcita cauſa ſunt qua
7 re aliqui predeſtinant̄ ⁊ aliqui nō ¶ Pre. Numeri. iij. ego
tuli leuitas ⁊c. dr̄ glo. orige. Jacob natu poſterior p̄moge
nitus iudicat⁹ eſt. ex ꝓpoſito eīn cordis qꝺ deo patuit an
teq̄ꝫ in hoc mūdo naſcerent̄ aut quidquā agerēt boni vel
mali dictū eſt Jacob dilexi Eſau odio habui. ſed hoc ꝑ
tinet ad p̄deſtinatōem Jacob. vt ſancti cōiter exponunt
ergo precognitō ꝓpoſiti qꝺ habiturus erat iacob in corde
8 fuit rō p̄deſtinatōis ipſius. ⁊ ſic idē qꝺ p̄us ¶ Pre. Pre
deſtinatio nō poteſt eſſe iniuſta cū vniuerſe vie dn̄i ſint mi
ſericordia ⁊ veritas. nec p̄t ibi aliqua iuſticia attendi inter
deū ⁊ hoiem q̄ꝫ diſtributiua. nō eīn cadit ibi cōmutatiua
iuſticia cū deus q̄ bonoꝝ noſtroꝝ nō eget nihil a nobis re
cipiet. Juſticia aūt diſtributiua ineq̄lia nō niſi inequalib9
dat. ineq̄litas aūt nō p̄t attendi inter hoiem niſi ſm diuer
ſitatem meritoꝝ. ergo ꝙ deus aliquē p̄deſtinat ⁊ aliquē non
9 ex preſcia diuerſoꝝ meritoꝝ ꝓcedit. ¶ Pre. Predeſtina
tio p̄ſupponit electionē. vt ſupra dictum eſt. ſed electio nō
poteſt eſſe rōnalis niſi ſit aliqua rō ꝓpter quā vnus ab al
tero diſcernat̄. nec in electiōe de qua loq̄mur p̄t aliqua rō
diſcretōis aſſignari niſi ex meritis. ergo cum electio dei irrō
nalis eſſe nō poſſit ex ꝓuiſione meritoꝝ ꝓcedit. ⁊ ꝑ cōſe
10 quēs p̄deſtinatio ¶ Pre. Aug⁹. exponēs illꝺ Malach.
p̄mo. Jacob dilexi Eſau aūt odio habui. dr̄. ꝙ volūtas il
la dei q̄ eligit vnū ⁊ reprobat alium nō poteſt eſſe iniuſta.
venit eīn ex occultiſſimis meritis. ſed hec occultiſſima me
rita nō poſſunt accipi in ꝓpoſito niſi ſm ꝙ ſunt in p̄ſciētia
11 ergo p̄deſtinatio de p̄ſcientia meritoꝝ venit ¶ Pre. Si
cut ſe habet abuſus gratie ad effectū reprobatōis. ita bo
nus vſus gratie ad vltimū effectū p̄deſtinationis. ſꝫ abu
ſus gratie in Juda fuit rō reprobatiōis eius. ſm hoc eīn
reprobus effectus eſt. q2 ſine gratia deceſſit. ꝙ auteꝫ tunc
gratiā nō habuit non fuit cauſa ꝙ deus ei dare noluerit.
ſed ꝙ accipe noluit. vt dr̄ Anſel. ⁊ Dyo. ergo ⁊ bonus gra
tie vſus in Petro ⁊ in quolibꝫ alio cauſa eſt quare ipſe ele
12 ctus vel p̄deſtinatus eſt ¶ Pre. Unus poteſt alteri me
reri p̄mā grām. ⁊ eadē rōne videt̄ ꝙ poſſit ei mereri gra
tie cōtinuatōnem vſq̄ꝫ ad finē. ſed ad grām finalē ſeq̄tur
eſſe predeſtinatū. ergo p̄t predeſtinatio ex meritis ꝓuenire.
13 ¶ Pre. Prius eſt ſm phm a quo nō cōuertitur cōſequē
tia. ſed hoc mō ſe habet preſcia ad p̄deſtinatiōem ꝙ omīa
deus preſciuit que p̄deſtinauit. mala aūt preſciuit q̄ nō p̄
deſtinat. ergo preſcia eſt p̄us q̄ꝫ predeſtinatio. ſed p̄us in
quolibet ordine eſt cauſa poſterioris. ergo preſcia eſt cauſa
14 predeſtinatōis ¶ Pre. Nomē predeſtinatōis a deſtinatō
ne vel miſſione imponit̄. ſed miſſionē vel deſtinationē co
gnitio precedit. nullus eīn mittit niſi quē cognoſcit. ergo
cognitio eſt prior predeſtinatione. ⁊ ita videtur eſſe cau
ſa ipſius. ⁊ ſic idem quod prius

¶ Sed cōtra eſt quod dicit̄ ad Roma. nono in gloſa Cōtra
ſuꝑ illud. non ex operib9. ſed ex voluntate ⁊c. que ſic dicit
ſicut non pro meritis precedentibus illud dictum fuiſſe
oſtendit ſcꝫ Jacob dilexi ⁊c. ita nec pro meritis futuris.
et infra ſuꝑ illud. nunq̄ꝫ iniquitas apud deum. dicit gloſa
nemo dicat quia futura opera prouidebat alterꝫ elegiſſe
alterum reprobaſſe. ⁊ ſic idem quod prius. ¶ Pre. Gra 2
tia eſt effectus predeſtinationis ⁊ principiuꝫ meriti. ergo
non poteſt eſſe ꝙ preſcientia meritorū ſit cauſa predeſti
nationis ¶ Pre. ad Titꝫ. iij. dr̄ apl's. non ex operib9 iuſti 3
cie que fecimus nos ⁊c. ergo predeſtinatio ſalutis huma
ne non prouenit ex p̄ſcientia meritoꝝ. ¶ Prete. Si pre 4
ſcientia meritoꝝ eſſet cauſa predeſtinationis nullus eſſet
predeſtinatus qui non eſſet merita habiturus. ſed aliqui
ſunt hmōi. ſicut patet de pueris. ergo preſcientia merito
rum nō eſt predeſtinationis cauſa

¶ Reſponſio dicendū. ꝙ hoc diſtat inter cauſam ⁊ effe R°
ctum ꝙ quicquid eſt cauſa cauſe oportet eſſe cauſam effe
ctus. nō aūt quicq̄d eſt cauſa effectus oportet ꝙ ſit cauſa
cauſe de neceſſitate. ſicut patꝫ. nam cauſa prima ꝑ cauſam
ſcđam ꝓducit effectum ſuum. ⁊ ſic cauſa ſecūda cauſat ali
quo mō effectum cauſe prime. cuius tamē cauſe cauſa nō
eſt. In p̄deſtinatione aūt eſt duo cōſiderare. ſcꝫ ipſam pre
deſtinationē eternā. ⁊ effectum eius temporalē duplicem
ſcꝫ gratiam ⁊ gloriam. quoꝝ alter habet cauſam merito
riam actū humanū. ſcꝫ gloria. ſed gratie cauſa non poteſt
eſſe actus humanus ꝑ modū meriti. ſed diſpoſitio mate
rialis q̄daꝫ inquantū per actus p̄paramur ad gratie ſu
ſceptionē. ſed ex hoc nō ſeq̄tur ꝙ actus noſtri ſiue grām
precedant ſiue ſequant̄ ſint ipſius predeſtinationis cauſa

¶ Ad inueniendum autem predeſtinationis cauſam
oportet accipere quod prius dictum eſt. ſcꝫ ꝙ predeſtina
tio eſt q̄dam directio in finem quam facit ratio a volun
tate mota. vnde ſm hoc poſſet aliquid eſſe predeſtinatio
nis cauſa prout eſſet volūtatis motiuū ¶ Circa quod Nota
ſciendum ꝙ aliquid mouet dupliciter voluntatē. vno mō
per modū debiti. alio modo ſine debiti ratione. per modū
autem debiti mouet aliquid dupliciter. vno modo abſo
lute. alio modo ex ſuppoſitione alterius. Abſolute quidē
ipſe finis vltimus qui eſt volūtatis obiectum hoc mō vo
luntatē mouet vt ab ipſo diuertere non poſſit. vnde nul
lus homo poteſt nō velle eſſe beatus. vt dicit Auguſtin9
in libro de libero arbitrio. Sed ex ſuppoſitōe alterius mo
uet ſm debitum illud ſine quo finis haberi non poteſt. il
lud autem ſine quo finis haberi poteſt. ſed tamen facit ad
bene eſſe finis ipſius non mouet ſm debitam voluntateꝫ
ſed eſt libera inclinatio voluntatis in ipſuꝫ. ſed tn̄ ex quo
voluntas eſt libere inclinata in ipſum inclinatur in omnia
ſine quibus hoc haberi non poteſt ꝑ modū debiti. ex pre
ſuppoſitione tamē illius quod primo volituꝫ ponebatur
ſicut rex ex ſua libertate facit aliquē militem. ſed quia nō
poteſt eſſe miles niſi habeat equū. efficitur debitum ⁊ ne
ceſſariū ex ſuppoſitione libertatis predicte ꝙ ei det equū.
finis autem diuine voluntatis eſt ipſa eius bonitas q̄ nō
dependet ab aliquo alio. vnde ad hoc ꝙ habeatur a deo
nullo alio indiget. ⁊ ideo voluntas eius nō inclinatur pri
mo ad aliquid faciendum per modū debiti. ſed liberali
ter tantum inquantum voluntas eius ex opere manife
ſtatur. ſed ex quo ſupponitur ꝙ deus aliquid facere ve
lit ex ſuppoſitione liberalitatis ipſius per modum de

biti cuiuſdā ſeq̄tur ꝙ faciat ea ſine quibus res ipa volita
eſſe nō pt.ſicut ſi facere vult hominē ꝙ det ei rōem. vbi/
cūq3 aūt occurrerit aliq̄d ſine quo aliud a deo volitū eſſe
poſſit.hoc nō ꝓcedit ab eo ſm rōem alicuius debiti.ſed
ſm libertatē merā. Perfectio aūt gratie ⁊ glie ſunt hmōi
bona.q2 ſine eis natura eſſe pt.excedit aūt virtutis natu
ralis limites.vñ ꝙ deus velit alicui dare gratiā ⁊ gloriā
hoc ex mera libertate ꝓcedit. In his aūt que ex libertate
ꝓcedunt tm̄ cā volendi eſt ipa ſupabūdans affectio volū
tatis ad finē in quo attendit̄ ꝑfectio bonitatis ipius. vñ
cā p̄deſtinationis nihil eſt aliud q̄3 ipa bonitas dei ¶ Et
Contro/ modo etiā predicto pt ſolui quedā ꝯtrouerſia que inter
uerſia in/ quoſdā verſabat̄.quibuſdā dicentib9 oīa a deo ſm ſim/
ter q̄ſdā. plicem voluntatem ꝓcedere. quibuſdā aſſerentib9 oīa
ꝓcedere ſm debitū a deo. Quaꝝ opinionū vtraq3 falſa ē
Prima eīm tollit neceſſariū ordinē q̄ eſt inter effectus diui
nos ad inuicē. Scd̄a aūt ponit aliqua ꝓcedere ſm neceſ
Opinio ſitatē nature Media aūt via eſt eliciēda. vt ponant̄ ea q̄
vera ſunt a deo p̄mo volita ꝓcedere ſm ſimplicē voluntatē et
ea que ad hoc req̄runt̄ ꝓcedere ſm debitū ex ſuppōne.qd̄
tamē debitū nō oſtendit deū eſſe debitorē rebus.ſed ſue
volūtati.ad cuius expletionem debetur id quod dr̄ proce
dere ſm debitum ab ipſo

Ad.j. ¶ Ad primū ḡ dd̄m ꝙ debitus gratie vſus eſt quod/
dā ad qd̄ diuina ꝓuidentia gratiā collatā ordinat. vnde
nō pt eſſe ꝙ ipſe rectus gratie vſus p̄ſcitus ſit cā mouēs
ad dandā gratiā. Q3 ḡ Ambroſius dr̄. dabo illi gratiā
quē ſcio ⁊c. nō eſt intelligēdū ꝙ ꝑfecta cordis ꝯuerſio ſit
inclinans voluntatē ad dandā gratiā. ſed ꝙ grām datā
ad hoc ordinat vt aliq̄s accepta grā ꝑfecte ꝯuertatur in
Ad 2 deū ¶ Ad ſcd̄m dd̄m ꝙ p̄deſtinatio includit voluntatē
ꝯſequentē q̄ reſpicit aliq̄ mō id qd̄ eſt ex pte noſtra.nō q̄
dem ſicut inclināſ diuinā voluntatē ad volendum.ſed ſi
cut id ad cuius ꝓductōem diuina volūtas gratiā ordi/
nat.vel etiā ſicut id qd̄ ad grām q̄dammō diſponit ⁊ glo
riam meret̄ ¶ Ad terciū dd̄m.ꝙ ſcia eſt mouens volūta/
Ad 3 tem ſed nō q̄libet ſcia.ſed ſcia finis que eſt obiectum mo
uens voluntatē.⁊ ideo ex cognitōe ſue bonitatis proce/
dit ꝙ deus ſuā bonitatē amet. ⁊ ex hoc ꝓcedit ꝙ eam in
aliquos diffundere velit.nō aūt ꝓpter hoc ſeq̄tur ꝙ meri
toꝝ ſcia ſit cā volūtatis ſm ꝙ in p̄deſtinatōe includitur.
Ad 4 ¶ Ad quartū dd̄m.ꝙ q̄uis ſm diuerſitatē effectuū ſu/
matur diuerſa rō attributoꝝ diuinoꝝ. nō tñ ꝓpter hoc ſe
quit̄ ꝙ effect9 ſint cauſe attributoꝝ diuinoꝝ. nō eīm hoc
mō accipiunt̄ rōnes attributoꝝ ſm ea que in nobis ſunt
ſicut ſm cauſas.ſed magis ſicut ſm ſigna quedā cauſarū
et iō nō ſeq̄tur ꝙ ea que ex pte noſtra ſunt cauſa q̄re vn9
Ad 5 reprobet̄ ⁊ alius p̄deſtinetur ¶ Ad quintū dd̄m.ꝙ habi
tudines dei ad res poſſunt duplr̄ ꝯſiderari. vno modo
quantū ad primā rerū diſpōnem ſm diuinā ſapientiā di
uerſos gradus in rebus conſtituentē.et ſic nō eodem mō
ſe h3 deus ad omnia. Alio mō ſm ꝙ iam reb9 diſpoſitis
ꝓuidet.⁊ ſilr̄ ſe h3 ad oīa inquantū oīb9 equaliter dat
ſm ꝓportōem. Ad primā aūt reꝝ diſpōem totū hoc perti
net qd̄ dictū eſt a deo ꝓcedere ſm ſimplicē voluntatē in/
Ad 6 ter q̄ etiā p̄paratio gratie ꝯputat̄. ¶ Ad ſextum dd̄m.ꝙ
ad bonitatē diuinā ꝑtinet inquantū eſt infinita vt de ꝑfe
ctionib9 quas vnaquaq3 res ſm ſuā naturā req̄rit vnicui
q3 largiat̄ ſm ꝙ eſt eius capax.nō aūt req̄ritur de ꝑfectio
nib9 ſupadditis inter quas ſunt gratia ⁊ glia. ⁊ iō rō non
Ad 7 ſequit̄ ¶ Ad ſeptimū dd̄m.ꝙ ꝓpoſitum cordis Jacob p̄
ſcitum a deo nō fuit cauſa quare ei gratiā dare voluit.ſ3
fuit quoddā bonū ad qd̄ deus gratiā dandā ordinauit.
et ideo dr̄ ꝙ ex ꝓpoſito cordis qd̄ ei patuit eum dilexit.q2
ſc3 ad hoc eū dilexit vt tale ꝓpoſitum cordis haberet. vel
q2 p̄uidit ꝙ ꝓpoſitū cordis eius fuit ad gratie ſuſceptio/
nem diſpoſitio ¶ Ad octauū dd̄m. ꝙ in illis que ſunt ſm Ad 8
rōem debiti inter aliquos diſtribuenda eſſet ꝯtra rōnem
iuſticie diſtributiue.ſi eq̄libus inequalia darent̄. ſ3 in his
que ex libertate donant̄ in nullo iuſticie ꝯtradicit.poſſum
eīm vni dare ⁊ aliis nō dare ꝓ meo libito volūtatis.hmōi
aūt eſt gratia.⁊ ideo nō eſt ꝯtra rōem iuſticie diſtributi
ue ſi deus ſe ꝓponat daturū gratiā alicui ⁊ alicui nō.nulla
inequalitate meritoꝝ ꝯſiderata ¶ Ad nonū dd̄m.ꝙ ele Ad 9
ctio dei qua vnū eligit ⁊ alterū reprobat rōnalis eſt.nec
tamē opꝫ ꝙ rō electōis ſit meritū.ſed ipſa electōis ratio
eſt diuina bonitas.rō aūt reprobatiōis in hominibus eſt
peccatū originale.vt dr̄ Aug9. vel in futuro hoc ipm̄ qd̄
eſt non habere debitū ad hoc ꝙ eis gratia ꝯferatur. ratio
nabiliter aūt poſſum velle denegare aliquid alicui quod
ſibi nō debetur. ¶ Ad decimū dd̄m.ꝙ in q̄rta di. p̄mi li. Ad 10
dr̄ magiſter illam auctoritatē eſſe retractatā ab Auguſti
no in ſuo ſimili. Vel ſi debeat ſuſtineri referendū ē ad effe/
ctum reprobatōis ⁊ predeſtinatōis ꝙ habēt aliquā cau/
ſam meritoriā vel diſpoſitiuā ¶ Ad vndecimū dd̄m. ꝙ p̄/ Ad 11
ſcientia abuſus gratie nō fuit cā reprobatiōis in iuda ni
ſi forte ex parte effectus.q̄uis deus nulli volenti accipere
gratiam eam deneget.ſed hoc ipm̄ qd̄ eſt velle accipe gra
tiam eſt nobis ex p̄deſtinatione diuina. vñ nō poteſt eſſe
cauſa predeſtinatōnis. ¶ Ad duodecimū dd̄m.ꝙ q̄uis
meritū poſſit eſſe cauſa effectus p̄deſtinationis. non po/ Ad 12
teſt tamē eſſe p̄deſtinationis cauſa. ¶ Ad decimūterciū Ad 13
dd̄m. ꝙ licet illud a quo nō ꝯuertitur ꝯſequentia ſit ali
quo mō prius.non tamen ſeq̄tur ꝙ ſit eodē modo prius
quo cauſa prius dr̄.ſicut nec coloratū eſſet cauſa hominis
et ꝓpter hoc non ſeq̄tur ꝙ preſciētia ſit cauſa predeſtinatō
nis. Et per hoc patet ſolutio ad vltimū Ad 14.

## Tercio queritur. vtrū

predeſtinatio habeat certitudinē vel non. Et
videt̄ ꝙ nō.nulla eīm cā cuius effectus pt variari h3 certi .1.
tudinē reſpectu effectus ſui.ſed effectus p̄deſtinatōis pt
variari.q2 ille q̄ eſt p̄deſtinatus pt nō ꝯſequi effectū pre
deſtinationis.qd̄ patet ex hoc qd̄ Aug9.dr̄ exponēs illud
quod habet̄ Apocal.iij.tene qd̄ habes vt nemo accipiat co
ronā tuam. Si inq̄t nō eſt alius accepturus niſi ille ꝑdi/
derit certus erit electoꝝ numerus.ex quo videt̄ ꝙ vnus
poteſt amittere ⁊ alius accipere coronā que eſt predeſti/
nationis effectus. ¶ Pre. Sicut res naturales ſubdūtur 2
diuine ꝓuidentie ita ⁊ res humane.ſed illi ſoli effect9 na/
turales ex ſuis cauſis certitudinaliter ꝓcedunt q̄ ex ſuis
cauſis neceſſario ꝓducuntur.cum ergo effectus predeſti
nationis qui eſt ſalus humana nō neceſſario ſed ꝯtingen
ter ex cauſis ꝓximis eueniat. videt̄ ꝙ ordo p̄deſtinatiōis
nō ſit cert9. ¶ Pre. Si aliq̄ cā h3 certū ordinē ad aliquē 3
effectū.effectus ille ex necitate ꝓueniet niſi aliq̄d poſſit re
ſiſtere v̄tuti cauſe agētis.ſicut diſpōnes in corpib9 inferio
rib9 inuēte reſiſtūt interdū actioni corpoꝝ celeſtiū ne pro
ducāt ꝓprios effect9 q̄s necārio ꝓduceret niſi eſſet aliqd̄
reſiſtēs.ſ3 p̄deſtinatōi diuie nihil pt reſiſtere. Voluntati
eīm ei9 q̄s reſiſtit.vt dr̄ Rom.ix. igit̄ ſi h3 certū ordinem
ad ſuū effectū.effect9 ei9 necārio ꝓducet̄ ¶ S3 diceres ꝙ Solutio
p̄deſtinatōis certitudo ad effectū ē cū ꝑſuppōne cāe ſcd̄e

4 ¶ Sed cõtra. oĩs certitudo q̃ eſt cũ ſuppõne alicuius
nõ eſt certitudo abſoluta ſ ꝯditionalis. ſicut nõ eſt cer/
tũ ꝙ ſol cauſet fructũ in plantã niſi cũ hac ꝯditõe ſi ꝟtus
generatiua in plãta fuerit bñ diſpoſita, ꝓpter hoc ꝙ diſpo
ſitio ſolis ad effectũ predictũ pſupponit virtutẽ plante q̃
ſi cauſam ſcdam. ſi ergo certitudo diuine pdeſtinatõis ſit
cũ pſuppõne ſcde cauſe nõ eſt certitudo abſoluta ſed cõdi
tionalis tm̃. ſicut in me ẽ certitudo ꝙ ſortes mouet ſi cur
rit. ⁊ ꝙ ille ſaluabit ſi ꝑpabit ſe. ⁊ ita nõ ẽ in diuina pdeſti
natione alia certitudo de ſaluãdis q̃ apud me. qd eſt ab/
ſurdũ. ¶ Pre. Job. xxxiiij. dr cõteret multos ⁊ inumera
5 biles ⁊ ſtare faciet alios p eis. qd exponẽs Grego. dr. locũ
vite alijs cadentibꝫ alij ſortiunt. ſed locus vite eſt ad quẽ
pdeſtinatio ordinat. ḡ a predeſtinatõis effectu pdeſtina/
tus deficere poteſt. ⁊ ſic nõ eſt certa pdeſtinatio. ¶ Pre.
Sm Anſel. eadẽ eſt veritas pdeſtinatiõis ⁊ ꝓpõnis de
6 futuro. ſed ꝓpoſitio de futuro nõ h certã ⁊ determinatã
veritatẽ. ſed variari pt. vt p p phm in peri herme. et in
ſcdo de generatõe vbi dr ꝙ futurus q̃s incedere nõ ince/
det. nõ ergo veritas pdeſtinatõis certitudinẽ h ¶ Pre.
7 Aliq̃s pdeſtinatus q̃nq eſt in pctõ mortali, ſicut p de
paulo qñ eccliam pſequebat. potuit autẽ in pctõ mortali
pſeuerare vſq ad mortẽ aut tũc ſtatim interfici. q̃ vtro
liber poſito. pdeſtinatio effectũ nõ ꝯſequeret, ḡ poſſibile
Solutio eſt pdeſtinationẽ nõ cõſequi effectũ ſuum ¶ Sed dice/
res. ꝙ cum dr pdeſtinatus in peccato mortali pt moriſi
accipiat ſubiectũ ꝓut ſtat ſub forma pdeſtinationis, ſic ẽ
compoſita et falſa. Si autem accipiatur prout conſide/
ratur ſine tali forma. ſic eſt diuiſa ⁊ vera.
8 ¶ Sed cõtra. in formis illis q̃ non poſſunt remoueri
a ſubiecto non differt vtrũ aliquid attribuatur ſubiecto
ſub forma conſiderato vel ſine forma. vtroq eñ mõ hec
eſt falſa. coruus niger pt eſſe albus. ſed pdeſtinatio eſt ta
lis forma que nõ poteſt a pdeſtinato remoueri. ḡ pdicta
9 diſtinctio in ꝓpoſito locum nõ habet. ¶ Pre. Si eternu
coniungat tpali cõtingenti totũ erit tẽporale ⁊ cõtingẽs,
ſicut. pa de creatione que eſt tpalis q̃uis claudat in ſua
rõne eſſentiã dei eternã ⁊ effectum tẽporalẽ. et ſilr miſſio
que importat ꝓceſſionẽ eternã ⁊ effectum temporalẽ. ſed
predeſtinatio q̃uis importat aliq̃d eternũ tamẽ cu hoc
etiã importat effectũ tpalẽ. ergo totum hoc qd eſt pdeſti
natio erit tpale ⁊ cõtingens, ⁊ ita nõ habebit certitudinẽ
¶ Pre. Quod pt eſſe ⁊ nõ eſſe non habet aliquã certitu
10 dine. ſed pdeſtinatio dei de ſalute alicuius pt eſſe et non
eſſe. ſicut eñ potuit ab eterno pdeſtinare ⁊ non pdeſtina
re. ⁊ ita nunc poteſt pdeſtinare vel nõ pdeſtinare. cum in
eternitate non differant pſens pteritum ⁊ futurum. ergo
predeſtinatio non habet certitudinẽ
Contra ¶ Sed cõtra eſt quod dr Roma. viij. quos pſciuit et
predeſtinauit ⁊c. dicit gloſa. pdeſtinatio eſt preſcientia et
preparatio beneficioꝝ dei qua certiſſime liberantur qui/
cunq liberant. ¶ Pre. Illud cuius veritas eſt immobi/
2 lis oportet eſſe certum. ſed veritas pdeſtinationis ẽ im/
mobilis. vt dr Aug. in libro de pdeſti. ſanctoꝝ. ergo pde
3 ſtinatio habet certitudinẽ. ¶ Prete. Cuicunq conuenit
predeſtinatio ab eterno ei ꝯuenit. ſed qd eſt ab eterno in
uariabile eſt. ergo pdeſtinatio inuariabilis eſt ⁊ ita certa
¶ Preterea. Predeſtinatio includit pſcientiã. vt patet in
gloſa inducta. ſed pſcientia habet certitudinẽ. vt probat
Boetius in q̃nto de ꝯſo. ergo ⁊ predeſtinatio
Rᵒ ¶ Rñſio dđm. ꝙ duplex eſt certitudo. ſc cognitõnis
et ordinis. Cognitõis q̃dem certitudo eſt. quãdo cogni
tio nõ declinat in aliquo ab eo qd in re inuenitur. ſed hoc
modo exiſtimat de re ſicut eſt. et q certa exiſtimatio ha
betur de re. pcipue p cauſam rei. ⁊ ideo tractũ eſt nomen
certitudinis ab ordine cauſe ad effectum. vt dicat ordo
cauſe eſſe ad effectum certus. quando cauſa infallibiliter
effectum producit. ergo preſcientia dei. q non importat
vniuerſaliter habitudinem cauſe reſpectu horum quoꝝ
eſt non conſideratur in eo niſi certitudo cognitionis tm̃.
Sed q predeſtinatio preſcientiam includit ⁊ habitudi/
nem cauſe ad ea quorum eſt. ſup addit. inq̃ntum eſt dire/
ctio ſiue preparatio quedam. ſic poteſt in ea cõſiderari ſu
pra certitudinem cognitionis certitudo ordinis. de qua
ſolum certitudine predeſtinatõnis hic querimus. De cer
titudine eñ cognitõis in ipſa inuẽta patere poteſt ex his
que dicta ſunt. cũ de ſcientia dei quereret ¶ Sciendũ Nota
eſt aũt ꝙ cum predeſtinatio ſit quedã prouidentie pars.
ſicut ſm ſuam rõnem ſuper prouidentiam addit. ſic ⁊ cer
titudo eius ſupra certitudinem prouidẽtie. Ordo eñ ꝓ/
uidentie dupliciter certus inuenitur. Uno mõ in parti/
culari. quando ſc res que a diuina prouidentia in finem
aliquem ordinantur abſq defectu ad finem illum parti/
cularem deueniũt. ſicut pa in motibꝫ celeſtibꝫ ⁊ in om/
nibus que neceſſario agũtur in natura. Alio mõ. in vni/
uerſali ⁊ non in particulari. ſicut videmus in generabilibꝫ
et corruptibilibꝫ. quoꝝ virtutes quandoq deficiunt a ꝓ
prijs effectibus ad quos ſunt ordinate ſicut ad ꝓprios fi
nes. ſicut virtus formatiua deficit quãdoq in perfecta cõ
ſummatione menbroꝝ. ſed tamen ipſe defectus diuinitus
ordinatur ad aliquem finem. vt pa ex dictis cum de ꝓ
uidentia ageretur. et ſic nihil poteſt deficere a generali fi/
ne prouidentie. q̃uis q̃nq deficiat ab aliquo particula/
ri fine. Sed ordo predeſtinationis eſt certus nõ ſolum re
ſpectu vniuerſalis finis. ſed etiam reſpectu particularis
et determinati. q ille qui eſt determinatus p predeſtinati
onem ad ſalutem nunq deficit a ꝯſequutõe ſalutis. nõ ta/
men hoc mõ certus eſt ordo predeſtinatõis reſpectu par
ticularis finis. ſicut erat ordo prouidentie. q prouidẽtia
nõ erat ordo certus reſpectu particularis finis. niſi quan
do cauſa proxima neceſſario ꝓducebat effectũ ſuũ. In p/
deſtinatõe aũt inuenitur certitudo reſpectu ſingularis fi
nis. et tamẽ cauſa proxima. ſc liberũ arbitrium non ꝓdu
cit effectum ſuũ niſi ꝯtingenter. Uñ difficile videtur con
cordare infallibilitatem predeſtinatõnis cũ libertate arbi
trij Nõ eñ poteſt dici ꝙ predeſtinatio ſupra certitudinem
ꝓuidentie nihil aliud addat niſi certitudinem preſcientie
vt ſi dicatur ꝙ deus pordinet predeſtinatum ad ſalutem
ſicut et quemlibet aliũ. ſed cum hoc de predeſtinato ſcit ꝙ
nõ deficiet a ſalute. ſic eñ dicẽdo nõ diceret pdeſtinatus
a nõ predeſtinato differre ex parte ordinis. ſed tm̃ ex pte
preſcientie euentus. ⁊ ſic pſcientia eſſet cauſa pdeſtinati/
onis. nec predeſtinatio eſſet p electõem pdeſtinantis. qd
eſſet contra autoritatem ſcripture ⁊ dicta ſanctorũ. Uñ
etiam preter certitudinem preſcientie ipſe ordo predeſti/
nationis habet infallibilem certitudinem. nõ tamen cau/
ſa proxima ſalutis ordinatur ad eam neceſſario ſed ꝯtin
genter. ſc liberũ arbitrium. qd hoc mõ poteſt conſiderari
Inuenimus eñ ordinem infallibilem eſſe reſpectu alicu/ Diſtinctio
ius duplr. Uno mõ inq̃ntum vna cauſa ſingularis neceſ/ bona
ſario inducit effectum ſuum ex ordine diuine prouidentie
Alio mõ ex concurſu multarum cauſarũ ꝯtingentium et
deficere poſſibiliũ peruenitur ad vnũ effectum. quaꝝ vnã
quãq deus ordinat ad ꝯſequutiõem effectus loco eius

que deficit. vel ne altera deficiat. ſicut videmus ꝙ om̄ia ſingularia vnius ſpeciei ſunt corruptibilia. tm̄ ꝑ ſucceſſionem vnius ad alterū p̄t in eis ſm̄ naturā ſaluari ꝑpetuitas ſpēi diuina ꝓuidentia taliter gubernāte ꝙ nō oīa deficiant vno deficiente. Et hoc modo eſt in p̄deſtinatiōe liberū em̄ arbitriū deficere pōt a ſalute. tamen in eo quē deus p̄deſtinat tot alia adminicula p̄parat ꝙ ſꝫ vel non cadat. vel ſi cadat ꝙ reſurgat. ſicut exhortationes ⁊ ſuffragia orationū. donū gratie et hm̄oi qb⁹ deus adminiculatur homini ad ſalutē. ſi ergo ꝯſideremus ſalutē reſpectu cauſe ꝓxime. ſꝫ liberi arbitrij nō habet certitudinem ſed ꝯtingentiam. reſpectu aūt cauſe p̄me q̄ eſt p̄deſtinatio certitudinem habet.

Ad 1. ¶ Ad p̄mū. dōm. ꝙ verbū illud apocal. pōt intelligi vel de corona iuſticie p̄ſentis vel de corona glorie. Si autē vtrolibet intelligatur ſm̄ hoc dicit̄ accipere vn⁹ coronā alterius altero cadēte inq̄ꝫtum bona vnius alteri ꝓſunt vel in auxiliū meriti vel etiam in auxiliū glorie ꝓpter connexionem charitatis q̄ facit om̄ia bona mēbrorū eccleſie eſſe cōmunia. et ita ꝯtingit ꝙ vnus coronā alterius accipit. dū aliquo ꝑ pctm̄ cadente. ⁊ ita p̄miū meritoꝝ ſuorū nō ꝯſ̄te alius fructus ꝑcipit de meritis q̄ ille habuit. ſicut etiā ꝑcepiſſet alio ꝑſiſtēte. nec ex hoc ſequit̄ ꝙ p̄deſtinatio caſſetur. Vel poteſt dici ꝙ vnus coronam alteri⁹ accipere dicitur non ꝙ aliquis coronaꝫ que eſt ei p̄deſtinata amittat. ſꝫ qꝛ qn̄ꝙ aliquis amittit coronā ſibi debitam ſm̄ p̄ſentem iuſt̄ciam. ⁊ alius etiam in locū ſubſtituitur ad ſupplendū numerū electorū. ſicut in locū angelorum cadentium ſunt hoies ſubſtituti.

Ad 2. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ effectus naturalis qui ex diuina ꝓuidentia infallibiliter euenit conſequitur ex cauſa proxima neceſſario in effectum ordinata. Ordo aūt predeſtinationis non eſt certus ꝑ hunc modū. ſꝫ alium vt dictum eſt

Ad 3. ¶ Ad. iij. dōꝫ ꝙ corpus celeſte agit in hec inferiora neceſſario. q̄ſi neceſſitatem inducens q̄ꝫtum eſt de ſe. et ideo effectus neceſſario euenit. niſi ſit aliquid reſiſtens. ſꝫ deus agit in volūtatem nō per modū neceſſitatis. qꝛ voluntatem nō cogit ſed mouet eā. non auferēdo ei modū ſuū q̄ in libertate ad vtrūlibet ꝯſiſtit. et ideo q̄ꝫuis diuine volūtati nihil reſiſtat. tm̄ voluntas ⁊ q̄libet alia res exequitur diuinā volūtatē ſm̄ modū ſuum. qꝛ ipſum modū diuina voluntas rebus dedit. vt ſic eius volūtas impleretur. et ideo q̄dam explent diuinam volūtatem neceſſario quidē ꝯtingēter q̄ꝫuis id qđ deus vult ſemper fiat.

Ad 4 ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ cā ſecūda quā oportet ſupponere ad inducēdū p̄deſtinationis effectū etiam ordini p̄deſtinatōnis ſubiacet. nō autē ita eſt in virtutib⁹ inferiorib⁹ reſpectu alicu⁹ ſuperioris ꝟtutis agentis. ⁊ iō ordo diuine p̄deſtinatōnis q̄ꝫuis ſit cū ſuppōne volūtatis humane. nihilomin⁹ tamē habꝫ abſolutam certitudinem. ⁊ ſic ꝯtrariū in exemplo inducto appareat

Ad 5 ¶ Ad. v. dōm. ꝙ verba illa Job ⁊ Grego. referenda ſunt ad ſtatum preſentis iuſticie a quo aliq̄ aliquando decidunt alijs ſubrogatis. vn̄ per hoc non pōt aliquid concludi cōtra certitudinem p̄deſtinationis. q̄a illi qui finaliter a gratia deficiunt nunq̄ꝫ predeſtinati fuerunt

Ad 6 ¶ Ad. vi. dōm ꝙ ſimilitudo Anſel. q̄ꝫtum ad hoc tenet. ꝙ ſicut veritas propoſitionis de futuro nō aufert futuro ꝯtingētiam. ita nec veritas p̄deſtinatōnis. ſꝫ differunt q̄ꝫtum ad hoc ꝙ ꝓpō de futuro reſpicit futurum vt futurū eſt. et hoc mō non poteſt habere certitudinem ſed veritas p̄deſtinationis ⁊ p̄ſcie reſpicit futurū vt preſens. vt in q̄ſtione de ſcia dei dictum eſt. ⁊ iō certitudinē habet

¶ Ad. vij. dōm. ꝙ aliquid pōt dici poſſe dupliciter. vno mō ꝯſiderando potētiam que in ipſo eſt. ſicut dicimus ꝙ lapis poteſt moueri deorſum. Alio mō conſiderando illud quod eſt ex parte alterius. ſicut ſi dicerē. lapis p̄t moueri ſurſum non propter potētiam q̄ in ipō ſit. ſꝫ per potētiam ꝓijcientis. cū ergo dr̄ p̄deſtinatus ipē p̄t in pctō mori. ſi cōſideretur ipſius potētia verū eſt. ſi autē loquamur de p̄deſtinato ſm̄ ordinem quē habet ad aliđ ſꝫ ad deum p̄deſtinantem. ſic ordo ille non cōpatitur ſecum iſtum euentum. q̄ꝫuis compatiatur ſecum illam potētiam. et ideo poteſt diſtingui ſm̄ diſtinctionem prius inductaꝫ. ſꝫ ꝯſideratio ſubiecti cū forma vel ſine forma Ad 7

naturalibꝫ.ḡ liber vite non eſt de vita nature
¶ Reſponſio dōm. ꝙ liber vite eſt quedam noticia di- Rꝫo.
rigens datorem vite in vite collatōnem. vt dcm̄ eſt ſupra
In collatōne aūt aliqua non indigemꝰ directōne.niſi ꝓ-
pter hoc ꝙ oportet diſcernere eos quibꝫ dandū eſt ab eis
q̄bꝫ nō dandū eſt Vn̄ liber vite nō eſt niſi reſpectu illiꝰ
vite q̄ cū electōne datur. vita aūt naturalꝭ.ſicut ⁊ alia bo
na naturalia.cōiter oībꝫ datur ſm ꝙ vnuſquiſq̃ʒ eſt ca-
pax Et ideo reſpectu vite nature nō eſt liber vite.ſed ſo
lum reſpectu illius vite q̄ ſm ꝓpoſitū dei eligēt̄ʒ dat̄ q̄-
buſdam.⁊ q̄buſdam nō datur
¶ Ad ꝑmum ergo dicēdū.ꝙ q̄uis vita nature rep̄ſen- Ad.1.
tetur in dei noticia.ſicut ⁊ vita glorie.nō tamē noticia vi
te nature hʒ rōeʒ libri vite ſic̄ noticia vite glīe rōe ꝑdicta
¶ Ad ij.dōm ꝙ liber vite nō dꝛ liber q̄ viuit.ſʒ dꝛ liber Ad 2
q̄ eſt de vita ad quā aliq̄ ſm electōnem ꝑordinātur q̄ ſt̄
ꝯſcripti in libro ¶ Ad iij.dōm.ꝙ ꝓuidentia dei vitā aliq̄ Ad 3
bus prouidet vt debitum nature ipſoꝝ. ſed vitam glorie
non prouidet niſi ex beneplacito ſue volūtatis.⁊ iō vitaʒ
nature dat oībus qui capere poſſunt.non autem vitam
glorie.⁊ propter hoc non eſt aliq̄s liber nature. ſicut eſt

Ad 4 vite ⁊ glorie ¶ Ad .iiij. dõm. ꝙ gloſa illa nõ eſt intelligẽ
da hoc modo. ꝙ om̃ia ꝯſtent id eſt ꝯtineant̃ in libro vi-
te. ſed q2 om̃ia que in ipſo ſcribũtur cõſtant. id eſt firma
Ad 5 ſunt ¶ Ad .v. dõm. ꝙ liber vite non ſolũ importat noti-
ciam reſpectu vite glorie. ſ3 etiã quãdã electionẽ. nõ autẽ
Ad 6 reſpectu vite nature. vt dictũ eſt ¶ Ad vi. dõm ꝙ vita
glorie eſt minus nota nobis ꝙ̃ vita nature. ⁊ ideo ex vi-
ta nature deueniemꝰ in cognitionẽ vite glorie. ⁊ ſiliter
ex vita nature gloriã vite noiamꝰ. ꝙ̃uis vita glorie plus
habeat de rõne vite. ſicut ex his q̃ ſunt apud nos noia-
mus deũ. vñ oportet ꝙ nomen vite intelligat̃ de vita na
Ad 7 ture qñ ſimplr̃ ꝓfert̃ ¶ Ad .vij. dõ3. ꝙ vita glorie ꝙ̃tum
eſt in ſe eſt ꝑmanẽtioꝛ ꝙ̃ vita nature. q2 ꝑ vitã glorie vi
ta nature ſtabilitur. ſ3 ꝑ accñs vita nature eſt ꝑmanẽti-
oꝛ ꝙ̃ vita glorie. ſc3 inq̃3tũ eſt ꝓpinquioꝛ viuẽti. cui ſm
exiſtẽtiã ſuã debet̃ vita nature. nõ aũt vita glorie. cõmu-
nioꝛ aũt eſt quodãmõ vita nature. ⁊ quodãmodo non.
Diſtinº de cõi Dicit̃ eñ dupliciter aliq̃d cõmune. vno mõ ꝑ ꝯſecutio
nem vel p̃dicationẽ. quãdo ſc3 aliq̃d vnũ inuenit̃ in mul
tis ſm vnã rõem. ⁊ ſic id qđ eſt cõmunius nõ eſt nobiliꝰ
ſed imꝑfectius. ſicut aĩal hoĩe. et hoc modo vita nature
eſt communioꝛ ꝙ̃ glorie Alio modo per modum cauſe
ſicut cauſa q̃ eſt vna numero manẽs ad plures effectus
extẽdit ſe. ⁊ ſic illud qđ eſt cõis eſt nobilius vt ꝯſerua-
tio ciuitatis ꝙ̃ ꝯſeruatio familie eſt nobilius. hoc autem
modo vita nature nõ eſt cõioꝛ ꝙ̃ vita glorie..

## Septimo querit̃. vtꝝ

liber vite dicat̃ ſimpliciter reſpectu vite gratie
Et videt̃ ꝙ ſic. q2 qđ eſt in effectu nobilius inuenitur
1. in cauſa. vt patet ꝑ Dyoni. in li. de di. no. ſed gloria ẽ effe
ctus gratie. g̃ vita gracie eſt nobilioꝛ ꝙ̃ vita glorie. ergo
liber vite principalius reſpicit vitam gracie ꝙ̃ vitã glorie
2 ¶ Pꝛete. Verbũ vite eſt q̃dã p̃deſtinationis conſcriptio
vt dcm̃ eſt ſupra. ſ3 p̃deſtinatio eſt cõiter ꝑparatio gra-
3 tie ⁊ glẽ. g̃ liber vite vtrãq3 vitã cõiter reſpicit ¶ Pꝛete.
ꝑ librũ vite aliqui deſignãt̃ vt ciues illiꝰ ciuitat̃ in qua
eſt vita. ſed ſicut ꝑ vitam glorie aliqui efficiuntur ciues
ihrl̃m ciuitatis celeſtis. ita ꝑ vitam grẽ aliquis efficitur
ciuis eccleſie militãtis. g̃ liber vite reſpicit vitã gratie ſi-
4 cut ⁊ glorie. ¶ Pꝛete. Qđ de pluribꝫ dicitur dictũ ſim
pliciter intelligit̃ de eo de quo ꝑ ꝓus dr̃. ſed vita gratie ẽ
prioꝛ vita glẽ. cũ g̃ dr̃ liber vite intelligit̃ de vita gratie
Cõtra ¶ Sed ꝯtra. ille qui habet p̃ſentem iuſticiam. ſimpliciter
habet vitam gratie. nõ aũt dr̃ ſimpliciter ſcriptus in libro
vite. ſed ſolũ ſm quid. i. ſm p̃ntem iuſticiam. ergo liber vi
te nõ reſpicit ſimpliciter vitã gratie ¶ Pꝛete. Finis ẽ no
bilioꝛ his q̃ ſunt ad finem. ſed vita glorie eſt finis gratie.
ergo eſt nobilioꝛ. ergo ſimpliciter dicta vita intelligitur
de vita glorie.
¶ Reſponſio dõm. ꝙ licet vite liber ꝑtet quãdã cõſcri-
Rñº ptionẽ alicuius ad vitã obtinendã. quaſi q̃dã premiũ
et quãdã poſſeſſionẽ. ad hm̃oĩ em̃ hoĩes ꝯſueuerũt ſcri-
bi. Illud aũt ꝓp̃e dr̃ haberi vt poſſeſſio. qđ habet̃ ad nu-
tum. hoc eſt illud in quo nullũ defectũ patit̃ vt phus dr̃
in p̃ncipio metaph. ꝙ ſcia q̃ eſt de deo non eſt humana
poſſeſſio ſed diuina. q2 ſolus deus ꝑfecte ſeipm̃ cogno-
ſcit. hõ aũt ad ꝯgnoſcẽdũ ipm̃ deficiens inuenitur Et iõ
tũc vita habetur vt poſſeſſio qñ ꝑ vitam om̃is defectus
vite oppoſitus excludit̃. hoc aũt facit vita glorie in qua
ꝯm̃is mors et corꝑalis ⁊ ſpũalis penitꝰ abſorbet̃. vt nec
etiã remaneat potentia moriendi. non aũt vita gratie Et
ideo liber vite nõ reſpicit ſimplr̃ vitã gratie ſed glẽ tantũ.
¶ Ad p̃mũ g̃ dõm. ꝙ q̃dã ſunt cauſe nobiliores his q̃ꝝ Ad .1.
ſt̃ cauſe ſc3 efficiẽs formalis ⁊ final̃. ⁊ iõ qđ eſt in talibꝫ
cauſis nobilius ẽ in eis ꝙ̃ in his quoꝝ ſunt cauſe. ſ3 ma
teria eſt imꝑfectioꝛ eo cuius ẽ cauſa. ⁊ ideo eſt aliq̃d in ma
teria minus nobiliter ꝙ̃3 ſit in materiato. in materia eñ
eſt incõplete ⁊ in potẽtia. ſed in materiato eſt actu. om̃is
aũt diſpoſitio q̃ ꝑparat ſubiectum ad aliquã formã vl̃ ꝑ
fectionẽ recipiendũ reducit̃ ad cãm materialẽ. ⁊ hoc mo-
do gratia ẽ cauſa glorie. ⁊ ita vita nõ eſt nobilius in grã
ꝙ̃3 in gloria ¶ Ad .ij. dõm ꝙ p̃deſtinatio nõ reſpicit gra- Ad .2.
tiam. niſi ſm ꝙ ordinatur ad gloriã. vnde p̃deſtinatum
nõ ꝯuenit niſi his qui habent finalem gratiã quã ſequit̃
gloria. ¶ Ad .iij. dõm. ꝙ ꝙ̃3uis illi q̃ habent vitã gratie
ſint ciues eccleſie militantis. tamẽ ſtatus eccleſie militã- Ad 3
tis nõ eſt ſtatus in quo vita plene habeat̃. cũ adhuc re-
maneat potẽtia ad mortẽ. et ideo reſpectu huiuſmodi nõ
dicit̃ liber vite ¶ Ad .iiij. dõm. ꝙ ꝙ̃3uis vita grẽ ſit ꝓoꝛ Ad 4
in via generationis ꝙ̃3 vita glorie. tñ vita glorie eſt prioꝛ
ſm viam ꝑfectionis. vt finis his que ſunt ad finem

## Octauo querit̃: vtrũ

poſſet dici liber mortis. ſicut dicit̃ liber vite Et
videt̃ ꝙ ſic Luce x. Gaudete qm̃ noĩa veſtra. glo. ſi quis .1.
celeſtia ſiue terreſtria opera geſſerit ꝑ hoc quaſi litteris
aduocatus apud dei memoriã eternaliter eſt affixus. ſ3
ſicut ꝑ opera celeſtia q̃ ſunt opera iuſticie aliq̃s ordinat̃
ad vitã. ita ꝑ opa terreſtria q̃ ſunt opera peccati ordinat̃
ad mortem. ergo ſicut in deo eſt cõſcriptio ordinata ad
vitam. ita eſt ibi ꝯſcriptio ordinata ad mortem. ergo ſi-
cut in deo dicitur liber vite ita etiã mortis ¶ Pꝛete. Li 2.
ber vite in deo nõ ponit̃. niſi inq̃3tum apud ſe cõſcriptos
habet quos ad eterna p̃mia preparauit ad ſilitudinẽ eiꝰ
ꝙ princeps terrenus cõſcriptos h3 illos q̃s ad aliq̃s di
gnitates determiauit. ſ3 ſicut p̃nceps ciuitat̃ h3 deſcri
ptas dignitates ⁊ p̃mia. ita etiã penas ⁊ ſupplicia. g̃ ſilr̃
apud deũ debet poni liber mort̃ ¶ Pꝛete. Sicut deꝰ co
gnoſcit p̃deſtinatiõem ſuã q̃ aliq̃s ꝑparauit ad vitã. ita 3.
ꝯgnoſcit reprobatõnem ſuam qua aliquos preparat ad
mortẽ. ſed ipſa noticia quã deus habet de ſua p̃deſtina-
tione dr̃ liber vite. vt dictũ eſt. ergo ⁊ noticia reprobatõis
debet dici liber mortis.
¶ Sz ꝯtra. ſm dyo. de di. no. in p̃ncipio. de diuinis nõ Cõtra
eſt audẽdũ aliq̃d dicere niſi qđ eſt ꝑ autoritatẽ ſacre ſcri-
pture introductũ. ſ3 liber mort̃ nõ iuenit̃ in ſcriptura di
ci de deo. ſicut liber vite. g̃ nõ debemꝰ ponere librũ mort̃
¶ Rñſio dõm. ꝙ de eo qđ in libro ſcriptũ habet̃ habet Rñº.
aliquis aliquã noticiã pre alijs p̃uilegiatam. vñ et reſpe
ctu illoꝝ ſcitoꝝ a deo liber dici debet. de q̃bꝫ aliquã ſpe
cialem noticiã pre alijs habet. Eſt aũt in deo duplex co-
gnitio. ſc3 ſimplicis noticie ſcia. ⁊ ſcientia approbationis
ſcientia ſimplicis noticie cõmunis eſt om̃ibꝫ ⁊ bonis et
malis. ſcientia aũt approbatõnis eſt bonoꝝ tantũ Et
ideo bona habent aliquã priuilegiatam cognitionem in
deo pre alijs. rõne cuius in libro ꝯſcribi dicũtur. nõ autẽ
mala. et ideo non dicitur liber mortis. ſicut dr̃ liber vite
¶ Ad primum ergo dicendum. ꝙ quidam opera cele- Ad .1.
ſtia exponunt de operibus cõtẽplatiue vite. opera au-
tem terreſtria de operibus actiue. per vtraq3 autem ali
quis cõſcribitur ad vitam et non ad mortem. Et ita

vtraq3 ꝯſcriptio ad librū vite ꝑtinet. et neutra ad libru3 mortis. Quida3 vero ꝑ opera terreſtria intelligunt opera peccati. ꝑ que q̄uis aliquis ꝑ ſe loquēdo ordinet ad mortem. tamē ꝑ accidens aliquis ordinatur ad vitā in q̄tū poſt peccatū reſurgit cautior ⁊ humilior ¶ Vel dici pōt ⁊ melius q cū dr̄ aliq̄d ꝑ alterū cognoſci. hoc pōt intelligi dupliciter. vno mō vt ꝓpoſitio deſignet cauſam ꝯgnitōis ex ꝑte ꝯgnoſcēti. ⁊ ſic nō pt̄ intelligi i ꝓpoſito q2 opera q̄ q̄s facit bona vel mala nō ſunt cā. neq3 diuine p̄ſciētie neq3 p̄deſtinatōnis eterne. Alio mō vt deſignet cām ex ꝑte cogniti. ⁊ ſic intelligit̄ in ꝓpoſito. Dicit̄ enī aliq̄s eē aduocatus apud dei memoriā ꝑ opa q̄ geſſit. nō q2 hmōi opa ſint cauſa quare deus ꝯgnoſcit. ſ3 q̄a deus ꝯgnoſcit q ꝓpter hmōi opa aliquis habitur9 eſt mortem vel vitam. Vnde pat3 q gloſa illa nō loquit̄ de ꝯſcriptione q̄ ꝑtinet ad librū vite q̄ eſt ex p̄ſcientia dei ¶ Ad
Ad 2 ſcdm dōm q aliqua ꝯſcribūtur in libro vt ꝑpetuo in noticia maneant. illi aūt q̄ puniunt̄ ꝑ penas ipſas exterminant̄ a noticia hominū. et ideo non ſcribūtur niſi forte ad tempus quouſq3 eis pena infligat̄. ſ3 illi qui deputantur ad dignitates et p̄mia conſcribunt̄ ſimplr̄. vt q̄ſi ꝑpetua
Ad 3. memoria habeant̄. ¶ Ad. iij. dōm. q deus de reprobis non habet noticiam aliquā p̄uilegiatā. ſicut de p̄deſtinatis. et ideo non eſt ſimile.

## Queſtio octaua de cognitōe angelorū

Primo vtrū angeli videāt deū ꝑ eſſentiā. Scdo vtrū intellect9 angeli vel hōis beati eſſentiam diuinā ꝯp̄hēdat. Tercio vtrū angelus ex proprijs naturalib9 potuerit ꝑtingere ad vidēdum deu3 per eſſentiam. Quarto vtrū angelus videns deū ꝑ eſſentiā oīa ꝯgnoſcat. Quinto vtrū viſio rerū in ꝟbo ſit ꝑ aliq̄s ſimilitudines rerū in intellctu angelico exiſtētes. Sexto vtrū angelus ꝯgnoſcat ſeipſum. Septimo vtrū angelus vnus intelligat aliū. Octauo vtrū angelus res materiales ꝯgnoſcat ꝑ formas aliquas. an ꝑ eſſentiā ſui ꝯgnoſcentis. Nono vtrū forme ꝑ quas angeli cognoſcūt res materiales ſint innate vel a reb9 accepte. Decimo vtru3 angeli ſupiores habeāt ꝯgnitōem ꝑ formas magis vniuerſales q3 inferiores. Vndecimo vtrū angelus ꝯgnoſcat ſingularia. Duodecimo vtrū angeli cognoſcāt futura. Decimotercio. vtrum angeli poſſint ſcire occulta cordium. Decimoquarto. vtrū angeli ſimul multa cognoſcant. Decimoquinto. vtrū angeli cognoſcant res diſcurrendo de vno in aliud. Decimoſexto. vtrū in angelis diſtingui debeat matutina cognitio vel veſpertina. Decimoſeptimo. vtrū cognitio angelica ſufficienter diuidat̄ per matutinā et veſpertinam.

¶ Materia octaua de cognitōne angelorū.

## Queſtio ē de cognitione angelorū.

Et p̄mo q̄rit̄. vtrū angeli vi-
1. deāt deū ꝑ eſſentiā. Et videt̄ q nō. Joā. p̄mo. deū nemo vidit vnq̄3. ſup q̄ dr̄ Criſo. ſ3 nec ipſe celeſtes eēntie. ip̄a dico cherubin ⁊ ſeraphin ip̄3 vt eſt nūq̄3 videre potuerunt. ſ3 q̄cūq3 videt deū ꝑ eēntiā videt ipſu3 vt eſt. g̊ angelus nunq̄3 videt deū ꝑ eſſentiā
2. ¶ Pret. Exodi. xxxiij. ſup illud. loq̄bat̄ dn̄s ad moyſen fa. ⁊c. dicit Gloſa. ſubſtantiam dei nec hominū nec angelorū q̄ſq3 ſicut eſt nunq̄3 videre potuit. ⁊ ſic idē qd̄ p̄us
¶ Prete. Scdm Auguſtinū. deſideriū eſt rei nō habite 3.
ſ3 angeli deſiderant in deū reſpicere. vt dr̄. i. petri p̄mo. g̊
deū ꝑ eſſentiam nō videt. ¶ Prete. Criſo. ſup illud Jo. 4.
p̄mo dicit. ipſum qd̄ eſt deus nō ſolū ꝓphete. ſed nec angeli aut archangeli videre potuerūt. ⁊ ſic idem qd̄ p̄us.
q̄a ipſum qd̄ eſt deus eſt eſſentia dei ¶ Prete. Om̄e qd̄ 5
videtur ab aliquo intellectu ꝑ aliquā formā videt̄. ſi ergo intellectus videt eſſentiā dei. oportet q ipſa3 per aliquam formā videat. ſed non pōt ipſam videre per ipſa3 diuinā eēntia3. q2 forma qua intellectus intelligit facit eum intellectum in actu. et ſic eſt actus eius. ⁊ ſic oport3 q ex ea ⁊ intellectu efficiatur vnum. quod non pōt dici de diuina eſſentia. q̄ non poteſt venire vt pars in conſtitutionem alicuius. ergo oportet q angelus intelligens deum videat cū mediante aliqua alia forma. ⁊ ſic nō videt eum ꝑ eſſentiam ¶ Prete. Intellectus debet eē proportionatus intelligibili. cum intelligibile ſit perfectio in 6
telligentis. ſed nulla pōt eſſe ꝓportio inter eſſentiam diuinam ⁊ intellectū angelicum. q̄a in infinitum diſtant. ⁊ talium non eſt proportio. ergo non poteſt deum angelus
per eſſentia3 videre ¶ Prete. Nullus aſſimilatur alicui 7
niſi per ſimilitudinē eius receptam in ipſo. ſed intellect9 angeli cognoſcēs deū aſſimilatur ei. cum omnis cognitio fit ꝑ aſſimilationē. ergo oportet q cognoſcat eum ꝑ 8
ſimilitudinem ⁊ nō per eſſentiā. ¶ Prete. Quicūq3 aliquid per eſſentiam cognoſcit. cognoſcit de eo quid ſit. ſ3 vt pat3 ꝑ Dyoniſiū ⁊ Damaſ. de deo non poteſt ſciri q̄d
eſt. ſed quid non eſt. ergo nullus intellectus pōt videre 9
deum per eſſentiam ¶ Prete. Sicut dicit Dyoniſius in epiſtola ad Gayū. in deo tenebre deſcribuntur propter ſuperhabūdantem eius claritatē. ⁊ propter hoc q abſconditur om̄i lumini ⁊ occultatur om̄i cognitōni. ſ3 claritas diuina non ſolum excedit intellectum noſtrum. ſed etiam angelorum ergo eoru3 cognitioni claritas diuine
eſſentie abſcōdit̄. ¶ Prete. Dyoni. ſic arguit in primo 10
capi. de di. no. Omnis cognitio eſt exiſtētiū. ſ3 de9 nō eſt exiſtens ſ3 ſupexiſtēs. ergo nō poteſt cognoſci niſi ſup
eſſentiali cognitione. que eſt ꝯgnitio diuina ¶ Preterea 11.
dicit Dyoniſius in ep̄la ad Gaiū. ſi quis videns deū intellexit qd̄ vidit non ipſum vidit. ſed aliquid eoru3 que ſu̾t eius. ergo deus ꝑ eſſentiā a nullo intellectu creato vide
ri poteſt ¶ Prete. Quāto viſus eſt fortior tanto aliquid 12.
magis remotum videri pōt. ergo infinite diſtans videri non pōt niſi a viſu infinite virtutis. ſ3 eſſentia diuina in infinitū diſtat ab om̄i intellectu creato. cum ergo omnis intellectus creatus ſit finite virtutis nullus intellectus
creatus poterit videre deum per eſſentiam ¶ Preterea 13.
Ad qualibet ꝯgnitionem requiritur iudiciū. ſed iudiciū nō eſt niſi ſupioris de inferiori. cū ergo nullus intellect9 ſit ſupior diuina eſſentia. nullus intellectus creatus deū
per eſſentiam videre poteſt. ¶ Prete. vt Boetius dicit 14
iudicium eſt actus iudicantis. ergo iudicatum ſe habet ad iudiciū vt paſſum. ſed diuina eſſentia nō pōt ſe habere vt paſſum reſpectu alicuius intellectus creati. ergo intellectus creatus deum per eſſentiam videre non poteſt.
¶ Preter. Omne illud quod per eſſentiā videtur intel 15
lectu attingitur. ſed nullus poteſt attingere ad illud qd̄ in infinitu3 diſtat ab ipſo. ergo intellectus angelicus nō pōt videre eſſentiam dei q̄ in infinitum diſtat ab eo.
¶ Sed ꝯtra eſt quod dicitur Mathei. xviij. angeli eorum ſemper vident faciē patris. facie3 enī patris videre Contra

eſt videre eſſentiā patris. ergo angeli vident deū p eſſen
2 tiaʒ ¶ Prete. Angeli ꝯgnoſcūt eū a quo facti ſunt. ſʒ ipſa
diuina eēntia eſt cauſa angelorū. ḡ eſſentiā diuinā vidēt.
3 ¶ Prete. Omne qḋ videť. videť p eſſentiā ſuā vel p ſuā
ſilitudinē. ſʒ in deo nō eſt alia ſilitudo ab eſſentia. ḡ qcq̄d
eſt in deo eſt deus. ḡ cū angeli deū videant vidēt eū per
eſſentiā ſuam. ¶ Prete. Angeli beati hoc modo vident
4 deū. ſicut nobis ꝓmittiť in ſtatu beatitudinis. ſʒ nos vi
debimus deū p eſſentiā. vt p ʒ p illud ṗma Joan. iij. vi
debimus eū ſicuti eſt. ḡ ⁊ angeli vidēt deū p eſſentiam
5 ¶ Prete. Intellectus eſt fortior in ꝯgnoſcēdo q̄ʒ affe-
ctus in diligendo. vñ dť Aug⁹. precedit intellectus ſeq̄
tur tardus aut nullus affectus. ſʒ angeli diligūt diuinā
Rſ°. eſſentiam. ḡ multomagis vidēt eam. ¶ Reſpōſio dōm.
Error ꝙ circa hanc q̄ſtionē. q̄dam errauerūt dicētes deū p eēn
q̄rūdā tiam a nullo vnq̄ʒ intellectu creato videri poſſe. attēden-
tes diſtātiā q̄ eſt inter intellectū creatū ⁊ diuinā eſſentiā
Reprobať Sʒ hec poſitio ſuſtineri nō pt. cū ſit heretica Cōſtat em̄
ꝙ cuiuſlibet intellectualis creature beatitudo ꝯſiſtit i ſua
pfectiſſima operatiōe. illud aūt qḋ eſt ſupmū in qualibʒ
creatura rōali eſt intellect⁹. vñ optet ꝙ beatitudo cuiuſ-
libet creature rōnalis in nobiliſſima viſione intellect⁹ cō
ſiſtat. nobilitas aūt intellectiue viſionis eſt ex nobilitate
intellecti. ſicut etiā dť phs. x. ethicoꝝ. ꝙ pfectiſſima ope
ratio viſus. eſt viſus bñ diſpoſit⁹ ad pulcerrimū eoruʒ q̄
cadūt ſub viſu. Si igiť creatura rōnalis in ſua pfectiſſi
ma viſione nō pueniet ad vidēdū diuinā eſſentiā. beatitu
do eius nō eſſet ipſe deus. ſʒ aliq̄d ſub deo. qḋ eſſe nō pt
q: vltima pfectio cuiuſlibet rei eſt qñ ptingit ad ſuuʒ ṗn
cipiū. ipſe aūt deus oīes creaturas rōales imediate cō-
didit. vt fides noſtra tenet Unde oportet ſm fidē dice-
re ꝙ rōnalis creatura q̄ ad beatitudinē puenit deuʒ per
eſſentiam videat. ſed oportet intelligere q̄s ſit mod⁹ vi
dendi deū p eſſentiā. In oīni ſiquidem viſione oportet
ponere aliq̄d quo vidēs viſuʒ videat. et hoc eſt vel eſſen
tia ipſius viſi. ſicut cū deus ꝯgnoſcit ſeipſuʒ. vel ſilitudo
eius. ſicut homo videt lapidē. ⁊ hoc ideo. q: ex intelligē-
te ⁊ intelligibili oportet aliquo modo fieri vnū in intelli
gendo Nō aūt pōt dici. ꝙ eēntia dei videatur ab aliquo
intellectu creato p aliquā ſimilitudinē. in oīni em̄ ꝯgniti
one q̄ eſt p ſilitudinē modus ꝯgnitōnis eſt ſm ꝯuenien
tiaʒ ſilitudinis. ad illud cui⁹ eſt ſilitudo Et dico ꝯueniē-
tiam ſm repreſentatōnem. ſicut ſpēs in aīa cōuenit cū re
q̄ eſt extra aīam. nō ſm eſſe naturale. ⁊ ideo ſi ſilitudo de
ficiat a repñtatōne ſpēi. nō aūt a repñtatōne generis co-
gnoſcetur res illa. ſm rōnem generis. nō ſm rōem ſpēi.
Si aūt etiam deficeret a repreſentatōne generis, repre-
ſentaret aūt ſm ꝯuenientiā analogie tm̄. tūc etiā nec ſm
rōnem generꝫ ꝯgnoſcereť. ſicut ſi cognoſcerē ſubſtātiā p
ſilitudinē accñtis. oīnis aūt ſilitudo diuine eſſentie in in-
tellectu recepta nō pōt habere aliquā ꝯuenientiā cū eſſen
tia diuina. niſi analogice tm̄. ⁊ ideo ꝯgnitio q̄ eſſet p talē
ſilitudinē nō eſſet ipſius dei p eſſentiā. ſʒ multo ipfectior
q̄ʒ ſi ꝯgnoſcereť ſubſtātia p ſimilitudinē accñtꝫ Et ideo
illi q̄ dicebant ꝙ deus p eēntiam nō videť. dicebāt ꝙ vi
debiť q̄dam fulgor diuine eēntie. intelligētes p fulgoreʒ
illam ſimilitudinē lucis increate. p quā deū videri pone
bant. deficiente tamē a repñtatōe diuine eēntie. ſicut de-
ficit lux recepta in pupilla a claritate q̄ eſt in ſole. vñ non
pōt defigi acies vidētis in ipſaʒ ſolis claritatē. ſed videt
inſpiciēs q̄ſdā fulgores Reſtat ergo vt illud quo intelle
ctus creatus deum p eſſentiam videt. ſit diuina eſſentia

Non aūt oportet ꝙ ipſa diuina eēntia fiat forma ipſius
intellect⁹. ſʒ ꝙ ſe habeat ad ipm vt forma. vt ſicut ex for-
ma q̄ eſt pars rei ⁊ materia efficitur vnū ens actu. ita li
cet diſſimili mō ex eſſentia diuina et intellectu creato fit
vnū in intelligendo. dū intellectus intelligit ⁊ eēntia di-
uina p ſeipaʒ intelligiť. Qualiter aūt eēntia ſeparata poſ
ſet ꝯiungi intellectui vt forma. ſic oſtēdit Cōmē. in iij. de
aīa. q̄ñcūq̄ʒ in aliquo receptibili recipiūtur duo. quoruʒ
vnū eſt altero pfectius. ꝓportio pfectioris ad min⁹ pfe-
ctum eſt ſicut ꝓportio forme ad ſuum pfectibile. ſicut lux
eſt pfectio coloris cū ambo recipiuntur in dyaphano. et
ideo cū intellectus creatus q̄ ineſt ſubſtātie create ſit im
pfectior diuina eēntia in eo exiſtēte ꝯpabiť diuina eēntia
ad illum intellectum. quodāmodo vt forma Et hui⁹ exē
plum aliquale in reb⁹ naturalib⁹ inueniri poteſt. res em̄ p
ſe ſubſiſtēs non poteſt eē alicuius materie forma. ſi in ea
aliq̄d de materia inueniatur. ſicut lapis non pōt eſſe ali-
cuius materie forma. ſʒ res per ſe ſubſiſtēs q̄ materia ca-
ret. pōt eē forma materie. ſicut de aīa patet. et ſimiliter q̄
dāmodo eſſentia diuina q̄ eſt actus purus. q̄uis habeat
eſſe diſtinctū omnino ab intellectu. efficiť tamē ei vt for
ma intelligēdo. et ideo dicit magiſter in ſcd̄a diſtinctōne
ſcd̄i libri. ꝙ vnio corporis ad aīam rōnalē eſt qḋdā exē-
plum beate vnionis ad deum ſpūs rōnalis
¶ Ad primum ergo cum diciť. hoc videť vt eſt. pōt in
telligi dupl'r. vno modo vt modus quo res viſa ē cadat Ad 1.
ſub viſione. hoc eſt dictu vt videať in re ipſa viſa ipe mo
dus vt res eſt. et hoc modo deus vt eſt ab angelis vide
tur. et videbitur a beatis. quia videbūt eēntiam ei⁹ ha-
bere illū modū quē hʒ. ⁊ ſic itelligiť qḋ habeť ṗma Joā.
iij. Uidebimus eum ſicuti eſt. Alio modo poteſt intel
ligi vt modus predictus informet viſionē vidētis. vt ſcʒ
talis ſit modus ipſius q̄lis eſt modus eēntie rei viſe. et
ſic a nullo intellectu creato poteſt deus videri. q̄a impoſ
ſibile ē vt modus viſionis intellectus creati ita ſublimis
ſit. ſicut modus quo deus eſt. ⁊ hoc modo intelligēdum
eſt ꝟbum Criſoſto. ¶ Et ſiliter dōm eſt ad ſcd̄m ⁊ ad Ad.2.et.3.
terciū ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ forma qua intellectus vidētis Ad 4
deum p eſſentiam videt deū eſt ipſa eēntia diuina. nec tñ
ſequiť ꝙ ſit forma q̄ ē p s rei in eēndo. ſʒ ꝙ habeat h̄ mō
in intelligendo ſicut forma que eſt pars rei in eſſendo
¶ Ad. v. dōm. ꝙ ad ꝯgnitōnem non req̄ritur aſſimila- Ad 5
tio. niſi propter hoc vt ꝯgnoſcēs aliquo modo cognito
vniatur. pfectior aūt eſt vnio qua vnitur ipſa res p eſſen
tiam ſuam intellectui. q̄ʒ ſi vniret p ſimilitudinē ſuā. ⁊ iō
q̄a eēntia diuina vniť intellectui angeli vt forma. nō req̄-
ritur ꝙ ad eam ꝯgnoſcēdam aliq̄ eius ſilitudine infor-
metur qua mediāte ꝯgnoſcat ¶ Ad vi. dōm ꝙ ꝓportio Ad 6
ꝓprie loquēdo nihil ē aliud q̄ʒ habitudo q̄ʒtitatꝫ ad q̄ʒti
tatē. ſicut ꝙ eq̄lis ſit vna alteri vel tripla. ⁊ exinde trāſ-
latum eſt nomē ꝓportōnis. vt habitudo cuiuſlibet rei ad
rem alterā ꝓportio noīeť. ſicut dr̄ materia eſſe ꝓportōna-
ta forme inq̄ʒtum ſe habet ad formā. vt materia eius. nō
ꝯſiderata aliq̄ habitudine q̄ʒtitatꝫ. ⁊ ſiliter intellect⁹ cre
atus eſt ꝓportionatus ad diuinā eſſentiā vidēdā. inq̄ʒtū
ſe hʒ ad ipam quodāmō vt ad formā intelligibilē q̄ʒuis
ſm q̄ʒtitatē ꝟtutꝫ nulla poſſit eē ꝓportio ꝓpter diſtan-
tiā īfinitā ¶ Ad. vij. dō3. ꝙ illa autoritas Dyo. ⁊ Damī Ad.7.
intelligēda eſt de viſione vie q̄ intellect⁹ viatoris videt
deū p aliā formā. q: illa forma deficit a repñtatōe diuine
eſſentie. ⁊ ideo p eam nō pōt videri. ſʒ tantū ꝯgnoſciť ꝙ
deus eſt ſup illud qḋ de ipo intellectui repſentať. Unde

illud quod eſt remanet occultum. ⁊ hic eſt modus nobi
liſſimus cognitōnis ad quē p̱uenire poſſumus in via et
ideo non ꝯgnoſcimus q̄d eſt ſed q̄d non eſt. ſ; ip̄a diui-
na eſſentia ſufficienter rep̄ſentat ſeipam. ⁊ iō q̄ñ ſic intel-
lectui fit vt forma. de ip̄o deo videt̄ nō ſolū q̄d nō eſt. ſed
etiam q̄d eſt ¶ Ad viij. dōm ꝙ claritas diuina intellectū
Ad 8. viatoris excedit q̄ꝫtum ad duo. excedit eñ ip̄am ꝟtutē
intellectiuā. ⁊ ex hoc ſequit̄ ꝙ nō ſit tanta p̱fectio viſio-
nis noſtre quāta eſt p̱fectio eſſentie ſue. q2 efficacia actio
nis menſurat̄ ſm ꝟtutem agentis. excedit etiam formā
qua intellectus noſter nūc intelligit. ⁊ ideo deus nunc p̱
eſſentiā nō videtur. vt ex dictis patet Sz in viſione bea
ta deus excedit quidē virtutē intellectus noſtri creati.
vnde nō ita perfecte videbitur ſicut perfecte eſt. non aūt
excedit formā qua videbitur. ſcz eſſentiam ſuam. ⁊ ideo
ip̄m q̄d eſt deus videbitur ¶ Ad. ix. dōm ꝙ rō Dyoni
Ad 9 ſij p̱cedit de ꝯgnitione vie. q̄ eſt ſm formā exiſtētiū crea
torū. ⁊ ideo nō poteſt p̱tingere ad illud q̄d eſt ſup̱exiſtēs
hoc aūt non erit in viſione patrie. et iō ratio eius nō ē ad
p̱poſitum ¶ Ad. x. dōm. ꝙ illa autoritas Dyoni. eſt in-
Ad io. telligenda de viſione vie qua cognoſcitur deus p̱ aliquā
formā creatā. ⁊ hoc ratōne iam dicta ¶ Ad xi. dōm. ꝙ iō
Ad. ii. oportet eſſe maiorem efficaciam viſus ad hoc ꝙ a remo
tiori videatur. q2a potentia paſſiua eſt viſus Potētia aūt
paſſiua q̄ꝫto eſt p̱fectior tanto magis pōt moueri a mino
ri. ſicut ecōuerſo potētia actiua q̄nto eſt p̱fectior tāto ma
gis pōt mouere Quāto eñ eſt magis calefactibile. tāto
a minori calefit. quāto eñ aliq̄d a remotiori videt̄. tāto
ſub minori angulo videt̄. ⁊ ideo minus eſt q̄d ad viſum
de viſibili p̱uenit. ſed ſi equalis forma veniret a p̱pinq̄
et remoto nō mag̱ videret̄ p̱pinquū q̄ꝫ remotū. ip̄e aūt
deus. q̄ꝫuis in infinitum diſtet ab intellectu angelico. ta-
men tota ſua eſſentia intellectui ꝯiungit̄. ⁊ ideo non eſt
Ad ii. ſimile ¶ Ad. xij. dōm. ꝙ duplex eſt iudiciū. vnū quo iu
dicamus qualiter eſſe res debeat. et hoc non eſt niſi ſupe
rioris de inferiori. Aliud eſt quo iudicatur q̄liter res ſit.
et hoc iudicium poteſt eſſe ⁊ de ſup̱iori ⁊ de equali. non
eñ minus poſſum iudicare de rege an ſtat an ſedeat q̄ꝫ
Ad i3. de ruſtico. ⁊ tale iudicium eſt in ꝯgnitiōe ¶ Ad xiij. dōz
ꝙ iudiciū nō eſt actio. q̄ egrediat̄ ab agente in rē exterio-
rem q̄ p̱ eam trāſmutet̄. ſ; eſt operatio quedā in ip̄o ope
rante exiſtēs. vt p̱fectio ipſius. Et ideo nō oportet ꝙ id
de quo iudicat intellectus vel ſenſus ſit vt paſſuz. q̄ꝫuis
p̱ modū paſſi ſignificet̄. imo magis ſenſibile ⁊ intelligi-
bile. de quo eſt iudicium ſe habet ad intellectū ⁊ ſenſum.
vt agēs in q̄ꝫtū ſentire ⁊ intelligere pati q̄dā eſt ¶ Ad
Ad i4. xiiij. dōm. ꝙ intellectus creatus nō p̱tingit ad eſſentiam
diuinā. vt ſit eiuſdē nature cū ea. p̱tingit tamē ad ip̄ſam
vt ad formam intelligibilem

## SEcūdo querit̄. vtruz

intellectus angeli vel hominis beati eſſentiam
.i. diuinam ꝯp̄rehēdat Et videt̄ ꝙ ſic. ſimplex eñ ſi videt̄
totum videtur. ſed eſſentia diuina eſt ſimplex. ergo cum
angelus beatus eā videat totam videt. ⁊ ſic ꝯp̄hendit.
Solō ¶ Sed diceres ꝙ licet videat̄ tota. nō tamē totaliter.
¶ Sz ꝯtra. totaliter dt̄ quēdam modum. ſ; oīnis mo-
2 dus diuine eſſentie eſt ip̄amet diuina eſſentia. ḡ ſi videbi
tur ipſa eſſentia tota. videbit̄ totaliter. ¶ Pr̄ete. Effica-
3 cia actionis mēſuratur ſm formam q̄ eſt p̄ncipiū agēdi
ex p̄te ipſius agētis. ſicut de calore ⁊ calefactione patet.

ſed forma qua intellectus intelligit eſt p̄ncipiuz intelle-
ctualis viſionis. ḡ tanta erit efficacia intellectus vidēt̄
deum q̄nta eſt p̱fectio eſſentie diuine. ergo comprehēdet
ipſam ¶ Pr̄ete. Sicut per demonſtrationē ſcire ē p̱fectiſ 4
ſimus modus ꝯgnoſcēdi ꝯplexa. ita ſcire q̄d quid ē. eſt
p̱fectiſſimus modus cognoſcēdi incōplexa. ſ; oīne com
plexum quod ſcitur p̱ demonſtrationē ꝯp̄hendit̄. ḡ oīne
id de quo ſcitur q̄d eſt ꝯp̄hēditur. ſ; illi q̄ vident deuz p̱
eēntiam ſciunt de deo q̄d eſt. cum nihil aliud ſit ſcire q̄d
eſt q̄ꝫ ſcire eſſentiam rei. ḡ ꝯp̄rehendunt angeli diuinam
eēntiā ¶ Pr̄ete. Philippen. iij. dr̄ ſequor aūt ſi q̄uo ꝯp̄re 5
hēdam ſicut ⁊ ꝯp̄henſus ſum. ſed deus perfecte ꝯp̄hen
dit apoſtolū. ergo ap̄lus ad hoc tendebat ꝙ perfecte cō-
p̄rehenderet deum ¶ Pr̄ete. Gloſa ibidē dt̄. vt ꝯp̄hen- 9
dam. id eſt vt ꝯgnoſcam q̄ ſit imenſitas dei que omnem
intellectum excedit. ſ; non eſt incōp̄rehēſibilis niſi rōne
imēſitatis. ḡ beati p̱fecte ꝯp̄hēdunt diuinam eſſentiam.
¶ Sz ꝯtra eſt q̄d Ambro. dt̄ ſup̱ Luc. eam q̄ in deo ha Cōtra
bitat plenitudinē bonitatis nemo conſpexit nemo men
te aut oculis ꝯp̄hēdit. ¶ Pr̄ete. Scdm Aug°. in eo. li.
Illud ꝯp̄henditur cuius fines circūſpici p̄nt. ſ; de deo
hoc eſt impoſſibile. cū ſit infinitus. ḡ non pōt ꝯp̄hendi.
¶ Pr̄ete. Auguſti. dt̄ in libro de iudicio dñi. dei plenitu
dinē. nō ſolū oculis corporis. ſ; nec mēte aliq̄s ꝯp̄rehēdit
¶ Reſponſio dōm. ꝙ illud dicitur p̱prie ꝯp̄hēdi ab ali Rſº.
quo. quod ab eo includitur. dicit̄ eñ ꝯp̄hēdere q̄ñ ſimul
ex omib; p̄tibus ꝯp̄rehēdere poteſt. quod eſt vndiq; in
cluſum habere. q̄d aūt includitur ab aliquo non excedit
includēs. ſ; minus eſt includēte vel ſaltē equale. hec aūt
ad q̄ntitatē pertinet. Unde ſm duplicē q̄ꝫtitatē eſt du-
plex modus comp̄henſionis. ſcz ſm q̄ꝫtitatē dimēſiuaz
et virtualem. ſm dimēſiuam quidē. vt dolium ꝯp̄hēdit
vinū. Scdm ꝟtutē aūt. vt materia dicitur cōp̄rehēdere
formam q̄ñ nihil materie remanet ip̱fectū a forma. ⁊ per
hunc modum dicitur aliqua vis cognitiua app̄rehēdere
ſuum cognitum in q̄ꝫtum ſcz cognitum p̱fecte ſubſtat co
gnitioni eius. tunc autē a comp̄rehēſione deficit quando
ꝯgnitū cognitionē excedit. Hic aūt exceſſus diuerſimo-
de in diuerſis potētijs conſiderādus eſt. In potētijs eñ
ſenſitiuis obiectum comparatur ad potētiam. non ſoluz
ſm q̄ꝫtitatem virtualem. ſ; etiam ſm q̄ꝫtitatē dimēſiuā
eo ꝙ ſenſibilia mouēt ſenſuz. vtpote in magnitudine ex-
iſtentem. nō ſolum ex vi q̄ꝫtitatis p̱prioꝝ ſenſibilium. ſ;
etiam ſm q̄ꝫtitatē dimēſiuam. vt patz de ſenſib; cōmuni
bus. Un ꝯp̄hēſio ſenſus pōt impediri dupliciter. vno°
ex exceſſu ſenſibilis ſm virtualem q̄ꝫtitatē. ſicut impedit̄
oculus a ꝯp̄rehēſione ſolis. quia virtus claritatis ſolis
que eſt viſibilis excedit proportionē virtutis viſiue que
eſt in oculo Alio modo propter exceſſum q̄ꝫtitatis di-
mēſiue. ſicut impeditur oculus ne ꝯp̄rehēdat totā molē
terre. ſed p̄tē eius videt ⁊ p̄tē non. quod in p̄mo impedi
mēto non accidebat. ſimul eñ oēs ſolis p̄tes videtur a
nobis. ſ; nulla earum p̱fecte ſicut viſibilis eſt. ad intelle-
ctum autē comparatur intelligibile. p̱ accidēs quidē etiā
ſm q̄ꝫtitatē dimēſiuam vel naturalē. in q̄ꝫtum intellect⁹
a ſenſu accipit. vnde etiam intellectus noſter impeditur
a comp̄rehenſiōe infiniti ſm q̄ꝫtitatē dimenſiuam. ita vt
aliquid eius eſt in intellectu ⁊ aliquid extra intellectum
per ſe autem nō comparatur ad intellectum aliquid ex-
tra intellectum intelligentem ſm quātitatē dimēſiuam
cum intellectus ſit ꝟtus non vtens organo corporali. ſ;
per ſe cōparatur ad ipſum ſolum ſm ꝟtualē quātitatē

et ideo in his q̄ p ſe intelligūt ſine ꝯiunctione ad ſenſum
nō impeditur comprehenſio intellectus niſi per exceſſum
quantitatis virtualis. quando ſcꝫ id qđ intelligitur habꝫ
modū intelligendi perfectiorem q̄ꝫ ſit modus quo intel-
lectus intelligit. Sicut ſi aliquis cognoſcat hanc ꝯcluſio
nem. triangulus habet tres angulos equales duobꝫ re-
ctis. per ꝓbabilem rōnem. vtpote per autoritatem. vel
q: ita ꝯmuniter dr. non cōprehendit ipſam. non q vnam
partē eius ignoret alia ſcita. ſed q: illa ꝯcluſio eſt ſcibilis
p demonſtrationem. ad quam cognoſcens nondum ꝑue
nit. ⁊ ideo nō ꝯprehendit ipſam. q: nō ſtat ꝑfecte ſub co-
gnitione eius. Coſtat aūt q in intellectu angeli precipue
q̄ꝫtum ad viſionem diuinam nō habꝫ locum quātitas di
menſiua. et ideo ꝯſideranda eſt ibi equalitas vel exceſſus
ſm quātitatem virtualem tm̄. virtus eñ diuine eſſentie
que eſt intelligibilis excedit intellectum angelicū ⁊ om
nem intellectū creatū ſm hoc qđ eſt cognoſcitiuus. veri-
tas eñ diuine eſſentie qua cognoſcibilis eſt excedit lumē
cuiuſlibet intellectus creati quo cognoſcitiuus eſt. ⁊ ideo
impoſſibile eſt q aliquis intellectus creatus diuinā eſſen
tiam ꝯprehendat. nō q: partem aliquam eius ignoret. ſꝫ
q: ad ꝑfectum modū cognitionis ꝑtingere nō poteſt
Ad .j. ¶ Ad pmū ergo dōm. q diuina eſſentia ab angelo tota
videtur. q: nihil eius eſt nō viſum ab eo. vt ſic ly totū ex-
ponatur ꝑuatiue. nō p poſitōem partiū. nō tamen ꝑfecte
Ad 2 videt. ⁊ ideo nō ſeqtur q eam ꝯprehendat ¶ Ad ſecū-
Triplex mod⁹ viſionis. p⁹ duꝫ dōm. q in viſione qualibet triplex modus viſionis cō
ſiderari poteſt. Primus modus ipſius videntis abſolu-
te qui eſt menſura capacitatis eius. ⁊ ſic intellectus ange
li totaliter videt deum. hoc eſt dictu. totam vim intelle-
Scđs ctus ſui adhibet ad videndū deum. Alius modus eſt ipi
us rei viſe. et hic modus nihil eſt aliud q̄ꝫ qualitas rei. cū
aūt in deo nō aliud ſit qualitas q̄ꝫ ſubſtantia. mod⁹ eius
eſt eſſentia. ⁊ ſic totaliter vident deum. q: vident totū
Tercius modū dei eodem mō quo totam eſſentiam. Terci⁹ mo-
dus eſt ipſius viſionis que eſt mediū inter videntē ⁊ rem
viſam. ⁊ ideo dr modū videntis p ꝯparatōnem ad rem
viſam. Et tūc dicit̄ aliquis alterum videre totaliter qñ
ſcꝫ viſio habet modū totalē. et hoc eſt quādo ꝑfectus eſt
modus viſionis. ſicut eſt modus viſibilitatis ipſius rei.
et hoc modo non totaliter videtur diuina eſſentia. vt ex
dictis patꝫ. ſicut qui ſcit ꝓpoſitōem eſſe demonſtrabilem
cuius demonſtratōem ignorat. ſcit q̄dem totū modū co
gnitionis eius. ſed neſcit eam ſm totū modū quo cogno-
Ad 3 ſcibilis eſt ¶ Ad terciū dōm. q rō illa ꝓcedit quādo for
ma que eſt ꝑncipiū actionis agenti ꝯiūgitur ſm totū mo
dum ſuū. qđ neceſſe eſt in oībꝫ formis non ſubſiſtentibꝫ.
quarū eſſe eſt inelle. ſed diuina eſſentia q̄ꝫuis quodāmo
do ſit vt forma intellectus. nō tamē capitur ab intellectu
niſi ſm modū intellectus recipientis. ⁊ q: actio nō eſt tm̄
forme ſed etiam agentis. ideo nō poteſt eſſe ita ꝑfecte ac-
tio ſicut eſt ꝑfecta forma. que eſt ꝑncipium actionis. cū
Ad 4 ſit defectus ex parte agētis ¶ Ad .iiij. dōm. q res ꝯpre-
henditur cuius definitio cognoſcit̄. ſi tñ ipſa definitio cō-
prehendat̄. ſed ſicut poſſibile eſt cognoſcere rem ſine com
prehenſione. ita ⁊ definitōnem ipſius. ⁊ ſic res ipſa rema-
net incōprehenſa. Angelus aūt q̄ꝫuis videat aliquo mo-
Ad 5 do quid eſt deus. nō tñ hoc comprehendit ¶ Ad q̄ntū
dōm. q viſio dei p eſſentiā pt dici cōprehenſio in ꝯpara-
tione ad viſionem vie que ad eſſentiā nō pertingit. nō tñ
eſt ꝯprehenſio ſimpliciter. rōne iam dicta. et ideo cū dicit̄
ꝯprehendam ſicut ⁊ c̄. ly ſicut noīat cōparationem ſilitu-
dinis. nō equalitatis ¶ Ad ſextū dōm. q ipſa immēſitas
dei videbitur. ſed nō videbit̄ immenſe. videbit̄ eñ totus Ad 6
modus. ſed nō totaliter. vt dictū eſt.

# Tercio queritur. vtꝝ

angelus ex ꝓprijs naturalibꝫ potuerit ꝑtingere
ad videndum deū p eſſentiam. Et videtur q ſic. q: ſm .j.
Augu^ni. ſup geñ. ad litterā. angeli in ꝑncipio ſue ꝯditio-
nis in quo ſtatu fuerūt in naturalibꝫ tm̄. vt multi dicunt
viderūt creaturas fiendas in verbo. ſed hoc eſſe nō po-
tuiſſet niſi vidiſſent verbuꝫ. ergo p naturalia pura intel
lectus angeli vidit deū p eſſentiam. ¶ Pre. Qđ pt mi- 2
nus intelligere pt ⁊ maius intelligere. ſed eſſentia diuina
eſt maxime intelligibilis. cū ſit maxime a materia immu
nis. ex quo ꝯtingit aliquid eſſe intelligibile actu. cū tñ in-
tellect⁹ angeli naturali cognitiōe poſſit alia intelligibilia
cognoſcere. multo forti⁹ pt itelligere ex naturalibꝫ puris
diuinā eēntiā ¶ Sꝫ diceres q licet diuina eēntia ſit in ſe
maxie itelligibil. ñ tñ ē maxie itelligibil̄ itellectui āgelico
¶ Sed ꝯtra. eius qđ eſt magis viſibile in ſe non eſt ma- 3
gis viſibile nobis. cauſa eſt defectus noſtri viſus. ſꝫ in in-
tellectu angeli nō eſt aliquis defectus. cū angelus ſit ſpe-
culū purū incōtaminatū. vt dr Dyo. in ca. iiij de diui. no.
ergo illud qđ eſt magis intelligibile in ſe. magis eſt intel-
ligibile angelo. ¶ Pre. Cōmen. dicit in tercio de aīa. q 4
intellectus qui eſt penitus ſeparatus a materia ſequitur
hoc argumentū qđ Themiſtius faciebat. hoc eſt magis
intelligibile. ergo magis intelligitur. ſed intellectus ange
li eſt hmōi. ergo in eo predictum argumentū ſequitur
¶ Pre. Excellens viſibile ꝓpter hoc eſt viſibile minus 5
viſui noſtro. q: corrumpit viſum noſtruꝫ. ſed excellens in
telligibile nō corrūpit intellectū. ſed cōfortat. ergo illud
qđ eſt magis in ſe intelligibile magis ab intellectu intelli
gitur ¶ Pre. Sꝫ^m Augu^ni. fides q: ꝑſens eſt p eſſenti- 6
am in anima videt̄ in anima p ſui eſſentiā. ſed deus p ſuā
eſſentiam ꝑſentialiter eſt in aīa. ⁊ ſimiliter in angelo. ⁊ ita
in qualibet creatura. ergo angelus deū p eſſentiam ſuam
in puris naturalibꝫ videre poterit ¶ Pre. Videre deū 7
per eſſentiā eſt actus intellectus. ſed gratia eſt in affectu.
ergo gratia nō requirit̄ ad videndū deum p eſſentiam. et
ita ſm naturalia tm̄ ad hanc viſionem ꝑuenire potuerūt
¶ Pre. Sꝫ^m Aug^ni. x. ꝯfeſ. tripliciter eſt aliquid pre- 8
ſens in anima. p vniōnē. p notionem. p ꝑſentiam eſſentie
ſue. ſi ergo illa diuiſio ꝯueniens eſſet. oporteret hec oppo
ſita eſſe. ⁊ ita cum deus ſit ꝑſens intellectui angelico. per
eſſentiam. nō erit ei ꝑſens p ſimilitudinem. ⁊ ita non po-
teſt deus p ſimilitudinem ab angelo videri. ſi ergo ex na
turalibꝫ puris poſſet euꝫ cognoſcere. aliquo mō videtur
q cognoſcit eum p eſſentiā naturaliter. ¶ Pre. Si vi- 9
detur aliquid in ſpeculo materiali. oportꝫ q ipſuꝫ ſpecu
lum videat̄. ſed angeli in ſtatu ſue cognitōis viderūt res
in verbo quaſi in quodā ſpeculo. ergo viderunt verbum
¶ Sꝫ diceres. q angeli non fuerūt creati in puris natu-
ralibꝫ. ſed cū gratia gratū faciente. vel cum gratia gratis
data ¶ Sed ꝯtra. ſicut lumē nature deficit a lumine glo 10
rie. ita etiam lumen gratie gratis date vel gratū faciētis
ſi ergo exiſtētes in gratia gratis data vel gratum faciēte
potuerūt videre deū p eſſentiam. pari rōne ⁊ in ſtatu na-
turalium exiſtentes ¶ Pre. Res nō vident̄ niſi vbi ſunt 11
ſed ante ꝯditōem rerū res non erant niſi in verbo. ergo
cū angeli res fiendas cognouerūt. in verbo eas cognoue

runt.⁊ ita viderũt ꝟbum ¶ P̄re. Natura nõ deficit in
12 necc̃arijs.ſed attingere finẽ maxime eſt de necc̃arijs nature
ergo vnicuiqꝫ nature ꝓuiſum eſt vt poſſit ꝑtingere ad fi
nem ſuũ.ſed finis ꝑ quem eſt rõnalis creatura eſt videre
deum ꝑ eſſentiã.ergo rõnalis creatura ex naturalibꝫ pu-
13 ris p̄t ad hanc viſionem ꝑuenire ¶ P̄re. Superiores po
tentie ſunt ꝑfectiores inferioribꝫ . ſed inferiores potentie
ꝑ ſuam naturã poſſunt in ſua obiecta.ſicut ſenſus in ſenſi
bilia.⁊ imaginatio in ſua imaginabilia.cũ ergo obiectuꝫ
intelligẽtie ſit deus.vt d̃r in libro de ſpũ ⁊ aĩa. videtur ꝙ
ꝑ naturalia poſſit deus videri ab intelligentia angelica.
¶ Sed diceres.ꝙ nõ eſt ſiꝉe.q2 obiecta aliaꝝ potentiaꝝ
nõ excedũt ſuas potentias.ſed deus excedit omnẽ intel
14 ligentiã creatam. ¶ Sed ↄtra.q̃ꝫtũcũqꝫ ꝑficiatur intel-
ligentia creata lumine glorie ſemꝑ deus in infinitũ ipſaꝫ
excedit.ſi ergo ille exceſſus impedit viſionem dei ꝑ eſſen
tiam.nũqꝫ intellectus creatus poterit peruenire in ſtatu
glorie ad videndũ deũ ꝑ eſſentiã.qḋ eſt abſurdũ ¶ P̄re.
15 in libro de ſpũ ⁊ aĩa d̃r ꝙ aĩa eſt ſimilitudo totius ſapien
tie.⁊ eadem rõne angelus.ſed res naturaliter cognoſcũ-
tur ꝑ ſuam ſiſitudinem.ergo naturaliter angelus cogno
ſcit ea de quibꝫ eſt ſapientia.ſed ſapientia eſt de diuinis.vt
Aug9.d̃r.ergo angelus naturaliter ꝑuenit ad videnduꝫ
16 deũ ꝑ eĩntiã ¶ P̄re. Ad hoc ꝙ intellectus creatus vide
at deũ ꝑ eſſentiã nõ req̇rit̃ niſi ꝙ intellectus deo ↄforme
tur.ſed intellectus angeli ꝑ naturam ſuam eſt deiformis
ergo ex naturalibꝫ ꝓprijs p̄t videre deum ꝑ eſſentiam
17 ¶ P̄re. Omnis cognitio dei vel eſt ſicut in ſpeculo vel ẽ
per eſſentiã.vt patꝫ ꝑ hoc qḋ habet̃.i. Cor.xiij. videm9
nũc ⁊c.ſed angeli in naturalibꝫ ſuis exiſtentes nõ cogno-
uerũt deum ſicut in ſpeculo.q2 vt d̃t Aug9. ex quo creati
ſunt.eterna verbi dei viſione ꝑfruũtur.nõ inuiſibilia dei
ꝑ ea que facta ſunt ↄſpicientes.qḋ eſt in ſpeculo videre.
ergo angeli naturaliter vident deũ ꝑ eſſentiam ¶ P̄re.
18 Illud imediate videt̃ de quo cogitamus non cogitando
de aliquo altero.ſed angelus naturali cognitõe p̄t cogita
re de deo ſine hoc ꝙ cogitet de aliqua creatura .ergo po-
19 teſt videre imediate deũ.qḋ eſt ꝑ eſſentiã videre ¶ P̄re
Aug9.d̃t. ꝙ ea que ſunt eſſentialiter in anima cognoſcũ-
tur ab ea ꝑ eſſentiaꝫ.ſed diuina eſſentia ſic eſt in aĩa.g̃ ⁊c̃
¶ P̄re. Illud qḋ nõ videt̃ ꝑ eſſentiã videt̃ ꝑ ſpẽm ſi vide
20 tur.ſed diuina eſſentia nõ p̄t videri ꝑ ſpeciem. q2 ſpẽs eſt
ſimplicior eo cuius eſt .cũ ergo naturaliter deus cogno-
ſcatur ab angelo ꝑ eſſentiã cognoſcit̃ ab eo.
Cõtra ¶ Sed ↄtra. Videre deũ ꝑ eſſentiam eſt vita eterna
vt pꝫ Ioh.xvij.hec eſt vita eterna ⁊c.ſed ad vitam eter-
nam non p̄t perueniri ꝑ pura naturalia. Roma.vi.gratia
aũt dei vita eterna.ergo nec ad viſionem dei per eſſentiã.
¶ P̄re.Aug9 .dicit.ꝙ anima q̃ꝫuis ſit nata cognoſcere
deum.nõ tamen ad actum cognitionis perducitur niſi ꝑ-
fundatur diuino lumine.⁊ ſic ex naturalibus non poteſt
aliquis videre deum ꝑ eſſentiam ¶ P̄re. Natura non
tranſcendit limites ſuos.ſed eſſentia diuina excedit oẽm
naturam creatam.ergo naturali cognitione diuina eſſen-
tia videri nõ poteſt
R̄o ¶ Rñſio dõm.ꝙ ad hoc ꝙ deus per eſſentiam vide
atur.opoꝛꝫ ꝙ eſſentia diuina vniatur intellectui quodã
mõ vt forma intelligibilis.ꝑfectibile aũt non vnitur for-
me niſi poſtq̃ꝫ eſt in ipſo diſpoſitio que facit ꝑfectibile re-
ceptiuũ talis forme.q2 ꝓprius actus fit in ꝓpria potentia.
ſicut corpus nõ vnit̃ aĩe vt forme.niſi poſtq̃ꝫ fuerit organi
zatum ⁊ diſpoſituꝫ.vñ etiã opoꝛꝫ in intellectu eſſe aliquã
diſpõnem ꝑ quã efficitur ꝑfectibile tali forma.que eſt eĩn
tia diuina qḋ eſt aliquod intelligibile lumen.qḋ quidem
lumen ſi fuerit naturale ex naturalibus puris intellectus
videre deũ ꝑ eſſentiã poterit. Sed ꝙ ſit naturale eſt im-
poſſibile.ſemꝑ enĩ diſpoſitio vltima ad formam ⁊ forma
ſunt vnius ordinis.in hoc ꝙ ſi vnũ eſt naturale ⁊ reliquũ
Eſſentia aũt diuina nõ eſt naturalis forma intelligibilis
intellectus creati. Qḋ ſic patꝫ.actus enĩ ⁊ potentia ſunt
ſemꝑ vnius generis. vñ potẽtia in genere q̃ãtitatis nõ
recipit actũ in genere qualitatis. vñ forma naturalis in-
tellectus creati nõ p̄t eſſe niſi ſit illius generis in quo eſt
potentia creati intellectus.vnde forma ſenſibilis que eſt
alterius generis nõ p̄t eſſe forma ipſius .ſed forma imma
terialis tñ.q eſt generis ſui.ſicut aũt forma ſenſibilis eſt
infra genus intellectiue potentie create.ita eĩntia diuina
eſt ſupra ipam. vnde eĩntia diuina nõ eſt forma ad quaꝫ
ſe extendit naturalis facultas intellect9 creati Et ideo lu
men illud intelligibile ꝑ qḋ intellectus creatus fit in vlti
ma diſpõne vt ↄiũgatur eĩntie diuine vt forme intelligi-
bili nõ eſt naturale ſed ſupra naturã. ⁊ hoc eſt lumẽ glo-
rie.de quo in p̄s. In lumine tuo videbimus lumen. Na-
turalis igit̃ facultas cuiuſlibet intellectus determinat̃ ad
aliquã formaꝫ creatam intelligibilẽ.aliter tñ in hoĩe ⁊ in
angelo.in hoĩe ad formã intelligibilẽ a ſenſu abſtractã cũ
oĩnis eius cognitio a ſenſu oriatur. In angelo aũt ad for-
mam intelligibilẽ nõ a ſenſu abſtractam vel acceptã. ſed
p̄cipue ad formã que eſt eſſentia ſua. ⁊ ideo cognitio dei
ad quaꝫ angelus naturaliter ꝑuenire p̄t eſt vt cognoſcat
ipſum ꝑ ſubſtantiã angeli videntis. ⁊ ideo d̃r in libro de
cauſis.ꝙ intelligẽtia intelligit qḋ ẽ ſupra ꝑ modũ ſubſtã
tie ſue.q2 inq̃ꝫtum cauſata eſt a deo ſua ſubſtantia eſt ⁊ ſi
militudo q̃dam ſubſtantie diuine vel eĩntie. ſed cognitio
dei ad quã naturalr̃ hõ ꝑuenire p̄t .eſt vt cognoſcat ipm
ꝑ formam ſenſibilẽ q̄ lumine intellectus agẽtis eſt a ſenſi
bilibꝫ abſtracta. ⁊ ideo Roma.p̄o. ſuꝑ illud inuiſibilia ⁊c̃
d̃t glo.ꝙ hõ iuuabat̃ ad cognoſcẽdũ deũ ꝑ creaturas ſen-
ſibiles ꝑ lumen naturalis rõnis.cognitio aũt dei que eſt
ꝑ formã creatam nõ eſt viſio eius ꝑ eĩntiã. Et ideo neqꝫ
hõ neqꝫ angelus p̄t ꝑuenire ad deum videndũ ꝑ eĩntiã
ex naturalibꝫ puris
¶ Ad p̄mũ ergo dõm.ꝙ hoc qḋ d̃t Aug9.ꝙ angeli Ad .1.
viderũt res in ꝟbo p̄t intelligi non a p̄ncipio ↄditionis.
ſed ex tũc ex quo fuerũt beati. Uel dõm.ꝙ q̃ꝫuis ꝟbum
ꝑ eĩntiam nõ viderũt in ſtatu naturaliũ.viderunt tñ aliq̃
modo ꝑ ſimilitudinẽ in eis exiſtentẽ. ⁊ ex tali cognitione
potuerũt creaturas cognoſcere.quas tñ poſtmodum in
ꝟbo multo plenius cognouerũt q̃ñ ꝟbum ꝑ eĩntiam vi-
derũt.ſm̃ enĩ ꝙ cognoſcit̃ cauſa.cognoſcitur ꝑ ipam effe
ctus ¶ Ad.ij.dõm.ꝙ q̃ꝫuis eĩntia diuina ſit in ſe maxi- Ad 2
me cognoſcibilis.nõ tñ eſt maxime cognoſcibilis intelle-
ctui creato.q2 eſt extra genus ipſius. ¶ Ad terciũ dõm. Ad 3
ꝙ intellectus angelicus d̃r eſſe ſpeculũ purũ ⁊ incõtami-
natũ ⁊ ſine defectu.q2 nõ patit̃ defectũ intelligibilis lumi
nis ↄſiderata natura ſui generis.ſicut patitur intellect9
humanus in quo intelligibile lumen obumbrat̃ intantũ
vt neceſſe ſit a phantaſmatibꝫ accipe ⁊ cũ ↄtinuo ⁊ tẽpo-
re.⁊ diſcurrendo de vno in aliud Propter qḋ yſaac d̃t ꝙ
rõ oritur in vmbra intelligentie.⁊ ideo potentia intelle-
ctiua eius p̄t intelligere omnẽ formã intelligibilẽ createꝫ
que eſt ſui generis. Sed intellectus angelicus ↄparat9
ad eĩntiam diuinã q eſt extra genus ſuũ inuenit̃ defecti-
uus ⁊ tenebroſus.⁊ ideo deficit a viſione diuine eſſentie.

q̄uis ipſa ſit in ſe maxime intelligibilis ¶ Ad.iiij.dõm
Ad 4 q̄ verbum cõmen. intelligit̃ de cognitione intelligibiliũ cre
atoꝝ. nõ de cognitõe eſſentie increate. pro tanto eñ ſub/
ſtantia intelligibilis que in ſe maxime eſt intelligibilis ſic
fit nobis minus intelligibilis. q꞉ excedit formam a ſenſu
abſtractam quam naturaliter intelligimus. Et ſimiliter
multo amplius eẽntia diuina excedit formam intelligibi
lem creatam qua intellectus angeli intelligit. ⁊ ideo intel
lectus angeli minus intelligit eſſentiam diuinã. q̄uis ſit
magis intelligibilis. ⁊ intellectus noſter minus intelligit
eẽntiam angeli q̄uis ſit magis intelligibilis q̄ʒ res ſenſi/
Ad 5 bilis ¶ Ad.v.dõm. q̄ excellentia intelligibilis q̄uis nõ
corrũpat intellectum ſed ꝯfortet eum. tamẽ excedit quãqꝫ
repſentationeʒ forme qua intellectus intelligit. ⁊ ex hac
cauſa intelligibilis excellentia impedit intellectuʒ. ⁊ ſm
hoc verum eſt qð dr̃ in.ij.metaph. q̄ intellectus ſe hʒ ad
manifeſtiſſima nature. ſicut oculus noctue ad lumen ſo/
Ad 6 lis ¶ Ad.vi.dõm. q̄ gratia nõ requirit̃ ad videndũ deũ
ꝑ eſſentiaʒ quaſi immediata diſpoſitio ad viſionem. ſʒ q꞉
ꝑ gratiam homo meret̃ lumen glorie ſibi dari ꝑ qð deuʒ
in eſſentia videat ¶ Ad.vij.dõm. q̄ fides cognoſcit̃ per
Ad 7 eẽntiam ſuam inq̄ʒtum eẽntia ſua ꝯiungitur intellectui vt
forma intelligibilis ⁊ nõ alio modo. ſic aũt non ꝯiungitur
eſſentia diuina intellectui creato in ſtatu vie. ſed ſicut ſu/
Ad 8 ſtinens eum in eſſe ¶ Ad octauũ dõm. q̄ diuiſio illa non
eſt ꝑ oppoſitas res. ſed ꝑ oppoſitas rõnes. ⁊ ideo nihil ꝓ
hibet eſſe aliquid ꝑ eſſentiã vno mõ in anima. ⁊ alio mõ
ꝑ ſimilitudinẽ vel imaginem. in ipſa eñ aĩa eſt imago ⁊ ſi
Ad 9 militudo dei q̄uis in ipſa ſit deꝰ ꝑ eẽntiã ¶ Ad.ix.dõm
Ad 10 ſicut ad ꝑmũ. ¶ Ad.x.dõm q̄ nec gratia gratũ faciens
nec gratia gratis data ſufficit ad videndũ deũ ꝑ eẽntiaʒ
niſi ſit gratia ꝯſummata. que eſt lumen glorie ¶ Ad.xi.
Ad .ij dõm. q̄ res anteq̄ʒ in ꝓpria natura eſſent nõ ſolum fuerũt
in verbo. ſed etiam in mente angelica. ⁊ ita potuerũt vide/
Ad 12 ri q̄uis verbum ꝑ eẽntiam nõ videret̃. ¶ Ad.xij.dõm. q̄
ſicut dr̃ phs in.ij.ce. ⁊ mũ. In rebꝰ inuenit̃ multiplex gra
dus ꝑfectionis ¶ Primus eñ eſt ꝑfectiſſimus. vt aliquid
ꝯſequat̃ bonitatem ſuam ⁊ ſine motu ⁊ ſine adminiculo
alterius. ſicut eſt ꝑfectiſſima ſanitas in eo qui eſt ꝑ ſe ſanꝰ
ſine auxilio medicine. ⁊ hic gradus eſt diuine ꝑfectionis
¶ Secũdus gradus eſt eius qð poteſt ꝯſequi ꝑfectam
bonitatẽ cũ modico auxilio ⁊ paruo motu. ſicut eius qui
habet ſanitatẽ cum modico exercitio. ¶ Terciꝰ gradus
eſt eius qð acquirit ꝑfectam bonitatẽ cũ multis motibꝰ.
ſicut ille qui acquirit ꝑfectam ſanitatẽ cum multis exer/
citijs ¶ Quartus gradus eſt eius qð nunq̄ʒ pt̃ acqui/
rere ꝑfectam bonitatẽ. ſed acquirit de bonitate aliquid ⁊
multis motionibꝰ ¶ Quintꝰ gradꝰ eſt eius qð nõ pt̃ ac
quirere aliquid de bonitate. nec habet aliquẽ motum ad
hoc. ſicut eſt gradus illius in ſanitate qui ſanari non pt̃.
vnde nullaʒ medicinã accipit. Nature igit̃ irrõnales nul
lo mõ ad bonitatem ꝑfectam que eſt beatitudo ꝑtingere
poſſunt. ſed ꝑtingũt ad aliam bonitatẽ imꝑfectam. que
eſt earum finis naturalis. quẽ ex vi nature ſue ꝯſequũtur
ſed creature rõnales poſſunt ꝯſequi ꝑfectam bonitatem
id eſt beatitudinem. tñ ad conſequendũ indigent pluribꝰ
q̄ʒ nature inferiores ad ꝯſequẽdum fines ſuos. ⁊ ideo q̄/
uis ſint nobiliores. nõ tamẽ ſequitur q̄ ex ꝓprijs naturali
bus poſſint attingere ad finem ſuũ. ſicut nature inferio/
res. q̄ eñ beatitudineʒ aliquid cõtingat ꝑ ſeipſum ſolius
Ad 13 dei eſt. ¶ Et ſimiliter dõm eſt ad.xij. de ordine potenti
Ad 14 arũ ¶ Ad.xiiij.dõm. q̄ ꝑ lumen glorie q̄uis intellectus
creatus nunq̄ʒ tantũ eleuetur quin in infinitũ diſtet ab eo
eſſentia diuina. tamẽ ꝑ illud lumen fit vt intellectus vnia
tur eſſentie diuine ſicut forme intelligibili. qð aliter fieri
non poſſet ¶ Ad.xv.dõm. q̄ ad cognoſcendum deũ per Ad 15
ſimilitudine eius angelus ex ꝓprijs naturalibꝰ pt̃. ſed hec
non eſt viſio dei ꝑ eſſentiam ¶ Ad.xvi.dõm. q̄ ꝯformi/ Ad 16
tas naturalis ad deum que eſt in intellectu angeli nõ eſt
vt intellectus angeli ꝓportionet̃ ad eſſentiam diuinam ſi/
cut ad formã intelligibilẽ. ſed in hoc q̄ nõ accipit cogniti/
onem ſenſibilium a ſenſu ſicut nos accipimꝰ. ⁊ quãtum
ad alia in quibꝰ intellectus angeli ꝯuenit cum deo ⁊ dif/
fert ab intellectu humano ¶ Ad.xvij.dõm q̄ tripl'r ali/ Ad 17
quid videtur. vno mõ ꝑ eſſentiã ſuã ſicut quãdo eſſentia De triplici
viſibilis ꝯiungit̃ viſui. ſicut oculus videt lucem. Alio mõ mõ viſionis
ꝑ ſpẽm. ſcʒ quãdo ſimilitudo ipſius rei ab ipſa re impri/
mit̃ in viſum. ſicut cũ video lapidem. Tercio vero mõ ꝑ
ſpeculũ. ⁊ hoc eſt qñ ſimilitudo rei ꝑ quaʒ cognoſcit̃ non
ſit in viſu immediate ab ipſa re. ſed ab eo in quo ſimilitu
do rei repſentat̃. ſicut in ſpeculo reſultant ſpẽs ſenſibiliuʒ.
Primo igit̃ mõ videre deũ ẽ naturale ſoli deo. ſup naturaʒ
vero hominis ⁊ angeli. ſed ſcðo modo videre deũ eſt na/
turale angelo. Tercio autẽ mõ videre deum eſt naturale
ipſi homini. qui venit in cognitõem dei ex creaturis vtcũ
q̄ʒ deũ repreſentantibꝰ. Vñ qð dr̃ omnis cognitio vel eſt
ꝑ eſſentiam vel eſt in ſpeculo. intelligendũ eſt de cognitio
ne humana. cognitio aũt angeli quaʒ de deo naturaliter
hʒ eſt media inter iſtas duas ¶ Ad.xviij.dõm. q̄ ima/ Ad 18
go rei dupl'r poteſt ꝯſiderari. vno mõ inq̄ʒtum eſt res que
dam. ⁊ cũ ſit res diſtincta ab eo cuius eſt imago ꝑ modũ
iſtum. alius erit motus virtutis cognitiue in imaginem
et in id cuius eſt imago. Alio mõ cõſiderat̃ ꝓut eſt ima/
go. ⁊ ſic idem eſt motus in imagine ⁊ in id cuius eſt ima/
go. ⁊ ſic qñ aliquid cognoſcit̃ ꝑ ſilitudinem in effectu ſuo
exiſtentẽ poteſt motus cognitionis tranſire ad cauſaʒ im
mediate ſine hoc q̄ cogitet̃ de aliqua alia re. Et hoc mõ
intellectus viatoris pt̃ cogitare de deo non cogitando de
aliqua creatura ¶ Ad.xix.dõm. q̄ ea que ſunt eſſentiali/ Ad 19
ter in anima ⁊ ꝯiungũtur ei vt forme intelligibiles intelli/
gũtur ab anima ꝑ eſſentiam ſuam. ſic autem eẽntia diuina
nõ eſt in anima viatoris. ⁊ ideo rõ nõ ſequitur ¶ Ad.xx
dõm. q̄ rõ illa ꝓcedit de ſpecie abſtracta a re quã oportʒ Ad 20
eſſe ſimpliciorẽ re ipſa. talis aũt ſimilitudo nõ eſt ꝑ quam
intellectus angelicus cognoſcit naturaliter deũ. ſed eſt ſi/
militudo impſſa ab ipo. ⁊ ideo rõ nõ ſequitur

## Quarto querit̃. vtrum

angelus videns deũ ꝑ eſſentiã omĩa cognoſcat
Et videt̃ q̄ ſic. q꞉ ſicut dicit Iſido. angeli in verbo dei .1.
omĩa vident anteq̄ʒ fiant ¶ Pre. vniſquiſqꝫ viſus vi/ 2
det illud cuius ſilitudo eſt apud ipm. ſed eſſentia diuina
que eſt ſilitudo omniũ intellectui angelico ꝯiungitur vt
forma intelligibilis. ergo angelus videns deum ꝑ eẽnti/
am ſuam videt omĩa ¶ Pre. Si angelus non cognoſcit
oĩa. oportʒ q̄ hʒ accidat vel ex defectu intellectus angeli 3
ci. vel ex defectu rerum cognoſcibiliũ. vel ex defectu me/
dij. ſed non ex defectu intellectus angelici. cũ angelus ſit
cal.i.ꝛ a exceſſu mentis. in q̃ fuit Petr⁹ actu.x. ¶ Sed
Contra cõtra ẽ qd Aug⁹.dr̃.xij.ſup Gen̄.ad lrã3. ꝛ etiã ad Pau
linã de vidẽdo deum.ꝛ qd habet in glo.ij. Corin.xij. Ex
omibus habet ꝙ paulus in raptu vidit deũ p eſſentiam
R⁹ ¶ Rñſio dõm ꝙ circa hoc q̃dam dixerũt ꝙ paulus in
Opinio raptu nõ vidit deum p eſſentiã.ſed quadã viſione media
inter viſionẽ vie ꝛ viſionẽ patrie.que q̃dem viſio media po
teſt intelligi talis q̃lis eſt angelo naturalis.vt ſcil3 videat
deum nõ p eſſentiã cognitione naturali. ſed p alias ſpẽs
intelligibiles.vtpote ꝯſiderando eſſentiã ſuam.que eſt q̃
dam ſimilitudo intellectualis eſſentie increate. put dicit
in libro de cauſis.ꝙ intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe in/
quantũ eſt creata ab eo.vt ſic etiam intelligatur Paulus
in raptu vidiſſe deum p refulgentiã vel reſultantiam ali/
cuius luminis intelligibilis in mente ipſius. Cognitio ve/
ro vie que eſt p ſpeculũ ꝛ enigma ſenſibiliũ creaturarum
eſt homini naturalis.ſed cognitio patrie.qua deus p eẽn
Reꝓbat tiam ſuam videt eſt ſoli deo naturalis. ¶ Sed hec poſi/
tio repugnat dictis Aug⁹.qui expreſſe dr̃ in ſupradictis
locis.ꝙ Paulus in raptu vidit deum p eſſentiam. Nec
etiã eſt ꝓbabile.ꝙ miniſter veteris teſtamẽti deum p eẽn
tiam viderit.vt habet ex hoc qd dr̃ Numeri.xij.palam ꝛ
nõ p enigmata vidit deũ.ꝛ miniſtro noui teſtamenti do
ctori gentiũ hoc cõceſſum nõ fuerit.pcipue cum ipẽ apls
ſic argumentet.ij. Corin.iij.ſi miniſtratio dãnationis fuit
in gloria ꝛc̃. Nec tamen beatus fuit ſimplr.ſed ſolum ſm
quid.q̃uis mens eius illuſtrata fuerit ſupnaturali lumi
ne ad videndũ ipm deum.quod q̃dem apparere pt exem
plo luminis corporalis. In quibuſdã em̄ inuenitur lumen
a ſole.vt q̃dam forma etiam manẽs quaſi cõnaturalis ef/
fecta.ſicut eſt in ſtellis ꝛ carbũculo ꝛ hmõi. In q̃buſdam
vero recipitur lumen a ſole quaſi q̃dam paſſio tranſiens
ſicut in aere.nõ em̄ efficit lumẽ forma pmanens in aere q̃/
Diſtictio ſi cõnaturalis.ſed tranſit abeunte ſole. Similiter etia3 et
lumen glorie duplr̃ menti infunditur. vno modo per mo
du3 cõnaturalis forme ꝛ pmanẽtis.ꝛ ſic facit mentẽ ſim/
pliciter beatam.ꝛ hoc modo infunditur beatis in patria.
Alio modo cõtingit lumen glorie mentẽ humana3.ſicut
quedã paſſio tranſiens.ꝛ ſic mens Pauli in raptu fuit lu/
mine glorie illuſtrata. Ipſum etiam nomẽ raptus raptim
et tranſeundo oſtendit hoc eſſe factũ.vnde nõ fuit glori/
ficatus nec habuit dotem glorie.cum illa claritas nõ fue/
rit effecta proprietas eius.ꝛ propter hoc nõ fuit deriua/
Ad.i.2.3.4. ta ab anima in corpus.nec in hoc ſtatu ꝑpetuo manſit
¶ Unde patet reſponſio ad rationes primas quattuor.

¶ Ad quintũ dicendũ ꝙ adueniente plena viſione rece/ Ad 5
dit fides.vnde ſm hoc ꝙ in Paulo fuit viſio dei p eſſen/
tiam non fuit ibi fides.fuit autem ibi viſio dei p eſſentiã
ſm actum.non ſm habitum glorie. vnde ecõtrario fides
fuit ibi ſm habitum non ſm actum.ſimiliter ſpes. ¶ Ad Ad 6
ſextũ dicendũ ꝙ q̃uis paul⁹ fuit in ſtatu merendi.non tñ
in actu tunc merebat.quia ſicut habuit actu3 viſionis pa
trie ita habuit actum charitatis patrie. Quidã tamen di Opinio
cunt ꝙ q̃uis habuit actum viſionis patrie. nõ tamẽ ha/
buit actũ charitatis patrie.quia ſi intellectus fuit raptus
non tamẽ fuit raptus eius affectus ¶ Sed hoc eſt expſ/ Reꝓbat
ſe contra illud quod habet ſcd̃a Corinth.xij.raptus eſt in
paradiſum.gloſa.id eſt in eam tranquillitatẽ qua fruunt
illi qui ſunt in celeſti hieruſalẽ.fruitio autẽ eſt p amorem. Ad 7
¶ Ad ſeptimũ dicendũ ꝙ hoc fuit ex ipſa cõditione lumi
nis mentem illuſtrantis. ꝙ viſio iſta in Paulo non per/ Ad 8
manſit.vt ex dictis patet ¶ Ad octauũ dicendũ ꝙ q̃uis
viſio dei in beatis ſit ex merito.tamẽ paulo nõ eſt tũc red/
dita quaſi premiũ meriti.vnde ratio non ſeqtur. Tamen
ſciendũ ꝙ he due vltime rõnes non magis cõcludũt con
tra hoc ꝙ Paulus deum per eſſentiam viderit.q̃3 contra
hoc ꝙ vidit quocũq3 modo ſupra modũ cõmunẽ ¶ Ad il Vo.q̃ſti.
lud quod vltimo querebatur dicendũ ꝙ exceſſus mentis
extaſis ꝛ raptus oĩa in ſcripturis pro eode3 accipiũtur
et ſignificant eleuationem quandã ab exterioribus ſenſi/
bus quibus intendimus ad aliqua que ſunt ſupra homi
nem. Sed hoc dupliciter cõtingit. quãdoq3 intelligitur
abſtractio ab exterioribus ſenſibus ꝛ rebus quantu3 ad
intentionẽ tantũ.vt cum quis exterioribus ſenſibus et re
bus non vtitur.ſed tota ſua intentio diuinis inſpiciendis
et diligẽdis vacat.ꝛ ſic in exceſſu mentis ſiue in extaſi mẽ
tis aut raptu eſt quilibet diuinorum cõtemplator et ama
tor.vnde dicit Dyoniſius q̃rto caplõ de diui.no. eſt autẽ
extaſim faciens diuinus amor. ꝛ Gregorius in moralib9
de contemplatione loquens dicit. qui ad interiora intelli
genda rapitur a rebus viſibilibus oculos claudit. Alio
modo ſm ꝙ in vſu predicta nomina magis habẽtur ſit
extaſis aut raptus aut etiam exceſſus mentis.cum aliq̃s
etiam actu ꝛ ab vſu ſenſuũ ꝛ ſenſibiliũ rerum abſtrahitur
ad aliqua ſupnaturaliter videnda.videtur aũt ſupnatu/
raliter preter ſenſum ꝛ intellectum ꝛ imaginationẽ.ſicut
in queſtione de prophetia dictum eſt. Et ideo duplicem
raptum diſtinguit Auguſtinus.xij. ſuper Gen̄.ad litte/
ram.vnũ quo mens rapitur a ſenſibus ad imaginariã vi
ſionem.ꝛ ſic accidit in Petro ꝛ Johanne euangeliſta in
Apocal.vt ibidem Auguſtinus dicit. Aliũ quo mens
rapitur a ſenſu ꝛ imaginatione ſimul ad intellectualem
viſionẽ. Et hoc q̃dem duplr̃. vno mõ ſm ꝙ intellect⁹ in
telligit deum p aliquas intelligibiles immiſſiones.quod
eſt proprie angelorum.et ſic fuit extaſis Ade. vnde dicit
Gen̄ ſecũdo. in gloſa ꝙ extaſis ad hoc intelligitur recte
immiſſa vt mens Ade pnceps angelice curie et intrãs in
ſanctuariũ dei nouiſſima intelligeret. Alio modo ſm ꝙ
intellectus videt deum per eſſentiã.ꝛ ad hoc fuit raptus
Paulus.vt dictum eſt

## Tercio queritur. vtꝝ

intellectus viatoris alicuius poſſit eleuari ad
videndũ deũ p eẽntiã.ſine h ꝙ a ſenſib9 abſtrahat. Et vi
det ꝙ ſic.eadẽ em̄ ẽ natura hoĩs in ſtatu vie.ꝛ poſt reſur/

rectionem.quia non idem numero reſurgeret niſi etiam
idem ſpiritus eſſet.ſed poſt reſurrectōem ſancti videbūt
mente deum per eſſentiam. ſine hoc ꝙ a ſenſibus aliqua
abſtractio fiat.ergo ⁊ in viatoribus idem poſſibile erit
¶ Sed diceres.ꝙ corpus viatoris qđ corruptibile ē ag/
grauat intellectū ne libere in deū ferri poſſit. niſi a corꝑis
ſenſib⁹ abſtrahať.ꝗ q̄dem corruptio poſt reſurrectōez nō
2 erit ¶ Sed ꝯtra.nihil impediť.ſicut nec patiť niſi a ſuo ꝯ
rio.ſed corruptio corꝑis nō videť ꝯtrariari actui intelle/
ctus.cū intellectus non ſit corꝑis actus. ꝗ corruptio cor
poris nō impedit q̄n intellectus libere in deū poſſit ferri.
¶ Pre. Conſtat ꝙ chriſtus noſtrā mortalitatē ⁊ corru/
3 ptionē pene aſſumpſit.ſed intellectus eius ꝯtinua dei vi/
ſione fruebať.cū tñ in eo nō fieret ſꝑ abſtractio ab exterio
ribus ſenſib⁹.ꝗ corruptio corꝑis nō facit vt intellect⁹ fer
ri nō poſſit in deū ſine hoc ꝙ a ſenſib⁹ abſtrahať ¶ Prete.
4 Paulus poſtq̄ȝ deū ꝑ eſſentiā viderat memor fuit eorū q̄
in illa viſione inſpexit.al's nō diceret.ij. Corin.xij.ꝙ audi
uit archana verba q̄ nō licent hōi loq̄. ſi eoruȝ immemor
eſſet.ꝗ dum deū ꝑ eſſentiā videbat aliq̄d in memoriā ei⁹
imprimebať.ſed memoria ad partē ſenſitiuā ꝑtinet.vt pȝ
ꝑ phm in libro de memoria ⁊ reminiſcētia. Ergo cum ali
quis in ſtatu vie videt deū ꝑ eſſentiā. non oīno abſtra
5 hiť a corꝑis ſenſib⁹ ¶ Pre. Propinq̄ores ſunt potētie ſen
ſitiue ſibi inuicē q̄ȝ intellectiue ſenſitiuis.ſed imaginatio q̄
eſt de potētijs ſenſitiuis pt̄ eſſe in actu ꝯphenſionis quo
rūcunq̄ȝ imaginabiliū ſine abſtractōe ab exteriorib⁹ ſenſi
bus.ꝗ ⁊ intellectus pt̄ eſſe in actu viſionis diuine ſine ab
ſtractione a potētijs ſenſitiuis ¶ Pre. Illud qđ eſt ſm na
6 turā nō exigit ad ſui ꝑexiſtentiā aliq̄d eoꝝ que ſunt ꝯtra
naturā.ſed naturale eſt intellectui humano ꝙ deū ꝑ eēn/
tiam videat.cuȝ ad hoc creatus ſit.cum igiť abſtractio a
ſenſibus homini ſit cōtra naturā cuȝ ſenſitiua cognitio ſit
ei cōnaturalis.videť ꝙ ad videndū deū ꝑ eſſentiā abſtra/
ctione a ſenſib⁹ nō indigebat ¶ Prete. Abſtractio nō eſt
7 niſi cognitoꝝ.ſed intelligētia cuius obiectum eſt deus.vt
dr̄ in libro de ſpū ⁊ anima. nō videť corporeis ſenſib⁹ eſſe
cōiuncta ſed maxime diſtans.ꝗ ad hoc ꝙ deum ꝑ eētiā
videat homo ꝑ intelligentiā nō indiget abſtractōe a ſen
8 ſibus ¶ Pre. Ad hoc videť Paulus ad dei viſionez eſſe
eleuatus.vt teſtis eſſet illius glorie q̄ ſanctis repromittiť
vñ Aug⁹.x.ſup Geñ.ad lrām. Cur nō credamus ꝙ tā
to aplō doctori gentium rapto vſq̄ȝ ad ipſam excellentiſſi
mā viſionē voluit deus demōſtrare vitā.in qua poſt hanc
vitā viuendū eſt in eternū.ſed in illa ſanctoꝝ viſione que
poſt hanc vitā erit in videntib⁹ deū non fiet abſtractio a
ſenſibus corporeis poſt reſurrectōem.ꝗ nec in Paulo fa/
9 cta fuiſſe videť cum deū ꝑ eſſentiā vidit. ¶ Pre. Marty/
res in ipſis tormētorum ſupplicijs interius aliquid de di/
uina glīa ꝑcipiebant.vñ Vincētius. Ecce iaȝ in ſublime
agor ⁊ oēs ꝑncipes tuos ſeculo altior tyranne deſpicio
et Laurēti⁹.mea nox obſcurū nō hȝ.ſed oīa in luce cla.
⁊c.⁊ alijs ſanctoꝝ paſſionib⁹ multa legūtur que hoc ſona
re videnť.ſed cōſtat ꝙ in eis nō fiebat abſtractio a ſenſib⁹
al's ſenſuȝ doloris nō habuiſſent.ꝗ ad hoc ꝙ aliq̄s parti
10 ceps ſit glīe qua deus ꝑ eſſentiā videtur nō req̄ritur ab
ſtractio a ſenſibus. ¶ Prete. Propinquior eſt operationi
que circa ſenſibilia verſatur intellectus practicus q̄ȝ ſpe/
culatiuus.ſed non eſt neceſſariū ꝙ intellectus practicus
ſemꝑ intendat his que circa ſenſibilia operanť.vt Auicē/
na dicit in ſua metaphiſica. al's cōtingeret ꝙ optimus ci
tharedus imꝑfectiſſimus videreť.ſi ad ſingulas cordaꝝ/
rum ꝑcuſſiones oporteret eum artis cōſideratione vti
fieret eñ nimia ſonorum interruptio que impediret debi/
tam melodiam.ergo multo minus intellectus ſpeculati
uus cogitur intendere his que homo circa ſenſibilia ope
ratur.⁊ ſic liberum ei remanet in quelibet intelligibilia fer
ri.etiā in ipſam diuinā eſſentiaȝ dum ſenſitiue vires circa
operationes ſenſibiles occupanť ¶ Pre. Paulus duȝ vi/
dit deum ꝑ eſſentiaȝ adhuc fidem habebat.ſed fidei eſt vi ij
dere per ſpeculum in enigmate.ergo Paulus ſimul dum
videbat deum per eſſentiam.videbat etiam per ſpeculū
in enigmate.ſed enigmatica cognitio eſt ſpecularis. et
eſt ꝑ ſenſibilia. ergo ſimul dum videbat deum per eſſen/
tiam ſenſibus intendebat.⁊ ſic idem quod prius
¶ Sed contra eſt quod Auguſtinus dicit.xij. ſuper Cōtra
Geñ ad lrām.⁊ in gloſa.habetur ſcđa Corinth.xij.in ſpe/ .j.
cie illa que eſt deus nemo deum videns viuet iſta vita q̄
mortaliter viuitur in iſtis ſenſibus corporeis.ſed niſi ab
hac vita quiſq̄ȝ quodāmodo moriatur ſiue oīno exiens
de corpore.ſiue ita auerſus ⁊ alienatus a corporeis ſenſi/
bus vt merito neſciat vtrum in corpore an extra corpus
ſit in illā non rapitur nec ſubuehitur viſionē ¶ Pre.ſcđa 2
Corin.v.ſup illud.ſiue eñ mēte excedim⁹ deo.dr̄ glo.ex
ceſſum mentis dic quo mens eleuatur ad intelligēda ce/
leſtia.ita vt quodāmodo a mente labantur inferiora. In
hoc mentis exceſſu fuerunt omnes ſancti q̄bus archana
dei mundū iſtum excedentia reuelata ſunt. ergo quicun/
q̄ȝ viderit deum per eſſentiā oportet ꝙ auertať a cōſide/
ratione inferiorum.⁊ ita ꝑ cōſequens ab vſu ſenſuū in q̄/
bus non niſi iſta inferiora conſideranť. ¶ Prete. In pſal. 3
benyamin adoleſcētul⁹ in mētis exceſſu.glo. benyamin.i.
paulus.in mentis exceſſu. mēte ſcȝ alienata ſenſibus cor/
poreis. vt q̄ñ raptus fuit vſq̄ȝ ad terciū celū.ſed ꝑ terciū
celum intelligitur viſio dei ꝑ eſſentiā. vt Auguſtinus dr̄
xij.ſuper Geñ.ad litterā.ergo viſio dei ꝑ eſſentiam req̄/
rit alienationē a corporeis ſenſibus ¶ Prete. Efficacior 4
eſt operatio intellectus qua ad videndū deum ꝑ eſſentiā
eleuatur q̄ȝ quecūq̄ȝ imaginationis operatio.ſed aliquan
do homo ꝓpter vehementiā imaginationis abſtrahitur
a corporis ſenſibus. Ergo multo fortius oportet ꝙ ab/
ſtrahatur ab eis.quādo in diuinam prouehiť viſionez
¶ Pre. Bernardus dr̄.ꝙ delicata eſt diuina cōſolatio q̄ 5
non datur admittentibus alienaȝ. Ergo eadem ratione
diuina viſio nō compatiť ſecum alterius viſionē. ergo nō
compatiť ſecum vſum ſenſuuȝ. ¶ Prete. Ad videndum 6
deum ꝑ eſſentiam requiritur ſumma cordis mundicia.
Mathei q̄nto. Beati mūdo corde ⁊c. Sed cor dupliciť Diſtictō
mundať.ſcȝ a cōtaminatione peccati.⁊ materialib⁹ phā
taſijs.vt patet ꝑ hoc quod dr̄ Dyoniſius.vij.caplō.cel.
hierarch.puras eas eſſe.ſcȝ celeſtes eſſentias eſtimandū
eſt.non vt immūdis maculis ⁊ inq̄nationibus liberatas.
in quo tangitur immundicia culpe.que in beatis angelis
nunq̄ȝ fuit. neq̄ȝ materialium receptiuas phantaſiarū.in
quo tangitur immundicia que eſt ꝑ phantaſias. vt patȝ
per expoſitōem Hugonis de ſancto victore. ergo men/
tem videntis deum ꝑ eſſentiā non ſolum a ſenſibus exte
rioribus.ſed etiam ab interioribus phantaſmatibus ab
ſtrahi oportet. ¶ Prete. Prima Corinth.xiij.dicit.cum 7
venerit quod perfectū eſt euacuabitur quod ex parte eſt
ſed perfectū ibi nominať viſio dei per eſſentiam.imperfe/
ctum vero viſio ſpecularis ⁊ enigmatica que eſt ꝑ ſenſibi
lia. Ergo quando aliq̄s eleuať in viſionē dei ꝑ eſſentiam
oportet ꝙ abſtrahatur a viſione ſenſibilium

¶ Rn̄ſio dōm ꝙ ſicut ex auctoritate Aug⁹. ptꝫ. hō in
Rꝯ hoc mortali corꝑe cōſtitutus nō pt deū ꝑ eſſentiā vide/
re niſi a corꝑeis ſenſibꝰ alieneť. Cuius rō a duobꝰ poteſt
ſumi. ꝑmo ꝗdem ex hoc qđ cōe eſt intellectui et alijs aie
potētijs. Inuenimus em̄ ꝙ qñ vna potentia in ſuo actu
intendiť alia vel debilitať vel ex toto abſtrahiť. ſicut patꝫ
in illo in quo oꝑatio viſus fortiſſime intenditur ꝙ audi/
tus eius nō ꝑcipit ea que dicunť. niſi forte ſua vehemētia
ad ſe retrahat ſenſum auditus. Cuius rō eſt. ꝙ ad actū
cuiuſlibet cognoſcitiue potētie reqritur intētio. vt ꝓbat
Aug⁹. in libro de tri. Intentio aūt vnius nō pt ferri ad
multa ſimul. niſi forte illa multa hoc mō ſint ad inuicem
ordinata. vt accipianť quaſi vnū. ſicut nec alicuius mot⁹
vel oꝑationis poſſunt eſſe duo termini nō ad inuicē ordi
nati. Vñ cū ſit vna aīa in qua oēs cognoſcitiue potentie
fundanť. vnius ⁊ eiuſdē intētio reqritur ad oīm cogno/
ſcitiuaꝝ potentiaꝝ actus. ⁊ ideo cuꝫ totaliter aīa intēdit
ad actum vnius potētie abſtrahiť ab actu alterius potē/
tie Ad hoc aūt ꝙ intellectus eleueť ad videndū diuinaꝫ
eſſentiā. opꝫ ꝙ tota intētio in hanc viſionē colligať. cuꝫ
hoc ſit vehementiſſimū intelligibile. ad qđ intellectus per
tingere nō pt niſi toto conamine in illud intēdat Et ideo
opꝫ ꝙ qñ mens ad diuinā viſionē eleuať ꝙ omnino fiat
abſtractio a corporeis ſenſibꝰ. Scđo vero pt eiuſdē ratio
aſſignari ex eo qđ eſt intellectui ꝓprium. Cum em̄ cogni/
tio de rebus habeať ſm ꝙ ſunt in actu. ⁊ nō ſm ꝙ ſunt in
potentia. vt đr in nono metaph. intellectus ꝗ ſummam
arcē cognitionis tenet. ꝓprie immaterialiū eſt que ſtꝫ ma
xime in actu. vñ oīe intelligibile vł eſt in ſe a materia im
mune. vel actione intellectus a materia eſt abſtractuꝫ. et
ideo quāto intellectus purior eſt a materialiū contactu.
tanto ꝑfectior. Et inde eſt ꝙ intellectus humanus quia
materialia cognoſcit ad phātaſmata intuēdo a ꝗbus in/
telligibiles ſpēs abſtrahit. eſt minoris efficacie ꝙꝫ intelle/
ctus angelicus. qui ſemꝑ ad formas pure immateriales
intueť. nihilomin⁹ tñ inquantū in intellectu humano pu
ritas intellectualis cognitōis non penitus obſcurať. ſicut
accidit in ſenſibꝰ. quoꝝ ꝯgnitio vltra materialia nō pt fer
ri. ex hoc ipō ꝙ in eo de puritate remanet ineſt ei facultas
ad ea que ſunt immaterialia intuēda. Et ideo opꝫ ꝙ ſi
aliquādo ſupra cōem modū ad ſummū immaterialiū vi
dendū ſcꝫ diuinā eſſentiā eleueť. ꝙ ſaltem in iſto actu po/
ſitus. ab intuitu materialiuꝫ abſtrahať Unde cum vires
ſenſitiue nō niſi circa materialia verſenť. nō pt aliquis ad
diuinā eſſentiā videndā eleuari niſi ab vſu corporeoruꝫ
ſenſuum penitus abſtrahatur

¶ Ad primū ergo dōm ꝙ alia rōne cōiungitur aīma
Ad .j. beata corpori poſt reſurrectōem. ⁊ aliter nūc cōiungiť In
reſurrectione em̄ corpus erit oīno ſpiritui ſubdituꝫ in/
tantū ꝙ ex ipſo ſpiritu ꝓprietates glorie redundabunt in
corpus. vñ ⁊ ſpūalia corꝑa appellanť. Quādo aūt duo cō
iunguntť. quoꝝ vnū ſuꝑ alterum dominiū obtinet non eſt
ibi mixtio. cū alterum totaliter trāſeat in poteſtatē domi
nātis. ſicut cuꝫ vna gutta aque in mille amphoras vini in
fundiť. in nullo puritati vini ꝑiudicať. Et ideo in reſur/
rectione ex cōiunctōe ad corpus qualecūqꝫ nulla erit im/
puritas intellectus. nec in aliquo virtus eius debilitetur
vnde ⁊ ſine abſtractiōe a corporeis ſenſibꝰ diuine eſſentie
cōtemplande intēdet. nunc aūt corpus nō hoc mō eſt ſpi
ritui ſubditū. ⁊ iō nō eſt ſilis rō ¶ Ad ſcđm dōm ꝙ ꝙꝫ
Ad 2 corpus noſtrū corruptibile eſt ꝙ ipm corpus nō eſt plene
anime ſubditū. ſi em̄ plene aīe ſubdereť ex immortalitate
anime redūdaret etiā immortalitas in corpus. ſicut poſt
reſurrectōem erit. Et inde eſt ꝙ corruptio corꝑis aggra
uat intellectū. ꝙꝫuis em̄ ſm ſe intellectui nō cōtrarieť. ta/
men eius cauſa intellectus puritati ꝑiudicat. ¶ Ad ter/
cium dōm ꝙ chriſtus ex hoc ꝙ erat deus. ⁊ homo habe/ Ad 3
bat plenariā poteſtatē ſuꝑ oīes poteſtates aie ſue et ſuꝑ
corpus. Unde ex virtute diuinitatis ſm ꝙ noſtre repa/
rationi cōpetebat ꝑmittebat vnicuiqꝫ potentiaꝝ anime
agere id quod eſt ei ꝓpriū. vt đr Dam. ⁊ ſic non erat neceſ
ſariū in ipſo neqꝫ ꝙ fieret redundantia ex vna potētia in
aliam. neqꝫ ꝙ vna potētia a ſuo actu abſtraheret ꝑ vehe
mentiā actus alterius. vñ ꝑ hoc ꝙ intellectus eius vide
bat deum nō oportebat aliquā abſtractōem a corporeis
ſenſibꝰ fieri. Secus aūt eſt in alijs hominibꝰ in ꝗbus ex ꝗ
dam colligātia potentiaꝝ aīe ad inuicē ſeqtur de neceſſita
te ꝙ fiat redūdantia ꝑ impedimentū ex vna potentia in
aliam. ¶ Ad quartū dōm. ꝙ Paulus poſtqꝫ ceſſauit vi Ad 4
dere deū ꝑ eſſentiā memor fuit eoꝝ que in illa viſione co/
gnouerat ꝑ aliquas ſpēs in intellectu ipſius remanētes. ꝗ
erant quaſi ꝗdam reliquie ꝑterite viſiōis. ꝙꝫuis em̄ ipm
dei verbū ꝑ eſſentiā viderit. ⁊ ex ipō viſo multa cognoue
rit. ⁊ ſic iſta viſio nec quantū ad verbū. nec quantuꝫ ad ea
que videbanť in verbo fuerit ꝑ ſpēs aliquas. ſed ꝑ ſolam
eſſentiā verbi. tamē ex ipſa inſpectione verbi impmeban
tur in intellectu eius ꝗdam reꝝ viſaꝝ ſimilitudines. qui/
bus poſtmodū cognoſcere poterat ea que viderat ꝑ eſſen
tiam verbi. ⁊ ex illis ſpēbus intelligibilibꝰ ꝑ quandā ap/
plicatōem ad ꝑticulares intentōes vel formas in memo
ria vel imaginatōne reſeruatas. poſtmodū poterat mēo/
rari eoꝝ que ꝑus viderat. etiam ſm actū memorie que eſt
in potētia ſenſitiua. ⁊ ſic nō oportet ponere ꝙ in ipſo actu
diuine viſionis aliꝗd fieret in eius memoria. que eſt pars Ad 5
potētie ſenſitiue. ſed ſolum in mēte ¶ Ad quintū dōm ꝙ
ꝙꝫuis nō ꝑ quēlibet actum imaginatiue virtutis fiat ab/
ſtractio a ſenſibus exterioribꝰ. fit tamē abſtractio ꝑdicta
quādo actus imaginationis eſt vehemēs. Et ſic etiam
nō opꝫ ꝙ ꝑ quēlibet actum intellectus fiat abſtractio a
ſenſibus. opꝫ tamē ꝙ fiat ꝑ actū vehementiſſimuꝫ qui ē
viſio dei ꝑ eſſentiā ¶ Ad ſextū dōm ꝙ ꝙꝫuis ſit natura Ad 6
le intellectui humano ꝙ quādoqꝫ ad viſionē diuine eſſen
tie ꝑueniat. nō tamē eſt ſibi naturale. ꝙ ad hoc perueniat
ſm ſtatum vie huius. vt dictū eſt. ⁊ ꝓpter hoc rō nō ſequiť
¶ Ad ſeptimū dōm ꝙ intelligētia noſtra qua deū ꝯpre/ Ad 7
hendimus. ꝙꝫuis nō admiſceť ſenſibꝰ ꝑ viam apprehēſio/
nis. cōmiſcetur tamē ꝑ viam iudicij. vt đr Aug⁹. xij. ſuper
Geñ. ad lrām. ꝙ ꝑ intelligibile lumē. ⁊ iſta inferiora diiu/
dicanť ⁊ ſecernunť. que neqꝫ ſunt corꝑa neqꝫ vllas gerūt
formas ſimiles corpoꝝ. ⁊ ideo intelligētia nūqꝫ a ſenſibili
bus abſtrahi đr. cū de eis nō iudicat. ſed ſolum ſuperius Ad 8
cōſpiciēdis intēdit ¶ Ad octauū dōm. ꝙ ſubſtātia beatitu
dinis ſanctoꝝ in viſione diuine eſſentie cōſiſtit. vnde dicit
Aug⁹. ꝙ viſio eſt tota merces. vñ ex hoc ꝙ Paulus diui
nam eſſentiā vidit potuit eſſe illius beatitudinis idone⁹
teſtis. Nec tamē opꝫ ꝙ oīa in ſe experireť que beatis
inerunt. ſed vt ex his que experiebať etiam alia ſcire poſſꝫ
non em̄ rapiebať vt eſſet beatus. ſed vt eſſet beatitudinis Ad 9
teſtis. ¶ Ad nonū dōm. ꝙ martyres in tormētis exiſten
tes ꝑcipiebāt aliquid de diuina glīa. non quaſi eam in ſuo
fonte bibētes. ſicut illi ꝗ deum ꝑ eſſentiā vidēt. ſed aliquā
illius glīe aſꝑſione refrigerabanť. vñ đr Aug⁹. xij. ſuper
Geñ. ad lrām. ibi ſcꝫ. vbi deus ꝑ eſſentiaꝫ videtur beata
vita in ſuo fonte bibiť. vñ aſpergiť aliquid huic humane

vite. vt in tentationibꝰ huius ſeculi tēperanter. iuſte. for
Ad 10 titer. prudenterq̧ viuatur. ¶ Ad .x. dōm. ꝙ intellectus
ſpeculatiuus nō cogitur vt attendat his que circa ſenſibi
lia aliquis operat̃. ſed poteſt circa alia intelligibilia nego
ciari. tanta tñ poteſt eſſe in actu ſpeculatiuo vehementia
Ad .ij ꝙ omnino a ſenſibili operatōe abſtrahat. ¶ Ad vndeci/
mū dōm. ꝙ q̄uis in illo actu Paulus habuit habitū fi/
dei. nō tñ habuit actū. vnde rō nō ſeqtur

# Quarto querit̃. Quā

ta abſtractio requiritur ad hoc ꝙ intellectꝰ de/
.1. um per eſſentiam videre poſſit. ¶ Et videt̃ ꝙ requira/
tur abſtractio ab vnione qua anima vnitur corpori vt for
ma. Vires enim anime vegetabilis ſunt magis materi
ales q̄ꝫ vires ſenſibiles anime. ſꝫ ad hoc ꝙ intellectus vi/
deat deum ꝑ eſſentiam. oportꝫ ꝙ fiat abſtractio a ſenſibꝰ.
vt ṗus dictū eſt. ergo multo fortius ad puritatē illius vi
ſionis requiritur ꝙ fiat abſtractio ab actibꝰ vegetabilis
anime. ſed hec abſtractio nō poteſt fieri in ſtatu animalis
vite q̄ꝫ diu anima corpori vnitur vt forma. q2 vt dr̄ phs
nutriūtur animalia ſemp. Ergo ad viſionem diuine eēn
tie requiritur ꝙ fiat abſtractio ab vnione qua anima cor/
pori vnitur vt forma. ¶ Pre. Exod. xxxiij. ſup illud Nō
2 videbit me hō ⁊ viuet. dicit glo. Aug᷒. oſtendit huic vi/
te corruptibilis carnis deū ſicuti eſt apparere nō poſſe. in
illa tñ vita poteſt. vbi vt viuatur huic vite moriendu3 eſt
Et glo. Gregorij ibidem dr̄. qui ſapientiam que deꝰ eſt
videt. huic. vite funditus moritur. ſed mors eſt ꝑ ſepara
tionem anime a corpore. cui vniebat̃ vt forma. ergo opor
tet fieri ſeparatōem omnimodam anime a corpore ad hoc
ꝙ deus ꝑ eſſentiam videat̃. ¶ Pre. Viuere viuentibus
3 eſt eſſe. vt dr̄. ij. de anima. eſſe aūt hominis viuentis eſt ꝑ
hoc ꝙ anima corpori vnitur vt forma. ſed Exod. xxxiij.
dr̄. Nō videbit me hō ⁊ viuet. ergo q̄ꝫdiu anima corpori
vnitur vt forma. nō poteſt ꝑ eſſentiam deum videre.
4 ¶ Pre. Fortior eſt vnio q̄ aīa vnit̃ corpori vt forma q̄ꝫ
illa qua vnitur ei vt motor. ex qua vnione ꝓueniūt opera
tiones potentiaꝝ. ⁊ per organa corporea operant̃. ſꝫ hec
ſecūda vnio impedit viſionem diuine eſſentie. rōne cuius
oportꝫ ꝙ fiat abſtractio a ſenſibꝰ corporeis. vt dictum eſt
ergo multo fortius hec ṗma vnio impediet. ⁊ ſic oporte/
5 bit ab ea abſtractōem fieri. Prete. Potentia non eleuat̃
ſup modū eſſentie. cum potētia ab eſſentia fluat ⁊ in ipa
radicet̃. ſi ergo eſſentia anime fuerit corpori vnita vt for/
ma. nō poterit eſſe ꝙ intellectiua potētia ad ea que ſunt
6 oīno immaterialia ele[illegible]ur. ⁊ ſic idem qđ ṗus ¶ Pre.
Maior impuritas ꝯtrahit̃ in anima ex ꝯiūctione ipſius
ad corpus. q̄ꝫ ex ꝯiūctōe ſimilitudinis corporis ad ipaꝫ
ſed ad hoc ꝙ mens deum per eſſentiam videat. oportet
eam depurari a ſimilitudinibꝰ corporꝝ. que apprehendū/
tur ꝑ imaginatōeꝫ ⁊ ſenſum. vt dictū eſt. ergo multo for
tius oportꝫ eam a corpore ſeparari ad hoc ꝙ deū ꝑ eſſen/
7 tiam videat. ¶ Pre. ij. ad Corꝝ. v. q̄ꝫdiu ſumus in hoc
corpore peregrinamur a domino. ꝑ fidem eīm ambulamꝰ
et non ꝑ ſpēm. ergo q̄ꝫdiu anima eſt in corpore nō poteſt
deum in ſua ſpecie videre.
Cōtra ☞ Sed ꝯtra. Exod. xxxiij. dr̄ glo. Gregorij. non vide/
bit ⁊c. quibuſdaꝫ in hac carne viuentibꝰ. ſed ineſtimabili
virtute creſcentibꝰ poteſt eterna dei videri claritas. ſꝫ cla
ritas dei eſt eius eſſentia. vt in eadē gloſa dicit̃. ergo ad h̃
ꝙ eſſentia dei videatur nō oportꝫ ꝙ fiat oīmoda ſepa/
ratio anime a corpore ¶ Pre. Augꝰ. xij. ſup Geneſ̃ ad
litterā dr̄. ꝙ anima rapit̃ nō ſolum ad viſione imaginariā
ſed etiā ad intellectualem. qua ipſa veritas ꝑſpicue cerni
tur facta auerſione a ſenſibꝰ minus q̄ꝫ in morte. ſed plus
q̄ꝫ in ſomnio. ergo ad videndū veritateꝫ increatā. de qua
Auguſtinus ibidē loquitur. nō requiritur ꝙ fiat abſtra/
ctio ab vnione qua anima vt forma corpori vnit̃ ¶ Pre
Hoc idē patꝫ ꝑ Augꝰ in epl̃a ad Paulinā de videndo
deū. nō eſt incredibile quibuſdā ſanctis nōdum ita defun
ctis vt ad ſepelienda cadauera remanerent. nam excellē
tiam reuelatōis fuiſſe ꝯceſſam vt ſcꝫ deū ꝑ eſſentiā vide
rent. ergo anima poteſt videre deum adhuc corpori vni
ta vt forma
☞ Rñſio dōm. ꝙ ad viſionem diuine eſſentie que eſt R°
actus ꝑfectiſſimus intellectus. requirit̃ abſtractio ab illis
que vehementia intellectū nata ſunt impedire. ⁊ que per
eam impediūtur. Hoc aūt in quibuſdā ꝯtingit ꝑ ſe. in q̄
buſdā ꝑ accidens. Per ſe quidē impediūt ſe inuicē intel/
lectiue ⁊ ſenſitiue operatōnes. Tum ꝑ hoc ꝙ in vtriuſq̧
operatōibꝰ oportꝫ intentōem adeſſe. Tum etiā q2 intelle
ctus ſenſibilibꝰ operatōibꝰ admiſcet̃. cū a phantaſmatibꝰ
accipiat. Et ita ex ſenſibilibꝰ opationibꝰ quodāmodo in
tellectus puritas inquinat̃. vt ṗus dictū eſt. Sed ad h̃
ꝙ anima corpori vniat̃ vt forma nō requirit̃ aliqua inten
tio. cum hec vnio nō dependeat ex voluntate anime. ſed
magis ex natura. Similiter etiaꝫ ex tali vnione puritas
intellectus directe nō inquinat̃. anima eīm nō vnitur cor/
pori vt forma mediantibꝰ ſuis potentijs. ſed ꝑ eſſentiaꝫ
cum nihil ſit mediū inter formam ⁊ materiā. vt ꝓbat̃. vi.
metaph̃. Nec tñ eēntia anime ita corpori vnitur ꝙ tota/
liter corporis ꝯditōem ſequatur. ſicut alie forme materia
les que ſunt oīno in materia quaſi ſubmerſe intantū ꝙ
nulla virtus aut actio ex eis ꝓdire poteſt niſi naturalis.
Ab eſſentia vero anime non ſolum ꝓcedūt quedā vires
ſeu potentie que ſunt quodammodo corporales. vtpote
corporeoꝝ organoꝝ actus exiſtentes. ſcilꝫ vires ſenſitiue
et vegetatiue. ſed etiam vires intellectiue. que ſunt peni/
tus immateriales nullius corporis aut partis corporis
actus exiſtentes. vt ꝓbatur in. iij. de anima Vnde pꝫ ꝙ
vires intellectiue nō ꝓcedūt ex eſſentia anime ex illa par/
te qua eſt corpori vnita. ſed magis ſm̄ hoc ꝙ remanet a
corpore libera. vtpote ei nō totaliter ſubiugata. ⁊ ſic vnio
anime ad corpus nō ꝑtingit vſq̧ ad operatiōem intelle/
ctus vt poſſit eius puritatē impedire. Vnde ꝑ ſe loquē/
do ad operatōem intellectus q̄ꝫtumcūq̧ intendat̃ nō re/
quiritur abſtractio ab iſta vnione qua anima vnitur cor
pori vt forma. Similiter etiā nec abſtractio ab operatio/
nibꝰ anime vegetabilis. operatiōes eīm huius partis aīe
ſunt quaſi materiales. qđ patꝫ ex hoc ꝙ ꝯplentur virtu/
te qualitatū actiuaꝝ ⁊ paſſiuaꝝ. ſcꝫ calidi. frigidi. humi/
di ⁊ ſicci. vñ rōni ſiue volūtati nō obediūt. vt pꝫ in. ij. eth̃.
Et ſic patꝫ ꝙ ad hmōi actōes nō requirit̃ intentio. ⁊ ita
ꝑ earū actus nō oportꝫ intentionem auerti ab operatōe
intellectiua. Similiter nec opatio intellectiua aliquo mō
hmōi operatōibꝰ admiſcetur. cum neq̧ ab eis accipiat.
ꝓpter hoc ꝙ non ſunt cognoſcitiue. neq̧ oportꝫ ꝙ inſtru/
mento aliquo corporeo vtatur intellectus. qđ oporteat
per operatōes anime vegetabilis ſuſtentari. ſicut accidit
de organo potentiarum ſenſitiuarum. et ſic puritati intel
lectus nihil preiudicatur. Vnde patꝫ ꝙ per ſe loquendo
opatōes anime vegetabilis ⁊ intellectus nō ſe impediūt
per accidens tamen poteſt ex altera alteri impedimentū

ꝯuenire inq̃ꝫtū intellect⁹ accipit a phãtaſmatib⁹ q̄ ſꝫ in
organis corp̄alib⁹ q̄ oꝫ ꝑ actū vegetabil' nutriri ꝛ ꝯſerua
ri. et ſic ꝑ act⁹ nutritiue potẽtie eaꝝ diſpoſitio variatꝰ. ꝛ ꝑ
ꝯſequẽs operatio potentie ſenſitiue a qua intellectus acci
pit. et ita ꝑ accñs etiam operatio ipſius intellectus impe
ditur. ſicut in ſomno ꝛ poſt cibū. Etiā econuerſo ꝑ hunc
modū operatio intellectus impedit operatōem vegeta-
bilis aīe. inq̃ꝫtum ad operatōnem intellectus requiritur
operatio imaginatiue virtutis. ad cuius vehemētiā opor
tet caloris ꝛ ſpirituū ꝯcurſuꝫ fieri. ꝛ ſic impeditur actus
virtutis nutritiue ꝑ vehementiam ꝯtemplatōis. ſed hoc
non habet locum in illa ꝯtemplatione qua dei eſſentia vi
detur. cum talis ꝯtemplatio imaginatōis operatiōe non
egeat. Et ſic patꝫ ꝙ ad videndū deū ꝑ eſſentiā nullo mō
requiritur abſtractio ab actib⁹ aīe vegetabilis. nec etiaꝫ
aliqua eorum debilitatio. ſed ſolum ab actib⁹ ſenſitiuaꝝ
potentiarum.

Ad 1. ¶ Ad ꝑmum igitur dōm. ꝙ q̃uis potẽtie aīe vegetabi
lis ſint magis materiales q̄ꝫ potentie anime ſenſitiue. tñ
cum hoc ſunt etiam magis ab intellectu remote. ꝛ ſic mi
nus poſſunt impedire vehementiā intellectus vel impe-
diri ab ea ¶ Ad ſecūdū dōm ꝙ viuere dicitꝰ dupl'r. vno
Ad 2 modo ipſum eſſe viuentis. qđ relinquitꝰ ex hoc ꝙ anima
vnitur corpori vt forma. Alio mō ponitur viuere ꝑ ope-
ratione vite. et ſic ph'us. ij. de aīa diſtinguit viuere ꝑ in-
telligere ꝛ ſentire. ꝛ ꝑ alias anime operatōes. Et ſic cum
mors ſit ꝓuatio vite. oportꝫ ꝙ ſimiliter diſtinguatꝰ. ita ꝙ
aliqñ deſignet ꝓuatōem illius vnionis qua anima vnitur
corpori vt forma. Aliqñ priuationem operū vite. Unde
Aug⁹. xij. ſup geñ. ad litterā. Ab hac vita quiſqꜫ quodā
modo moritꝰ. ſiue oīno exiens de corpore. ſiue auerſus et
alienatus a carnalib⁹ ſenſibus. et ſic accipitꝰ mori in gloſis
qđ patꝫ ex hoc qđ ſubiūgitur in gloſa Grego. ꝙ q̄ ſapien
tiam inquit. que deus eſt. videt. huic vite funditus mori
Ad 3 tur. ne eius amore teneatur. Et per hoc pꝫ reſponſio ad
Ad 4 terciū. ¶ Ad quartū dōm. ꝙ ex hoc ipſo ꝙ illa vnio qua
anima corpori vnitur vt forma eſt fortior. ſequitꝰ ꝙ ab eo
minus poſſit fieri abſtractio ¶ Ad. v. dōm. ꝙ rō illa re-
Ad 5 cte ꝯcluderet ſi eſſentia aīe ita corpori vniretꝰ ꝙ eſſet omni
Ad 6 no corpori ſubiugata. qđ falſum eſſe iam diximus ¶ Ad
ſextum dōm. ꝙ ſimilitudo corporalis que requiritur ad
operationem imaginatōis ꝛ ſenſus. q̃uis ſit imateriali-
or q̄ꝫ ipſum corpus. tñ etiā eſt vicinius ſe habens ad ope-
ratiōne intellectus. et ita magis eam impedire pt. vt di-
ctū eſt ¶ Ad. vij. dōm. ꝙ ꝟbū apl'i intelligendū eſt ſcḋm
Ad 7 ꝙ dicimur eſſe in corpore. nō ſolum ex hoc ꝙ anima cor-
pori vnitur. vt forma. ſed etiam ex hoc ꝙ corporeis ſenſi-
bus vtimur.

## QUinto queritꝰ. quid

ſit illud qđ apl'us circa raptuꝫ ſuū ſciuit ꝛ quid
neſciuit ¶ Et videtꝰ ꝙ ſciuit an anima eius eſſꝫ in corpo
1. re. ipſe em̄ melius ſciuit q̄ꝫ aliquis ſequentiū. ſed ꝯmuni
ter a multis determinatꝰ ꝙ anima Pauli in raptu corpo
ri eius vniebatꝰ vt formā eius. ergo multo forti⁹ Paul⁹
2 h ſciuit. ¶ Pre. Paul⁹ in illo raptu ſciuit q̄d vidit. ꝛ q̄ vi
ſione vidit. qđ pꝫ ex hoc. q2 dr. ſcio hominē ꝛc. Sciuit ꝙ̄
quid eſſet illud celum. vtrū res corporalis vel ſpūalis. et
an illud corporaliter vel ſpūaliter ſciuerit. ſed ad hoc ſeq-
tur eum ſciuiſſe vtrū in corpore an extra vidit. q2 corpora
lis viſio nō pt fieri niſi ꝑ corp⁹. intellectualis vero fit ſcḋm
per ſine corpore. ergo ipſe ſciuit an eſſet in corpe an non.
¶ Pre. Sicut ipſemet dr ſcio hominem raptū vſqꜫ ad 3
terciū celū. ſed hō nominat ꝯiūctum ex aīa ꝛ corpore. er-
go ſciuit aīam ꝯiūctam corpori ¶ Pre. Ipſe vidit deum 4
in raptu illa viſione qua ſancti in patria vident deū. vt dr
Aug⁹. xij. ſup Geñ. ad litterā. ꝛ in ep'la de videndo de
um. ſed aīe ſanctorū q̄ ſunt in patria ſciūt an ſint in corpe
an extra corpus. ergo ꝛ apl's hoc ſciuit. ¶ Pre. Angeli 5
videntes deū ꝑ eſſentiaꝫ vident ſimplici intuitu oīa que
ad ipſos ꝑtinent ꝛ oīa naturalia. ſed Paulus vidit de-
um ꝑ eſſentiā. ergo etiā cognouit ſi eſſꝫ aīa ſua vnita cor-
pori ¶ Pre. Grego. dr quid eſt qđ nō videant qui vide- 6
tem oīa vident. qđ ꝑcipue videtꝰ ꝑtinere de his q̄ ad
ipſos videntes ꝑtinent. ſed hoc maxime ꝑtinet ad aīam
vtrū ſit corpi ꝯiūcta vel nō. ergo ꝛc.

¶ Sed ꝯtra eſt qđ dr ſcḋa Cor. xij. Scio hominem Contra
ꝛc. vſqꜫ ibi. neſcio deus ſcit. ergo neſciuit vtrū eſſꝫ in cor-
pore vel extra corpus ¶ Pre. Ipſe ſciuit ſe eſſe raptū. vt
ex verbis eius pꝫ. ſed mortui nō dicūtur rapti. ergo ſciuit
ſe nō eſſe mortuū. ꝛ ita ſciuit aīam ſuā eſſe corpori ꝯiūctā

¶ Rñſio dōm. ꝙ circa hoc eſt multiplex opinio. quī- R⁹
dam em̄ intellexerūt ꝙ apl'us diceret ſe neſcire. nō quideꝫ Opinio
an aīa eſſet ꝯiūcta corpori in illo raptu an non. ſed an eſſet
raptus ſcḋm animā ꝛ corpus ſimul. vt etiam corporaliter
portaretꝰ in celum. ſicut Abacuc portatus legitꝰ Dani-
lis vltimo. an ſcḋm aīam tm̄. id eſt in viſionib⁹ dei. ſicut dr
Ezech. viij. in viſionib⁹ dei adduxit me in terrā iſrael. et
hūc intellectū cuiuſdam iudei exprimit Hierony⁹ in pro-
logo ſup Dañ. q̄ ibi dr. Demiqꜫ apoſtolū noſtrū nō ſuiſ
ſe auſum affirmare ſe raptuꝫ in corpore. ſed dixiſſe ſiue in
corpe ꝛc. ¶ Hūc aūt intellectū Aug⁹. reprobat ſup geñ. Reprobat
ad litterā. Conſtat em̄ ex ꝟbis apl'i ꝙ ipſe ſciuit ſe eē ra-
ptum vſqꜫ ad terciū celum. ꝯſtat etiā iſtud celū in quod
raptus eſt eſſe vere celum. nō aūt aliquā celi ſimilitudinem
Si hoc em̄ voluiſſet intelligere cum dicit ſe raptū in celū
idem eſt ad videndū imaginariā ſimilitudinē celi. eodē
mō poterat ſe affirmare raptum eſſe in corpore. id eſt in
ſimilitudinem corporis. et ſic nō fuit neceſſariū diſcernere
quid neſciret ꝛ q̄d ſciret. q2 vtrūqꜫ equaliter ſciret. ſcilꝫ ſe
eſſe raptū in celum ꝛ ſe raptum in corpore. id eſt in ſimili-
tudinem corporis. Hoc aūt accidit in ſomnis. ſciuit er-
go pro certo ꝙ id in quo raptus fuit vere erat celum. ergo
ſciuit an eſſet corpus an res incorporea. ſi em̄ erat corpus
in eo rapiebatꝰ corporaliter. ſi vero res erat incorporea.
in ea corporaliter rapi nō poterat Reſtat ergo ꝙ apl's nō
dubitauit an raptus iſte eſſet corporalis vel ſpūalis tm̄.
ſed ſciuit ſolo intellectu ſe in il. celum eſſe raptū. dubi-
tauit aūt in iſto raptu an aīa eius eſſet in corpore an non Opinio 2ª
¶ Et hoc q̄dā alij ꝯcedūt. ſed dicūt ꝙ q̃uis in iſto ra-
ptu apl'us hoc neſciuit. ſciuit tñ illud poſtea. ꝯiciens ex
illa viſione quā ꝑus habuerat. in illo em̄ raptu tota mēs
eius in diuina ferebatꝰ. et ꝑ hoc nō ꝑcipiebat ꝙ aīa eſſꝫ in
corpore an nō. Sed hoc etiā expreſſe ꝯtrariatꝰ ꝟbis apl'i.
ſicut em̄ diſtinguit quid ſciuit ꝛ q̄d neſciuit. ita diſtinguit Reprobat
ꝑſens a ꝑterito. quaſi ꝑteritū narrat raptū hominem ante
annos quatuordecim. ſed q̄ſi ꝑſens ſe ſcire ꝯfitetur aliq̄d
et aliquid neſcire. ergo poſt annos quatuordecim ab illo
raptu adhuc neſciebat an in corpore an extra corp⁹ fuerit
quādo raptus fuit ¶ Et ideo alij dicūt ꝙ nec in raptu ſci Tercia opi
uit nec poſt an aīa eſſet in corpore ſcḋm aliquē modū ꝛ non
ſimpl'r. dicūt em̄ ꝙ ſciuit ꝛ tūc ꝛ poſtea ꝙ anima vniebatꝰ
corpori vt forma. ſed neſciuit vtrū corpori hoc mō vniretꝰ

vt eius anima aliquid a ſenſib⁹ acciperet. Vel ſm alios
vtrū vires nutritiue eſſent in ſuis actib⁹ ſ(ic)ꝰ quas aīa cor
Repba° pus animaret ¶ Sed h̄ etiā nō videt̄ ꝯſonū verbis apl'i
qui dicebat ſe neſcire an in corpore fuit an extra corpꝰ ſim
pliciter. Et preterea hoc ad rem nō multuz ꝑtinere videt̄.
Quarta vt diceret ſe neſcire. vtrū tali vel tali mō in corpe fuerit.
opi. ⁊ ſ(ol)a. et quo aīa oīno a corpe ſeparata nō erat. Et ideo dōm
ꝙ ſimplr̄ neſciuit an aīa eſſet corpori ꝯiūcta an non. et h̄
eſt qđ Augꝰ dr̄. xij. ſup gen̄. ad litterā. poſt longā inquiſi/
tionem ꝯcludit dicens. Reſtat ergo fortaſſe vt hoc ipm
eum intelligamus ignoraſſe. vtrū qn̄ in terciū celū rapꝰ
eſt in corpore fuit. quo mō erat aīa in corpe. cū corpus vi
uere dr̄ ſiue vigilantis ſiue dormientis. ſiue in extaſi ſiue a
ſenſib⁹ corporeis alienata. an oīno de corpe exierit vt mor
tuū corpus iaceret, donec pacta illa demonſtratōe mor/
tuis mēbris aīa redderet̄. et nō quaſi dormiens euigela/
ret aut extaſi alienatus rediret in ſenſus. ſed oīno mor
tuus reuiuiſceret.

Ad 1. ☞ Ad pmū dōm. ꝙ ſicut dicit Augꝰ. xij. ſup gen̄. ad
litterā. vtruz in corpore an extra corpus dubitat apl'us.
vnde illo dubitante quis noſtruz certus eſſe audeat, vn̄
Augꝰ. hoc indeterminatū relinquit. Q; aūt poſteriores
aliqđ de hoc determinār. loquitur magis ex ꝓbabilitate
ꝙ ex certitudine. ex quo fieri poterit ꝙ aīa illa adhuc vni
ta remanens hoc mō raperet̄ ſicut ſe raptū dicit apoſto/
lus. vt ex dictis patz ꝓbabilius eſt ꝙ vnita remanſit.
Ad 2 ¶ Ad ſecūdū dōm. ꝙ rō illa ꝓcedit ꝯtra intellectū ver/
borum apoſtoli ꝑ mo poſitum. quo intelligitur ipm dubi
taſſe nō de ꝯditione raptus. id eſt vtrū aīa vnita corpo/
ri fuit. ſed de mō raptus. ſcʒ vtrū raptus fuit corporalis
Ad 3 vel ſpūaliter tm̄ ¶ Ad terciū dōm. ꝙ ꝑ ſynodochen qn̄
ꝙ pars hoīs homo noīatur. et ꝑcipue aīa que eſt eminen
tior hoīs pars. Quāuis etiā poſſit eū intelligi quez ra/
ptum dicit nō tūc fuiſſe hominē qn̄ raptus fuit. ſed poſt
annos quatuordecim quādo apoſtolꝰ ſcʒ dicebat. ſcio
Ad 4 hominē in chriſto. nō autē dicit hominez raptum vſqʒ ad
terciū celum ¶ Ad quartū dōm. ꝙ dato ꝙ fuit in illo ſta
tu anima apoſtoli a corpore ſeparata. illa tamē ſeparatio
nō fuit per aliquem naturalē modū. ſed per virtutem di/
uinam ipſam animam a corpore extrahentem. nō autem
ad hoc ꝙ ſimpliciter ſeparata remaneret. ſed ad tempus
et pro tanto raptus dici potuit. etſi nō oīs mors rapꝰ
Ad 5 dici poſſit ¶ Ad quintum dōm. ꝙ ſicut dicit Augꝰ. xij.
ſuper gen̄. ad litteram. apoſtolo abrepto a carnis ſenſib⁹
in tercium celum ad paradiſum hoc ipſuʒ certe defuit ad
plenam ꝑfectamqʒ cognitōnem rerum que in angelis eſt.
qđ ſiue in corpore ſiue extra corpus eſſet neſciebat. Hoc
itaqʒ non deerit cū receptis corporib⁹ in reſurrectiōe mor
tuoꝝ corruptibiliū hoc induet incorruptōem. Et ſic patz
Ad 6 ꝙ licet eius viſio ꝗ̄tum aliquid fuerit ſimilis viſioni bea/
torum. tn̄ ꝗ̄tum ad aliquid fuit imꝑfectior ¶ Ad ſextū
dōm. ꝙ Paulus nō fuit raptus ad videndum deum vt
eſſet beatus ſimpliciter. ſed vt teſtis eſſʒ beatitudinis ſan
ctorum et diuinorum myſteriorum que ei reuelata ſunt.
vnde illa tm̄ vidit in viſione verbi propter que cognoſcē
da rapiebatur. non aūt omni modo ſicut erit in beatis. ꝓ
cipue poſt reſurrectionem. Tunc eīn. vt Auguſtinus ꝑ/
miſſis verbis ſubiungit. omnia erunt euidentia ſine vl/
la falſitate. ſine vlla ignorantia.

# Queſtio. xiiij. de fide.

Et habet duodecim queſtiones. Prima
quid ſit credere. Secūda quid ſit fides. Ter
cia vtrū fides ſit virtus. Quarta. in quo ſit
fides ſicut in ſubiecto. Quinta. vtrum forma fidei ſit
charitas. Sexta. vtrum fides informis ſit virtus. Se/
ptima. vtrum ſit idem habitus fidei informis ⁊ formate
Octaua. vtrū ꝓpriū obiectū fidei ſit veritas ꝑma. No/
na. vtrū fides poſſit eſſe de reb⁹ ſcitis. Decima. vtrū ho/
mini ſit neceſſariū habere fidem. Undecima. vtꝝ neceſſa
rium ſit explicite credere. Duodecima. vtruz ſit vna fi/
des modernoꝝ ⁊ antiquorum

## ¶ Materia. xiiij. ¶ De Fide

# Queſtio eſt de fide.

Et primo querit̄ quid ſit credere
Dicit̄ aūt ab Aug°. in lib. de ꝑdeſti
natōne ſctōꝝ. et habet̄ in glo. i. Coꝝ.
iij. ſup illud. nō ſufficiētes ſumus ⁊c.
ꝙ credere eſt cū aſſenſione cogitare.
Videt̄ aūt ꝙ incōuenienter. ſciens eīn
a credente diſtinguit̄. vt pʒ ꝑ Augm̄. in libro de vidēdo 1.
deum. ſed ſciens inꝗ̄tum ſciens cogitat aliquid ⁊ aſſen/
tit. ergo incōuenienter deſcribit̄ credere. cū dr̄. credere eſt
cum aſſenſione cogitare ¶ Pre. Cogitatio quādā inꝗ/ 2
ſitionē importat. dicit̄ eīn cogitare quaſi coagitare. id eſt
diſcutere vel conferre vnū cū altero. ſed inquiſitio a fidei
rōne remouetur. qr̄ vt dr̄ Damaſ. fides eſt nō inquiſitus
conſenſus. ergo male dr̄ ꝙ credere ſit cū aſſenſione ⁊c.
¶ Pre. Credere eſt actus intellectus. ſed aſſenſio vide
tur ad affectū ꝑtinere. dicimur eīn affectu in aliqđ ꝯſenti 3
re. ergo aſſenſio ad credere nō ꝑtinet ¶ Pre. Nullꝰ co
gitare dr̄ niſi qn̄ actualiter aliquid conſiderat. vt patz ꝑ 4
Augm̄. xiiij. de trini. ſed qui actualiter non cogitat aliqđ
dr̄ credere. ſicut fidelis dormiens. ergo credere nō eſt co
gitare. ¶ Pre. Simplex lumen ſimplicis cognitionis 5
ꝑncipiū eſt. ſed fides eſt qđdā ſimplex lumen. vt patz per
Dyo. vij. ca. de diui. ergo credere qđ eſt ex fide eſt ſim/
plex cognitio. ⁊ ſic nō eſt cogitare. qđ dr̄ cognitōnez colla
tiuā ¶ Pre. Fides vt dr̄ ꝯmuniter ꝑme veritati ꝓpter 6
ſeipſam aſſentit. ſed qui aſſentit alicui ꝯferendo nō aſſen/
tit ei ꝓpter ſeipm. ſed ꝓpter aliquid ad qđ confert. ergo in
credendo non eſt aliqua collatio. ⁊ ita nec cogitatio.
¶ Pre. Fides eſt certior oīmi ſcīa ⁊ oīmi cognitōe. ſʒ ꝑn 7
cipia ꝓpter ſui certitudinē ſine cogitatōe vel collatiōe co/
gnoſcuntur. ergo ⁊ credere ſine cogitatōe eſt ¶ Pre. Vir 8
tus ſpūalis eſt efficacior corpali. ꝗ̄ ⁊ lux ſpūalis eſt potē/
tior ꝗ̄ lux corporalis. ſed lux corpalis exterior ꝑficit ocu
lum ad hoc ꝙ ꝯgnoſcat ſtatim viſibilia corporalia. ad qđ
nō ſufficiebat lux innata. ergo lux ſpūalis diuinitꝰ adue/
niens ꝑficiet intellectū ad cognoſcendū ea. etiā ad q̄ non
ſufficit rō naturalis ſine aliqua cogitatiōe ⁊ collatione. et
ſic credere ſine cogitatōe eſt ¶ Pre. Cogitatiua poten/ 9
tia a ph'is ponit̄ in parte ſenſitiua. ſed credere nō eſt niſi
mentis. vt Augꝰ. dr̄. ꝗ̄ credere nō eſt cogitare.
☞ Reſpō dōm. ꝙ Augꝰ. ſufficienter deſcribit credere. Rſ°
cū ꝑ hmōi definitōnem eius eſſe demonſtret̄ ⁊ diſtinctio
ab oīb⁹ alijs actib⁹ intellectꝰ. Qđ ſic pʒ. intellectꝰ eīn ſm

phm in libro de aĩa. duplex est operatio. vna qua format
ſimplices rerum quidditates. vt quid est hõ vel q̃d est
aĩal. in qua q̃dem operatõe nõ inuenit̃ verũ ꝑ ſe nec falſuz
ſicut nec in vocibꝫ incõplexis ¶ Alia operatio est intelle/
ctus ſm quã ꝯponit ⁊ diuidit affirmãdo ⁊ negando. et
in hac iam inuenit̃ verũ ⁊ falſum ſicut ⁊ in voce ꝯplexa. q̃
est ſignũ eius. nõ aũt inuenit̃ credere in p̃ma opatõe ſed
in ſecũda. credimus eñ vera. ⁊ diſcredimus falſa. vnde et
apud arabes p̃ma operatio intellectus vocat̃ imaginatio
ſecũda aũt vocat̃ fides. vt pȝ ex verbis cõmeñ. in tercio
de aĩa. Intellectus aũt potentialis cũ q̃ꝫtum est de ſe ſit
in potentia reſpectu omniũ intelligibiliũ formaꝝ. ſicut et
materia p̃ma reſpectu omniũ ſenſibiliũ formaꝝ. est etiaȝ
q̃ꝫtum est de ſe nõ magis determinatus ad hoc ꝙ adhe/
reat ꝯpoſitõi q̃ꝫ diuiſioni. vel ecõuerſo. Omne aũt qḋ est
indeterminatũ ad duo nõ determinat̃ ad vnũ eoꝝ niſi ꝑ
aliqḋ mouens. intellectus aũt potentialis nõ mouet̃ ni/
ſi a duobꝫ. ſcȝ a ꝓprio obiecto. qḋ est forma intelligibilis.
ſcȝ qḋ quid est. vt dꝛ in. iij. de aĩa. ⁊ a volũtate que mouet
oẽs alias vires. vt dꝛ Anſel. Sic igit̃ intellectus no/
ſter potentialis reſpectu partiũ ꝯtradictõis ſe hȝ diuerſi
mode. Qñqꝫ eñ nõ magis inclinat̃ ad vnũ q̃ꝫ ad aliud.
ꝓpter defectũ mouentiũ. ſicut in illis ꝓbleumatibꝫ de q̃bꝫ
rõnes nõ habemus. vel ꝓpter apparentẽ equalitatẽ eoruȝ
que mouent ad vtraqꝫ partẽ. ⁊ illa est dubitãtis diſpoſi/
tio qui fluctuat inter duas ptes ꝯtradictõis. Qñqꝫ ṽo
intellectus magis inclinat̃ ad vnũ q̃ꝫ ad alterũ. ſed tñ il/
lud inclinans nõ ſufficiẽter mouet intellectũ ad hoc ꝙ de
terminet ipſum ad vnã partiũ totaliter. vñ accipit q̃dem
vnã partem. tñ ſemper dubitat de oppoſita. et hec est di/
ſpoſitio opinãtis q̃ accipit vnã partẽ ꝯtradictõis cũ for/
midine alterius. Qñqꝫ vero intellectus potentialis de/
terminat̃ ad hoc ꝙ totaliter adhereat vni parti. ſed hoc
est quandoqꝫ ab intelligibili. qñqꝫ a voluntate. Ab intel/
ligibili q̃dem. qñqꝫ mediate. qñqꝫ immediate. Immedi/
ate q̃dem qñ ex ipſis intelligibilibꝫ ſtatim veritas ꝓpoſi/
tionũ ⁊ intelligibiliũ infallibiliter apparet. et hec est diſpo
ſitio intelligentis principia que ſtatim cognoſcunt̃ notis
terminis. vt phus dt. et ſic ex ipſo qḋ quid est intellectus
determinat̃ ad hmõi ꝓpoſitiones. Mediate ṽo qñ cogni
tis definitõibꝫ terminoꝝ intellectus determinat̃ ad alte
ram partẽ ꝯtradictõis virtute p̃moꝝ p̃ncipioꝝ. ⁊ iſta est
diſpoſitio ſcientis. Qñqꝫ vero intellect᷒ nõ p̃t determi/
nari ad alterã partem ꝯtradictõnis. neqꝫ ſtatim ꝑ ipſas
definitões terminoꝝ ſicut in p̃ncipijs. ſed etiã nec virtu/
te principioꝝ. ſicut in ꝯcluſionibꝫ demonſtratiuis est. de/
terminatur autẽ per volũtatem. que elegit aſſentire vni
parti determinate ⁊ preciſe ꝓpter aliquid qḋ est ſufficiẽs
ad mouendũ volũtatem. non aũt ad mouendũ intellectũ
vtpote qꝛ videtur bonũ vel ꝯueniens huic parti aſſenti
re. et iſta est diſpoſitio credentis. vt cũ aliq̃s credit dictis
alicuius hoĩs. qꝛ videtur decens ei ⁊ vtile. Et ſic etiã mo
uemur ad credendũ dictis inq̃ꝫtum nobis repromittitur
ſi crediderimus p̃mium vite eterne. et hoc premio moue
tur volũtas ad aſſentiendum his que dicuntur ꝑ fidem
q̃uis intellectus nõ moueat̃ ꝑ aliqḋ intellectũ. Et ideo
dicit Aug᷒. ꝙ cetera p̃t homo nolens. ſed credere nõ ni/
ſi volẽs ¶ Patȝ ergo ex dictis. ꝙ in illa operatõe intelle
ctus qua format ſimplices rerũ q̃dditates nõ inuenitur
aſſenſus. cũ nõ ſit ibi verũ vel falſum. nõ eñ dicimur ali/
cui ꝯſentire niſi qñ inheremus ei quaſi vero. Sĩliter eti
am dubitans nõ habȝ aſſenſum. cũ nõ inhereat vni parti
plus q̃ꝫ alteri. Similiter etiã nec opinans. cum nõ firme/
tur eius acceptio circa alterã partem. ¶ Sententia aũt vt Sñia q̃d
dicit Iſaac ⁊ Auicen. est ꝯceptio diſtincta ⁊ certiſſima al
terius partis contradictõis. aſſentire aũt a ſententia dꝛ
Intelligens q̃dem hȝ aſſenſum. qꝛ certiſſime alteri parti
inheret. nõ hȝ aũt cogitatõem. qꝛ ſine aliqua collatõe de/
terminat̃ ad vnũ. Sciens vero hȝ cogitatõnem ⁊ aſſen/
ſum terminãtem cogitatõem. Ex ipſa eñ collatõe p̃ncipi
orum ad ꝯcluſiones aſſentit ꝯcluſionibꝫ reſoluendo eas
in p̃ncipia. ⁊ ibi figitur motus cogitantis ⁊ quietat̃. In
ſcientia eñ motus rõnis incipit ab intellectu p̃ncipiorum
et ad eũdem terminat̃ ꝑ viam reſolutionis. et ſic non ha/
bet aſſenſuȝ ⁊ cogitatõem quaſi ex equo. ſed cogitatio in/
ducit ad aſſenſum. ⁊ aſſenſus quietat cogitatõem. ſed in
fide est aſſenſus ⁊ cogitatio quaſi ex equo. nõ eñ aſſenſus
ex cogitatõe cauſat̃. ſed ex volũtate. vt dictũ est. Sed qꝛ
intellectus nõ hoc mõ determinat̃ ad vnũ. vt ad ꝓprium
terminũ ꝑducatur qui est viſio alicui᷒ intelligibilis. inde
est ꝙ eius motus nõdum est quietatus. ſed adhuc habȝ
cogitatõem ⁊ inquiſitõem de his que credit. q̃uis enim
firmiſſime aſſentiat q̃ꝫtum est de ſeipſo. nõ tñ est ei ſatiſfa
ctũ. nec est ex ſe terminatus ad vnuȝ. ſed terminat̃ tñ ab
extrinſeco. et inde est ꝙ intellectus credentis dꝛ eſſe capti
uatus. qꝛ tenet̃ terminis alienis ⁊ nõ ꝓprijs. ij. ad Coꝛ.
x. in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ. Inde est ꝙ
etiã in credente p̃t inſurgere motus de ꝯtrario huius qḋ
firmiſſime tenet. q̃uis nõ in intelligente vel ſciente. Sic
igit̃ ꝑ aſſenſum ſeparat̃ credere ab operatõne qua intelle/
ctus formas inſpicit. id est quidditates. ⁊ dubitatione et
ab opinione. per cogitatõem vero ab intellectu. ſed per h̃
ꝙ habet cogitatõem ⁊ aſſenſum quaſi ex equo etiã a ſciẽ
tia ſeparatur ¶ Et ꝑ hoc pȝ ſolutio ad p̃mũ Ad 1
Ad. ij. dõm. ꝙ licet fides dicat̃ nõ inq̃ſitus aſſenſus Ad 2
inq̃ꝫtum aſſenſus fidei vel ꝯſenſus non cauſat̃ ex inquiſi/
tione rõnis. tñ nõ excluditur ꝑ hoc quin in intellectu cre/
dentis adhuc remaneat aliq̃ cogitatio vel collatio de his
que credit ¶ Ad terciũ dõm. ꝙ volũtas reſpicit aliquaȝ Ad 3
p̃cedentẽ potentiã ſcȝ intellectuȝ. nõ aũt intellect᷒. ⁊ ideo
aſſentire ꝓpꝛie ꝑtinet ad intellectũ. qꝛ importat abſolutã
adherentiã ei cui aſſentitur. ſed ꝯſentire est ꝓpꝛie volũta
tis. qꝛ ꝯſentire est ſimul cum alio ſentire. ⁊ ſic dꝛ in oꝛdine
vel ꝑ ꝯparatõem ad aliq̃d p̃cedens ¶ Ad quartũ dõm Ad 4
ꝙ habitus ꝑ actus cognoſcitur. ⁊ actuũ p̃ncipia ſunt ipi
habitus. Et inde est ꝙ interdũ habitus noĩbꝫ actuũ no
minãtur. et ſic nomina actuũ qñqꝫ ſumũtur ꝓpꝛie quaſi ꝓ
actibꝫ ipſis. qñqꝫ vero ꝓ habitu. Credere igit̃ ſm ꝙ actũ
fidei importat ſemꝑ hȝ actualẽ ꝯſideratiõem. nõ aũt ſm
ꝙ credere accipit̃ ꝓ habitu. ſic aũt credere dicit̃ doꝛmiẽs
inq̃ꝫtum habitũ fidei habet ¶ ¶ Ad. v. dõm. ꝙ fides ha Ad 5
bet aliquid ꝑfectiõis. ⁊ aliq̃d impfectionis. Perfectõnis
q̃dem est ipſa firmitas q̃ ꝑtinet ad aſſenſum. Sed impꝑ/
fectionis est carentia viſionis ex qua remanet adhuc mo
tus cognitõis in mente credentis. Ex lumine igit̃ ſimpli
ci qḋ est fides cauſat̃ id qḋ ꝑfectionis est. ſcȝ aſſentire. ſed
inq̃ꝫtum illud lumen nõ ꝑfecte ꝑticipat̃. nõ tollitur totali
ter impꝑfectio intellectus. ⁊ ſic motus cognitõis in ipo re
manet inquietus ¶ Ad. vi. dõm. ꝙ rõ illa ꝓcedit vel cõ/ Ad 6
cludit ꝙ cognitio nõ est cauſa aſſenſus fidei. nõ aũt quin
aſſenſus fidem ꝯcomitetur ¶ Ad. vij. dõm. ꝙ certitudo Ad 7
duo p̃t importare. ſcilȝ firmitatẽ adheſionis. ⁊ q̃ꝫtum ad
hoc fides est certioꝛ. etiã omĩ intellectu ⁊ ſcientia. qꝛ p̃ma
veritas que cauſat fidei aſſenſum est fortioꝛ q̃ꝫ lumen rõ/

nis. que cauſat aſſenſum intellectus vel ſcientie. Impor/
tat etiã euidẽtiã eius cui aſſentiẽdũ eſt. ⁊ ſic fides nõ ha
bet certitudinẽ ſed ſcia ⁊ intellectus. ⁊ exinde cognitiõeʒ
Ad 8 habet. ¶ Ad. viij. dõm. ꝙ rõ illa ꝓcederet ſi lux illa ſpiri
tualis pfecte participaret a nobis qđ erit in patria vbi ea
que nũc credimus pfecte videbimus. nũc aũt ꝙ nõ mani
feſte appareant ea ad que lux illa agnoſcenda pficit. eſt ex
defectiua participatõe illius. nõ ex inefficacia illꝰ ſpũalis
Ad 9 luminis. ¶ Ad ix. dõm. ꝙ potentia cogitatiua eſt. q̃ eſt
altiſſimũ in parte ſenſitiua. vbi attingit quodãmodo ad
partem intellectiuã. vt aliqđ participet eius qđ eſt in in/
tellectiua parte infimũ. ſcʒ rõnis diſcurſum ſm regulam
Dyo. vij. ca. de di. no. ꝙ pncipia ſecũdoꝝ coniũgũtur fi/
nibꝰ pmoꝝ. vnde etiam ipſa vis cogitatiua vocat̃ parti/
cularis rõ. vt pʒ p cõmen. iij. de aĩa. nec eſt niſi in homine
loco cuius in brutis eſt eſtimatio naturalis. ⁊ ideo ipſa q̃ñ
qʒ vniuerſalis rõ que eſt in parte intellectiua ꝓpter ſimili/
tudinem operatõis a cogitatõe noĩatur

.i. **Secũdo querit̃. quid** ſit fides. Et dr̃ aplũs hebꝛe. xi. ꝙ eſt ſubſtantia
rerũ ſperandarũ argumentũ nõ apparentiũ ¶ Et vide
tur ꝙ male dicat. ſubſtantia. qꝛ nulla qualitas eſt ſubſtã/
tia. ſed fides eſt qualitas. cũ ſit virtus. que eſt bona quali
2 tas mentis ⁊c. ergo fides nõ eſt ſubſtantia ¶ Pre. Om
ne ſpũale ſupaddit̃ ad eſſe naturale. ⁊ eſt pfectio eius. vñ
et dr̃ eſſe ei ſimile. ſed in eſſe naturali hoĩs eſt ſubſtãtia
ipſa eſſentia aĩe. que eſt actus pmus. non aũt potentia. q̃
eſt pncipiũ actus ſecũdi. ergo etiã in eſſe ſpũali non debet
dici ſubſtantia ipſa fides vel aliqua alia virtus. que eſt ꝓ
ximũ operatõis pncipiũ. vnde ⁊ potentiaꝫ pficit. ſed ma/
gis gratia a qua eſt ipſum eſſe ſpũale ſicut ab actu pmo
et que ipſam aĩe eſſentiã pficit. ¶ Sed diceres. ꝙ fides
dicitur ſubſtantia inq̃ʒtum eſt pma inter alias virtutes.
3 ¶ Sed ↄtra. virtutes conſiderãtur tripl'r. ſcʒ q̃ʒtum ad
habitus. q̃ʒtum ad obiecta. et q̃ʒtum ad potentias. ſed
q̃ʒtum ad habitus fides nõ eſt aliis pꝛ. nõ eñ hec defi/
nitio videtur dari de fide niſi ſm ꝙ eſt formata. ſic eñ ſo
lũmodo eſt fundamentũ. vt Augꝰ dr̃. habitus aũt gra/
tuiti oĩes ſimul infundũtur. Similiter etiam nec q̃ʒtum
ad obiecta fides pꝛ eſſe videt̃ aliis. non eñ fides magis
tendit in ipſum verũ. qđ habet ꝓpꝛium eſſe eius obiectuʒ
q̃ʒ charitas in ſummũ bonũ. vel ſpes in ſummũ arduum
vel in ſummã dei liberalitatẽ. Similiter nec q̃ʒtum ad potẽ
tias. qꝛ oĩs virtus gratuita videt̃ reſpicere affectuʒ. ergo
fides nullo mõ ẽ aliis pꝛ. et ſic nõ debet dici aliaꝝ funda
4 mentũ vel ſubſtantia ¶ Pre. Res ſperande magis ſub
ſiſtũt in nobis p charitatẽ q̃ʒ p fidẽ. hec g̃ definitio vide
5 tur magis ꝓprie ↄuenire charitati q̃ʒ fidei. ¶ Pre. Cũ
ſpes generet̃ ex fide. vt pʒ in glo. Math. pº. ſi quis recte
ſpem definiat. opoꝛtʒ ꝙ fides in eiꝰ definitiõe ponat̃. ſpes
aũt ponit̃ in definitõe rei ſperande. ſi ergo res ſperãda po
nit̃ in definitõe fidei erit circulatio in definitõibꝰ. qđ eſt
incõueniens. qꝛ ſic erit aliqđ pus ⁊ notius ſeipſo. ↄtingit
tñ idẽ in definitõe ſuipſius poni. in definitõibꝰ loco nomi
6 nũ acceptis. ↄtinget etiã definitões eẽ infinitas ¶ Pre.
Diuerſoꝝ habituum diuerſa ſunt obiecta. ſed virtutes
theologice idem habent ꝓ fine ⁊ obiecto. ergo virtutibꝰ
theologicis opoꝛtet ꝙ diuerſaꝝ virtutũ ſint diuerſi fines
7 ſed res ſperanda eſt ꝓprius finis ſpei. ergo nõ debet in de
finitione fidei poni nec vt obiectũ ¶ Pre. Fides magis
pficitur p charitatem q̃ʒ p ſpem. vñ ⁊ p charitatẽ forma
ri dicit̃. ergo in definitõne fidei magis debet poni obiectũ
charitatis. qđ eſt bonũ vel diligendum. q̃ʒ obiectum ſpei
qđ eſt res ſperanda ¶ Pre. Fides pciſe reſpicit omnes 8
articulos. ſed articuli nõ oĩes ptinent ad res ſperandas
ſed ſolum vnus vel duo. ſcʒ carnis reſurrectionẽ. ⁊ vitaʒ
eternã. nõ ergo res ſperanda in definitõe fidei poni de/
bet ¶ Pre. Argumentũ eſt actus rõnis. ſed fides ẽ coꝝ
que ſunt ſupra rõnem. ergo nõ debet dici argumentum. 9
¶ Pre. In anima eſt duplex motus. ſcʒ in animã. ⁊ ab
aĩa. In motu aũt ad animã eſt pncipiũ extrinſecũ. In mo 10
tu aũt ab aĩa intrinſecũ. ſed nõ pt eſſe idẽ intrinſecum ⁊
extrinſecũ principiũ. ergo non poteſt eſſe idem motus q̃
eſt ab anima ⁊ ad aĩam. ſed cognitio pficitur in motu ad
animam. affectio vero in motu ab aĩa. ergo nec fides nec
aliquid aliud poteſt eſſe pncipiũ affectionis ⁊ cognitiõis
ergo in definitõe fidei incõuenienter ponit̃ aliquid ptinẽs
ad affectionem. ſcʒ ſubſtantia rerũ ſperandarũ. ⁊ aliquid
ptinens ad cognitõem ſcʒ argumentũ ⁊c. ¶ Pre. Vnꝰ 11
habitus nõ pt eſſe diuerſarum potentiaꝝ. affectiua aũt ⁊
intellectiua ſunt diuerſe potentie. cũ ergo fides ſit vnus
habitus. nõ poteſt ad affectõem ⁊ cognitõnem ptinere.
et ſic idem qđ prius ¶ Pre. Vnius habitus vnus eſt 12
actus. cũ ergo in definitõe fidei ponãtur duo actus. ſcilʒ
facere res ſperandas ſubſtare in nobis. ſm quẽ actũ dicit̃
ſubſtantia rerum ſperandarũ. ⁊ arguere mẽtem ſm quẽ
dicitur argumentũ non apparentiũ. videt̃ ꝙ incõuenien/
ter deſcribatur. ¶ Pre. Intellectus eſt pꝛioꝛ affectu. ſed 13
ex hoc ꝙ dr̃ ſubſtantia ⁊c. pertinet ad affectum. Quod
ꝟo ſubiungit̃ argumentũ ⁊c. ptinet ad intellectũ. g̃ male 14
oꝛdinãtur partes deſcriptõis predicte. ¶ Pre. Argu/
mentũ dicit̃ quod arguit mentem ad aſſentiendũ alicui.
ſed mens arguitur ad aſſentiendũ aliquibꝰ. ex hoc ꝙ illa 15
ſunt ei apparentia. ergo videtur eſſe oppoſitio in adiecto.
cum dr̃ argumentum ⁊c. ¶ Pre. Fides cognitio q̃dam
eſt. ſed omnis cognitio eſt ſm ꝙ aliquid apparet cognoſcẽ
ti. tã eñ in ſenſitiua q̃ʒ in intellectiua cognitõe apparet ali
quid. ergo incõuenienter dr̃ ꝙ fides non ſit apparentiũ
¶ Reſponſio dõm. ꝙ ſm quoſdam aplũs p hanc de R°
finitionem nõ intendit oſtendere quid ſit fides. ſed quid
faciat fides. Videtur aũt potiꝰ eſſe dõm ꝙ hec fidei no
tificatio ſit ↄpletiſſima eius definitio. nõ ita ꝙ ſit ſm foꝛ
mã debitam definitionis tradita. ſed quia in ea ſufficien
ter tangũtur omnia que exigũtur ad fidei definitionem.
Quãdoqʒ eñ ipſis phis ſufficit tangere pꝛincipia ſyllo
giſmoꝛum ⁊ definitionũ. quibus habitis nõ eſt difficile
in foꝛmas debitas reducere ſm artis doctrinaʒ. Huius
aũt ſignũ eſt ex tribꝰ. Pꝛimo ex hoc ꝙ omnia pꝛincipia ex
quibꝰ eſſe fidei dependet in hac definitione tangũtur. cũ
eñ diſpoſitio credentis. vt ſupꝛa dictum eſt. talis ſit ꝙ in
tellectus determinetur ad aliquid p volũtatem. volun/
tas autẽ nihil facit niſi ſm ꝙ eſt mota per ſuũ obiectum.
qđ eſt bonũ appetibile ⁊ finis. ¶ Requirit̃ ad fidem du/
plex pꝛincipium. vnũ pncipium qđ eſt bonũ mouens vo
luntatem. et ſecũdo id cui intellectus aſſentit voluntate
faciente. Eſt aũt duplex bonũ hominis. Vnũ qđ pmo
volũtatem mouet quaſi vltimus finis. quoꝝ vnũ eſt ꝓ/
portionatum nature humane. qꝛ ad ipſum obtinendum
vires naturales ſufficiunt. ⁊ hoc etiaʒ felicitas eſt de qua
phi loquuti ſunt. vel contemplatiua que conſiſtit princi
paliter in actu ſapientie. vel actiua que conſiſtit pꝛimo in
actu prudentie. ↄſequenter in actibus aliarũ virtutum

moraliū. Aliud eſt bonum hominis qđ nature humane
ꝓportionē excedit. q2 ad ipſum obtinendū vires natura/
les nō ſufficiunt. nec etiā ad cogitandū vel deſiderandū
ſed ex ſola diuina liberalitate homini repromittitur. Eſaie
lxiiij. oculus non vidit deus abſq̄ te. ⁊c. et hoc eſt vita
eterna. ⁊ ex hoc humana volūtas inclinatur ad aſſentiendū
his que ꝑ fidē tenet. Joh. vi. qui videt filiū ⁊ credit in eū
vitam eternā hz. Nihil aūt pt ordinari in aliquē finez niſi
preexiſtat in ipſo q̄dam ꝓportio ad finez. ex qua ꝓueniat in
ipſo deſideriū finis. ⁊ hoc eſt ſm q̄ aliq̄ inchoatio finis ſit
in ipſo. q2 nihil appetit bonū niſi inquantū habet aliquam
eius ſimilitudinē. Et exinde eſt q̄ in ipā natura humana
eſt q̄dā inchoatio ipſius boni qđ eſt nature ꝓportionatū
Preexiſtunt eñ in ipſo naturaliter pncipia demonſtratio
nū ꝑ ſe nota. que ſunt ſemina cōtemplationis ſapiētie. Et
principia quedā iuris naturalis que ſunt ſemina q̄dā vir
tutū moraliū. Unde etiā oportet q̄ ad hoc q̄ homo ordi
netur in bonū vite eterne q̄ quedā inchoatio fiat in eo. cui
repromittitur. vita aūt eterna cōſiſtit in plena dei cognitōe
vt pz Joh. xvij. hec eſt vita eterna. vñ oportet huius co
gnitionis ſupnaturalis aliquā inchoationē in nobis fieri
et hoc eſt ꝑ fidē que eā tenet ex infuſo lumine que natu/
ralē cognitionē excedunt. Cōſueuit aūt in totis que ha/
bent ptes ordinatas prima ps in qua eſt totius inchoatio
dici totius ſubſtātia. vt fundamentū domus. ⁊ carina na
uis. Unde ⁊ phs dr in. xi. metaph. q̄ ſi ens eſſet vnū to/
tū pma pars eius eſſet ſubſtātia. Et ſic fides inquantū
eſt in nobis inchoatio q̄daz vite eterne quā ex diuina re/
promiſſione ſperamus dr ſubſtātia rerū ſperandaꝝ. et ſic
in hoc tangitur fidei cōparatio ad bonū qđ mouet volunta
tem determinantē intellectū. voluntas aūt mota a bono
predicto ꝓponit aliquid intellectui naturali nō apparens
vt dignū cui aſſentiatur. et ſic determinat ipm ad illud non
apparens vt ſcz ei aſſentiat. Sicut igitur intelligibile quod
eſt viſum ab intellectu determinat intellectū. ⁊ ex hoc dr
mentē arguere. Jta etiā ⁊ aliquid nō apparens intellectui
determinat ipm ⁊ arguit mentē neceſſario. ex hoc ipō q̄
eſt a voluntate acceptatū. vt cui aſſentiatur. Vñ ſm aliam
lrām dr cōiunctio. q2 ꝯiungit intellectū modo p̄dicto. ⁊
ita in hoc qđ dr argumentū nō apparentiū tangitur cōpara
tio fidei ad illud cui aſſentit intellectꝰ. Sic ergo habemꝰ
materiā ſiue obiectū fidei in hoc quod dr non apparentiū
Actū. in hoc q̄ dr argumentū. Ordinez ad finē. in hoc q̄
dicit ſubſtātia reꝝ ſperandaꝝ. ex actu eñ datur intelligi et
genus ſcz habitus. q̄ ꝑ actū cognoſcitur. ⁊ ſubiectū .ſ. mens
nec plura reqruntur ad alicuius virtutis definitiōem. vñ
facile eſt ſm dicta definitionē artificialiter formare. vt di/
camus q̄ fides eſt habitus mētis q̄ inchoatur vita eterna
in nobis. faciēs intellectū nō apparentibꝫ aſſentire. Secū/
dum ſignū eſt q̄ ꝑ hāc definitionē diſtinguitur fides ab omi
bus alijs. ꝑ hoc eñ qđ dr nō apparentiū diſtinguitur fides
a ſciētia ⁊ intellectu. Et per hoc qđ dr argumentū diſtin/
guitur ab opinione et dubitatione in q̄ mens non arguitur id
eſt nō determinatur ad aliqđ vnū. Et ſilr ab oibus habi
tibus q̄ non ſunt cognitiui. Per hoc aūt qđ dr ſubſtātia
rerū ſperandaꝝ diſtinguitur a fide cōiter accepta ſm quaz
dicimur credere id qđ vehemēter opinamur. teſtimonio
alicuius hoīs. Et iterū a prudentia ⁊ ab alijs habitibus
cognitiuis qui nō ordinantur ad res ſperandas. vel ſi ordi/
nantur nō fit per eos inchoatio rerum ſperandaꝝ in nobis
Terciū ſignum eſt ex hoc q̄ q̄cunq̄ fidem definire volue
runt nō poterit aliter definire niſi vel ponendo totā defini/
tionem ſub alijs verbis vel aliquā partē eius. Qđ eñ di/
cit Dam. Fides eſt eoꝝ que ſperātur ypoſtaſis. ⁊ redar
gutio eoꝝ que nō videntur. Expreſſe patz idē eſſe cum hoc
qđ Apls dr. Sz qđ Dam. addit vlterius. q̄ fides eſt in
diſtabilis et indicibilis ſpes eoꝝ que nobis a deo annun/
ciata ſunt ⁊ petitionū noſtraꝝ. viſionis eſt quedā explica/
tio eius qđ dixerat ſperandaꝝ ſubſtātia. res eñ ſperande
ſunt pmo nobis diuinitus ꝓmiſſa et ſecūdario q̄cunq̄
alia a deo petimus ad hoc neceſſaria. de q̄bus habetur ꝑ fi/
dem certa ſpes. que nō pt deficere. ⁊ ꝓpter hoc dr indiſta/
bilis. Nec poterūt reprehendi tanq̄ vana. et ꝓpter hoc
dr indicibilis. Qđ vero dr Augꝰ. q̄ fides eſt virtus qua
creduntur que non videntur. Et q̄ iteꝝ dr Dam. Fides eſt
nō inq̄ſitus ꝯſenſus. Et qđ dr Hugo de ſctō. vic. Fides
eſt certitudo q̄dam animi de abſentibꝫ. ſupra opinionē ⁊
infra ſciam. idem eſt ei qđ apls dr. argumentum nō ap/
parentiū. ⁊ tamē infra ſcientiā. quia nō habet viſionem ſi/
cut ſcientia q̄uis habeat ita firmā adheſionem. ſupra opi
nionē tamē dicitur ꝓpter firmitatē aſſenſus. et ſic infra ſciam
dr inquantū eſt nō apparentiū. ſupra opinionē inquantū
eſt argumentū. De alijs aūt pz ꝑ predicta. Qđ aūt dicit
Dyoni. vij. ca. de di. no. Fides eſt manens credentium
fundamentū collocans eos in veritate. ⁊ in eis veritatē.
Jdem eſt ei qđ dr ab Aplo. ſubſtātia rerum ſperandarū
cognitio eñ veritatis eſt ſperanda cum beatitudo nihil
aliud ſit q̄ gaudiū de veritate. vt Augꝰ. dr in li. ꝯfeſ.

¶ Ad primū igitur dōm q̄ fides dr ſubſtātia. nō q2 ſit Ad 1
in genere ſubſtātie. ſed ꝑ quandā ſimilitudinē ſubſtātie.
inquantū ſcz eſt pma inchoatio et fundamentū quoddā
totius ſpiritualis vite. ſicut ſubſtātia eſt fundamentum
omniū entiū. ¶ Ad ſcdm dōm q̄ Apls intendit ꝯparare
fidem non ad ea que ſunt intus. ſed ad ea que ſunt extra Ad 2
q̄uis aūt eſſentia aīe in eſſe naturali ſit principiū ⁊ ſubſtā
tia reſpectu potentiaꝝ ⁊ habituū ⁊ omniū ꝯſequentium
que inſunt ei pmo. non tamē in eſſentia inuenitur habitudo
ad res exteriores ſed in potentia pmo ⁊ ſilr nec in gratia.
ſed in virtute. ⁊ primo in fide. vñ non potuit dici q̄ gratia
eſſet ſubſtātia rerū ſperandaꝝ. ſed fides. ¶ Ad terciū di/ Ad 3
cendū q̄ fides p̄cedit alias virtutes. ⁊ ex parte obiecti. ⁊
ex parte potētie. ⁊ ex parte habitus. Ex pte q̄dem obie/
cti. non ꝓpter hoc q̄ ipſa magis tendat in ſuū obiectū q̄
alie virtutes in ſuū. ſed q2 ſuū obiectū naturaliter primo
mouet. q̄ obiectū charitatis ⁊ aliaꝝ virtutū. quod patz
quia bonū nunq̄ mouet niſi preintentum. vt dr in tercio
de aīa. Sed verū ad hoc q̄ moueat intellectū nō indiget
aliquo motu appetitus. Et inde eſt etiam q̄ actus fidei
naturaliter eſt prior q̄ actus charitatis. Similiter etiaz
habitus q̄uis tēpore ſit ſimul cū alijs virtutibꝫ cum eſt fi
des formata. ⁊ eadem rōne potentia cognoſcitiua eſt na
turaliter prior q̄ affectiua. fides autez eſt in cognoſcitiua
quod patet ex hoc q̄ propriū obiectū fidei eſt verum. nō
aūt bonū. ſed quodāmodo habet cōplementū in volunta
te. vt infra dicetur. ¶ Ad quartū dicendū q̄ patet iam ex Ad 4
dictis q̄ prima inchoatio rerū ſperandaꝝ nō fit in nobis
per charitatē. ſed ꝑ fidem. nec eſt etiā charitas argumen
tum. vnde nullo mō hec deſcriptio ei cōpetit. ¶ Ad q̄n/ Ad 5
tum dōm q̄ illud bonū quod inclinat ad fidem excedit
rationē. et ideo eſt innominatū. ⁊ ideo etiam per quandā
circūloquutionē loco eius poſuit rem ſperandam. qđ fre/
quenter in definitionibus accidit. ¶ Ad ſextum dōm q̄ Ad 6
quelibet potentia habet aliquē finem qui eſt bonū ipſius.
non tamē quelibet potētia reſpicit ad rōnem finis vel bo/

ni vt bonum eſt.ſed ſola voluntas. Et inde eſt ꝙ volun-
tas mouet omnes alias vires.quia ex finis intentione in
choatur omnis motus. Licet ergo verum ſit finis fidei
tamen verũ non dicit rõnem finis. vnde non debuit poni
quaſi finis fidei ſed aliquod quod pertinet ad affectum.
Ad 7 ¶ Ad ſeptimũ dõm ꝙ res diligenda poteſt eſſe preſens
et abſens.ſed res ſperanda nõ eſt niſi abſens ad Roma.
viij.qđ em̃ videt quis.quid ſperat.vnde fides cum ſit de
abſentibus.eius finis magis exprimit̃ proprie ꝑ rem ſpe
Ad 8 randam ꝙ̃ ꝑ rem diligendã ¶ Ad octauũ dõm ꝙ articu-
lus eſt quaſi materia fidei.res aũt ſperanda non ponit̃ vt
materia.ſed vt finis.vñ rõ non ſeq̃tur. ¶ Ad nonũ dicẽ-
Ad 9 dum ꝙ argumentũ multipl'r dicit̃.quãdoq3 em̃ ſignat ip-
Diſtĩctõ ſum actum rõnis diſcurrentis de principijs in concluſio-
nes.⁊ quia tota vis argumenti cõſiſtit in medio termino
Jdeo q̃nq3 medius terminus dr̃ argumentum. Et inde
eſt ꝙ librorꝝ prohemia argumenta vocant̃ in q̃bus eſt q̃-
dam ꝑlibatio breuis totius operis ſequentis.⁊ quia per
argumentũ aliquid manifeſtat̃. et principiũ manifeſtatio
nis eſt lumen. ipſum lumẽ quo aliquid cognoſcit̃ poteſt
dici argumentũ. Et his quatuor modis fides poteſt di
ci argumentũ. Primo q̃dem mõ inquantũ ratio aſſentit
alicui ex hoc ꝙ eſt a deo dictum. ⁊ ſic ex autoritate dicen-
tis efficitur aſſenſus in credente.qꝛ etiã in dialecticis ali
quod argumentũ ab autoritate ſumit̃. Secũdo mõ dici
tur fides argumentũ non apparentiũ.inquantũ fides eſt
mediũ ad ꝓbandũ non apparentia eſſe. vel inquantũ fi-
des patrũ eſt nobis mediũ inducens ad credendũ. vel in
quantũ fides vnius articuli eſt mediũ ad fidem alterius
ſicut reſurrectio chriſti.ad reſurrectionẽ generalem.vt pꝫ
ꝑma Corinth.xv. Tercio vero mõ inquantũ fides eſt
quedã ꝑlibatio breuis cognitionis quã in futuro habe-
bimus. Quarto mõ quantũ ad ipſum lumen fidei.ꝑ qđ
credibilia cognoſcunt̃. Dicit̃ aũt fides ſupra ratõem eſſe.
non quia nullius rõnis actus ſit in fide. ſed quia fidei ra-
tio non poteſt ꝑducere ad videndum ea que ſunt fidei
Ad 10 ¶ Ad decimũ dõm ꝙ actus fidei eſſentialiter conſiſtit in
cognitione.⁊ ibi eſt ꝑfectio eius quantũ ad formã vel ſpe
ciem.quod pꝫ ex obiecto vt dictum eſt.ſed quantũ ad finẽ
perficitur in affectione.quia ex charitate habet ꝙ ſit me-
ritoria fini.inchoatio fidei eſt in affectione inquantũ volũ
tas determinat intellectũ ad aſſentiendũ his que ſunt fi
dei.ſed iſta voluntas nec eſt actus charitatis nec ſpei. ſꝫ
eſt q̃dam appetitus boni repromiſſi. Et ſic patet ꝙ fides
Ad 11 non eſt in duabus potentijs ſicut in ſubiecto ¶ Unde pꝫ
Ad 12 reſponſio ad vndecimũ ¶ Ad duodecimũ dõm ꝙ in hoc
quod dr̃ ſubſtãtia rerum ſperandarꝝ non tangit̃ actus fi
dei.ſed ſolum relatio in finẽ.actus aũt eius tangit̃ per cõ
parationẽ ad obiectum. in hoc quod dr̃ argumentũ non
Ad 13 apparentiũ ¶ Ad decimũterciũ dõm ꝙ illud cui aſſentit
intellectus non mouet intellectũ ex propria virtute.ſed ex
inclinatione voluntatis. vnde bonũ quod mouet affectũ
ſe habet in affectu fidei ſicut primũ mouens. illud autem
cui aſſentit intellectus ſicut mouens motũ. Et ideo pri-
mo ponitur in definitione fidei comparatio eius ad bo-
Ad 14 num affectus ꝙ̃ ad ꝓprium obiectum. ¶ Ad decimum
quartũ dõm ꝙ fides non conuincit ſiue arguit mentẽ ex
rei euidentia.ſed ex inclinatione voluntatis. vt dictũ eſt
Ad 15 vnde ratio nõ ſequitur ¶ Ad decimũquintũ dõm ꝙ co
gnitio duo poteſt importare ſcꝫ viſionem et aſſenſum.et
quantũ ad viſionem contra fidem diſtinguitur. Unde
Gregorius dicit ꝙ viſa non habent fidem ſed agnitionẽ

Dicuntur autem videri ſm̃ Aug⁹. in libro de videndo
deum. que preſto ſunt ſenſui vel intellectui Intellectui au
tem preſto eſſe dicuntur que eius capacitatem non exce-
dunt Sed quantum ad certitudinem aſſenſus fides eſt
cognitio ratione cuius poteſt dici etiã ſcientia ⁊ viſio ſm̃
illud ꝑme Corinth.xiij. videmus nũc ꝑ ſpeculo ⁊c. Et
hoc eſt qđ dicit Aug⁹. in libro de videndo deũ. ſi ſcire nõ
inconuenienter dicimur etiam illud quod certiſſime cre-
dimus. hinc eſt vt etiã credita recte. etſi abſint ſenſibus
noſtris. videre mente dicamur

## Tercio queritur. vtrum

fides ſit virtus. Et videtur ꝙ nõ Uirtus em̃
contra cognitionẽ diuidit̃. vnde ſciẽtia ⁊ virtus ponũtur 1
diuerſa genera.vt patet in q̃rto topicorꝝ.ſed fides conti-
netur ſub cognitione. ergo non eſt virtus. ¶ Sed dice-
res ſicut ignorantia que eſt viciũ cauſat̃ ex aliqua negligẽ-
tia ſciendi. Jta fides eſt virtus ex hoc ꝙ in volũtate cre-
dentis cõſiſtit. ¶ Sed cõtra.ex h̃ ſolo qđ ex culpa cauſat̃
nõ pt̃ aliq̃d rõem culpe habere. al's pena inq̃ntũ hmõi rõ 2
nẽ culpe haberet. Ergo nec ignorãtia pt̃ dici viciũ ex hoc
ꝙ ex vicio negligẽtie orit̃. g̃ eadẽ rõne nec fides ꝑ hoc ꝙ
ſeq̃tur voluntatẽ pt̃ dici virtus ¶ Pre. Uirtus dr̃ ꝑ cõ- 3
parationẽ ad bonũ.virtus em̃ eſt q̃ bonũ facit habentẽ ⁊
opus ei⁹ bonũ reddit.ſꝫ fidei obiectũ ẽ verꝝ.nõ aũt bonũ
g̃ fides nõ eſt virtus ¶ Sꝫ di.ꝙ verꝝ qđ eſt obiectũ fidei
eſt primũ verũ qđ idẽ etiã eſt ſummũ bonũ.⁊ ſic fides hꝫ
rõem virtutis ¶ Sꝫ ɔtra Diſtinctio habituũ ac actuũ 4
attendit̃ penes diſtinctrõem obiectorꝝ formalẽ.nõ aũt ma
terialẽ.al's viſus ⁊ auditus eſſent eedẽ potẽtie. qꝛ contin
git eſſe idẽ audibile ⁊ viſibile.ſed quãtũcunq3 ſit idẽ in re
id qđ eſt bonũ. ⁊ id qđ eſt verꝝ.alia tñ eſt rõ boni.⁊ alia rõ
veri formaliter.g̃ habitus q̃ tendit in verũ ſub rõne veri
diſtinguit̃ ab habitu q̃ tendit in bonũ ſm̃ rõnem boni.et
ſic fides a virtute diſtinguit̃ ¶ Pre. Jn eodẽ genere ſunt
media ⁊ extrema. vt patꝫ.x.metaph.ſed fides eſt media
inter ſciam ⁊ opinionẽ. Dicit em̃ Hug⁹. de ſan.vic.ꝙ fi- 5
des eſt certitudo q̃dã animi ſup opinionẽ ⁊ infra ſciã cõ
ſtituta.ſed neq3 ſcia neq3 opinio eſt virtus.g̃ nec fides
¶ Pre. Pñtia obiecti nõ tollit habitũ virtutis. ſed obie 6
ctũ fidei eſt veritas ꝑma.q̃ cũ p̃ſto eſt menti vt videam⁹
tunc tñ nõ erit fides ſed viſio.g̃ fides nõ ẽ virtus ¶ Pre.
Uirtus eſt vltimũ potentie humane. vt dr̃ in ꝑncipio ce 7
li ⁊ mundi.ſed fides nõ eſt vltimũ potẽtie humane.qꝛ pt̃
aliq̃d aliud amplius. ſcꝫ in aptam viſionẽ. g̃ fides nõ eſt
virtus ¶ Pre. Sꝫm Aug⁹.in li⁰.de bono ɔiugali. ꝑ vir 8
tutes expediunt potẽtie actus ſuos.ſed fides nõ expedit
intellectũ.ſed magis impedit.quia ꝑ eam captiuatur.vt
dicitur ſcđa ad Corinth.x.ergo fides non eſt virtus.
¶ Pre. Apho virtus diuidit̃ ꝑ intellectualẽ ⁊ moralẽ.⁊ 9
eſt diuiſio per immediata. quia intellectualis eſt que eſt
in rationali per eſſentiam.moralis autem que eſt in ratõ
nali per participationẽ.nec poteſt aliter rationale accipi.
nec virtus humana poteſt eſſe niſi in rationali aliq̃ mo-
do dicto.ſed fides non eſt virtus moralis.quia ſic eius
materia eſſent actiones et paſſiones. Similiter nec intel-
lectualis cum non ſit aliqua earum quas philoſophus
ponit in ſexto ethicorum. non enim ſapientia neq3 intel-
lectus neq3 ſcientia neq3 ars neq3 prudentia. ergo nul-
lo modo fides eſt virtus.

jo ¶ Pre. Qđ cōuenit alicui ex extrinſeco nō ineſt ei eſſen
tialiter ſed accidentaliter. fidei aūt nō ɔuenit eſſe virtu-
tem niſi ex alio. vt dicebat. ſcʒ ex voluntate. ergo hoc acci
dit ei ꝙ ſit virtus. et ita nō pt poni ſpēs virtutū ¶ Pre.
ij In ꝓphetia eſt perfectior cognitio ꝙ̄ in fide. ꝓphetia aūt
nō videtur eſſe virtus. ergo nec poteſt fides dici virtus
Cōtra ¶ Sed cōtra. Virtus eſt ꝑfecta diſpoſitio ad opti-
mū. ſed hoc ɔuenit fidei. diſponit eñ hominē ad beatitu
dinem. que eſt optimū. ergo fides eſt virtus. ¶ Prete.
Omnis habitus quo aliquis roborat̃ in agendo ⁊ fortifi-
catur in patiendo eſt virtus. fides aūt eſt huiõi. fides eñ
per dilectionē operatur. ad gala. v. ipſa eñ fortificatur
fidelis ad reſiſtendū dyabolo. vt dꝛ .i. Pe. v. ergo ipſa eſt
virtus ¶ Pre. Hugo de ſancto victo. dicit. ꝙ tres ſunt
virtutes ſacramentales quibꝫ iniciamur. ſcʒ fides. ſpes.
charitas
Rᵒ ¶ Rñſio dōm. ꝙ fides ab omnibus ponit̃ eſſe virtus.
Ad cuius euidentiā notandū. ꝙ virtus ex impoſitione
Actio poñā ſui nominis ſignificat ɔplementū actiue potentie. Acti-
eſt duplex ua eñ potentia eſt duplex. Quedā cuius actio terminat̃
ad aliquid extra actū. ſicut edificatiōis actio terminatur
ad edificatū. Quedam vero cuius actio non terminatur
ad extra. ſed ɔſiſtit in ipſo agēte. vt viſio in vidēte. vt ha
betur a pħo. ix. metaph. In his autē duabꝫ potentijs di-
uerſimode ſumit̃ ɔplementū. quidam eñ actus pmarum
potentiaꝝ. vt ibidem pħus dicit. nō ſunt in faciente. ſed
in facto. ideo cōplementū potentie ſumit̃ ibi penes illud
qđ fit. vnde ⁊ virtus deferentis pondera dꝛ eſſe in hoc
ꝙ maximū pondus defert. vt pꝫ in pmo li. ce. ⁊ mū. et ſi-
militer virtꝰ edificātis in hoc ꝙ facit domū optimā. Sʒ
qꝛ alterius potentie actus ɔſiſtit in agente. nō in aliquo
acto. ideo ɔplementū illius potentie accipit̃ ſm modum
agendi. vt ſcʒ bene ⁊ ɔuenienter operet̃. ex quo habet eiꝰ
actus ꝙ bonus dicat̃. et inde eſt ꝙ in huiõi potentijs vir
tus eſt que opus bonū reddit. ¶ Aliud eñ eſt bonū vl
Diſtictō bo timatū. qđ ɔſiderat pħus ⁊ theologus. pħus eñ ɔſide-
noꝝ cōſidera rat quaſi bonū vltimū qđ eſt humanis viribꝫ ꝓportiona-
toꝝ a pħo tum. et ɔſiſtit in actu ipſius hominis. vñ ⁊ felicitatē dicit
et theologo eſſe operatiōem quādam. Et ideo etiā ſm pħm actꝰ bo-
nus. cuius pncipiū virtus dꝛ. dicitur abſolute inqʒtum
eſt ɔueniens potentie vt pficiens eam. Vñ quemcunqʒ
habitū inuenit pħus talem actū elicientem dicit eū eſſe
virtutē. ſiue ſit in parte intellectiua. vt ſcientia intellectꝰ
et huiuſmodi virtutes intellectuales. quaꝝ actus eſt bo
nū ipſius potentie. ſcʒ ɔſideratio veri. ſiue ſit in parte affe
ctiua. vt temperantia fortitudo ⁊ alie virtutes aīe mo-
rales ¶ Theologus autē ɔſiderat quaſi vltimū bonū id
qđ eſt nature facultatē excedens. ſcʒ vitā eternā. vt ſup
dictū eſt. Unde bonū in actibꝫ humanis nō ɔſiderat ab-
ſolute. qꝛ ibi nō ponit finem. ſed in ordine ad illud bonuʒ
qđ ponit finem. aſſerens illum actū tm̄ eſſe bonū ɔplete
qui de proximo ad bonū finale ordinatur. qui eſt merito-
rius vite eterne. et omnē talem actū dicit actū virtutis. ⁊
quicūqʒ habitus elicit talem actū ab ipſo virtus appellat̃
Actus aūt aliquis meritorius dici nō poteſt niſi ſm ꝙ
eſt in potentia operātis ɔſtitutus. qꝛ qui meret̃ oportet
ꝙ aliqđ exhibeat. nec exhibere poteſt niſi qđ aliquo mo-
do ſuū eſt. id eſt ex ipſo. Actus aūt aliquis in noſtra po-
teſtate ɔſiſtit ſm ꝙ eſt volūtatis. ſiue ſit eiꝰ vt ab ipſa eli-
citus. vt eligere ⁊ velle. ſiue ſit vt ab ipſa imperatus. vt
ambulare ⁊ loqui. Unde reſpectu cuiuſlibet talis actus
poteſt poni aliqua virtus eliciens actus perfectos in tali
genere actuū. credere aūt vt ſupra dictum eſt. non habꝫ
aſſenſum niſi ex imperio voluntatis. vñ ſm illud qđ eſt a
voluntate dependet. Et inde eſt ꝙ ipſum credere poteſt
eſſe meritoriū. et fides que eſt habitus eliciens ipm ſm
theologum eſt virtus.
¶ Ad primū igit̃ dōm ꝙ cognitio ⁊ ſcientia non diui Ad .j.
dūtur ɔtra virtutē ſimplr̄. ſed ɔtra virtutem moralem.
que ɔtinuius ꝟtus dꝛ. ¶ Ad ſecūdū dōm. ꝙ qꝫuis non Ad 2
ſufficiat ad rōnē vicij vel ꝟtutis ꝙ aliqđ ſit ex vitio vel
virtute cauſatū. ſufficit tñ ad hoc ꝙ aliquis actus ſit vi-
cij vel virtutis. ꝙ imperatus a vicio vel virtute poſſit eē
¶ Ad .iij. dōm. ꝙ bonū illud ad qđ virtus ordinat nō Ad 3
eſt accipiendū quaſi aliqđ obiectū alicuius actus. ſed id
bonū qđ eſt ipſe actus ꝑfectus quē virtus elicit. licʒ aūt
verū rōne a bono differat. tñ hoc ipm qđ eſt ɔſiderare ve
rum eſt quoddā bonū intellectus. ⁊ hoc ipm qđ eſt aſſen
tire pme veritati ꝓpter ſeipam eſt quoddā bonū merito
riū. vñ fides q ad hūc actū ordinat̃ dꝛ eſſe virtus ¶ Et ꝑ Ad 4
hoc pꝫ reſpōſio ad quartū ¶ Ad .v. dōm. ꝙ ſm ꝙ nūc lo Ad 5
quimur de virtute. neqʒ ſcientia neqʒ opinio virtus pt dici
ſed ſola fides. que qꝫtum ad id qđ volūtatis eſt. put nō
pdicto in genus virtutis cadit. nō eſt media inter ſcientiā
et opinionē. qꝛ in ſcientia ⁊ opinione nō eſt aliqua inclina
tio ex volūtate. ſʒ ex rōne tm̄. ſi aūt loqremur de eis qꝫtū
ad id qđ eſt cognitiōis tm̄. ſic neqʒ opinio neqʒ fides eſſet
virtus. cū nō habeant ɔpletam cognitiōem. ſed tantūmo
do ſcientia ¶ Ad .vi. dōm. ꝙ veritas pma nō eſt obiectū Ad 6
ꝓpriū fidei. niſi ſub hac rōne. put eſt nō apparens. qđ pꝫ
ex deffinitiōe apli. vbi ꝓpriū obiectum fidei ponit̃ non ap-
parens. vnde qñ veritas prima preſto erit amittet rō-
nem obiecti ¶ Ad .vij. dōm. ꝙ fides ſm h dꝛ eſſe vltimū Ad 7
potentie qđ ɔplet potentiaʒ ad eliciendū actum bonū et
meritoriū. nō aūt requirit̃ ad rōnem virtutis ꝙ per eam
eliciat̃ optimus actus qui poteſt elici a potentia. qꝛ ɔtin
git in eadē potentia eſſe virtutes. quarū vna altiorē actū
elicit. ſicut magnificentia liberalitate. ¶ Ad .viij. dōm. ꝙ Ad 8
in quibuſlibet duobꝫ ordinatis ad inuicē ꝑfectio inferio-
ris eſt vt ſubdatur ſuperiori. ſicut ɔcupiſcibilis que ſub-
ditur rōni. vnde habitus virtutis non dicitur expedire
concupiſcibilem ad actum. vt faciat eum libere effluere
in ɔcupiſcentia. ſed quia facit eam perfecte ſubiectam ra
tioni. Similiter etiam bonū ipſius intellectus eſt vt ſub
datur volūtati adherenti deo. vnde fides dicitur intelle-
ctum expedire inquantum ſub tali voluntate ipſum ca-
ptat ¶ Ad nonū dicendū. ꝙ fides non eſt virtus intelle- Ad 9
ctualis neqʒ moralis. ſed eſt virtus theologica. virtutes
autem theologice qꝫuis conueniant in ſubiecto cum mo-
ralibus et intellectualibus. differunt tamen obiecto. ob-
iectum eñ virtutum theologicarum eſt ipſe finis vlti-
mus. obiectum vero aliarum ea que ſunt ad finem. ideo
a theologis quedam virtutes circa finem dicūtur non a
philoſophis. quia finis humane vite quē philoſophi con
ſiderant non excedit facultatem nature. vnde nec ex na-
turali inclinatione hō tendit in ipſum. et ſic non oportet
ꝙ habitu eleuet̃ ad aſcēdēdū in finē illū. ſicut optet ꝙ ele
uetur in illum finem. qui facultatem nature excedit. quē
theologi conſiderant. ¶ Ad decimū dicendum. ꝙ fides Ad 10
nō eſt in intellectu niſi ſm ꝙ imperatur a voluntate. vt
ex dictis patʒ. vnde qꝫuis id quod eſt ex parte volunta-
tis poteſt dici accidentale intellectui. eſt tamen eſſentiale
fidei. ſicut id quod eſt rationis eſt accidentale concupiſci
bili. eſſentiale autem temperantie

Ad ij ¶ Ad.xi.dõm ꝙ ꝓphetia nõ dependet ex volũtate ꝓphe/
tantis.vt dr.i.Petri p°.fides aũt eſt q̃dammõ ex volun
tate credẽtis.ꝛ ideo ꝓphetia nõ põt dici ꝟtus ſicut fides

# Quarto queritur. in

quo ſit fides ſicut in ſubiecto Et videt ꝙ non
1. ſit in pte cognitiua ſed in affectiua.virtus eñ oĩs in par/
te affectiua eſſe videt cũ virtus ſit q̃daʒ amor ordinatus.
vt dr Aug⁹.in li°.de moribꝰ eccle.ſed fides eſt virtus.ergo
2 eſt in pte affectiua. ¶ Pre. Virtus quandã pfectionẽ im
portat.eſt eñ diſpoſitio pfecti ad optimũ.vt dr in ſeptio
phiſi.ſed cũ fides habeat aliq̃d pfectõis ꝛ aliq̃d imperfe
ctionis id qđ eſt impfectõis eſt ex pte cognitõis.qđ autẽ
eſt pfectiõis.eſt ex pte volũtatis.vt ſcʒ inuiſibilibꝰ firmi/
ter adhereat.ergo ſm ꝙ eſt virtus eſt in affectiua. ¶ Prete.
3 Aug⁹.dt ad Cõſentiũ ꝙ puulus etſi fidẽ nõ habeat q̃ ↄſi
ſtit in credentiũ volũtate.hʒ tñ fidei ſacramẽtũ.ex quo ex
4 preſſe habet ꝙ fides in volũtate ſit ¶ Pre. In li° de pde/
ſtinatione ſctõꝝ dt Aug⁹.ꝙ ad fidem que in voluntate
cõſiſtit ptinet illud apli.q̃d habes qđ nõ accepiſti.ꝛ ſic idẽ
5 qđ prius. ¶ Pre. Eiuſdẽ videt eſſe diſpoſitio ꝛ pfectio.
ſed fides diſponit ad glãm que eſt in affectiua.ergo fides in
affectiua ↄſiſtit ¶ Pre. Meritũ in volũtate cõſiſtit.qꝛ ſo
6. la volũtas eſt dña ſui actus.ſed actus fidei eſt meritorius
ergo eſt actus volũtatis.ꝛ ita videt ꝙ fides in volũtate
cõſiſtat ¶ Sed diceres.ꝙ eſt ſimul in affectiua ꝛ cogno/
7 ſcitiua ¶ Sed cõtra.vnus habitus nõ põt eſſe duarum po
tentiaꝝ.fides aũt eſt vnus habitus.ergo non poteſt eſſe
in cognitiua ꝛ affectiua.que ſunt due potentie.

Contra ¶ Sed ↄtra.habitus aliquã potentiã pficiens cuʒ eo
cõuenit in obiecto.alˀs nõ poſſet eſſe vnus actus potẽtie
et habitus.ſed fides nõ cõuenit in obiecto cũ affectiua.ſʒ
cũ ↄgnoſcitiua tm̃.qꝛ obiectũ vtriuſqꝫ eſt verũ.ergo fides
eſt in cognoſcitiua. ¶ Pre. Aug⁹.dt in epl'a ad Conſen/
tiũ ꝙ fides eſt illuminatio mentis ad primã veritatẽ.ſed il
luminatio ad cognitiuã ptinet.ergo ꝛc. ¶ Pre. Si fides di/
cat eſſe in volũtate hoc nõ erit niſi qꝛ credimus volẽtes.
Et ſilr omĩa opa virtutũ opamur cognoſcẽtes.vt pʒ.ij.
ethi.ergo eadẽ rõne omnes virtutes erunt in pte cognitiua
qđ pʒ eſſe falſum. ¶ Pre. Per grãm q̃ eſt in virtutibꝰ re/
format imago que in tribꝰ cõſiſtit potẽtijs.ſcʒ memorati
ua intellectiua ꝛ volũtate. Tres aũt virtutes q̃ pͥmo ha
bent reſpectũ ad grãm ſunt fides ſpes et charitas.ergo aliq̃
eaꝝ erit in intellectiua.cõſtat aũt ꝙ nõ ſpes nec charitas.
ergo fides. ¶ Pre. Sicut ſe hʒ vis affectiua ad ꝓbabile
et reprobabile.ſic ſe habʒ vis cognoſcitiua ad ꝓbabile ꝛ
improbabile.ſed virtus illa p quã approbat reprobabile
ſm rõnem humanã.ſcʒ charitas qua inimicus diligit qđ
videt naturaliter reprobabile eſſe.eſt in affectiua.ergo fides
qua ꝓbatur ſiue aſſerit.id qđ videt rõni eſſe improbabi/
le erit in cognitiua

Ro ¶ Rñſio dõm ꝙ circa hanc queſtõnem multiplr aliq̃
Opinio opinati ſunt ¶ Quidã eñ dixerũt fidẽ eſſe in vtraqꝫ vi.ſ.
affectiua et cognitiua ¶ Qđ nullo mõ põt eſſe ſi intelligat
Repbat ꝙ in vtraqꝫ ſit ex equo.vnius eñ habitus oprtet eẽ vnuʒ
actũ.nec põt eſſe vnus actus ex equo duaꝝ potentiarum.
Opĩo 2a ¶ Vñ dicunt quidam coꝝ ꝙ ſit pͥncipaliter in affectiua.
Repbat Sed illud non videt eſſe verũ cum ipm credere cognitio
nẽ quandã importet.vt pʒ p Aug⁹.cognitio aũt eſt act⁹
Terᵒ opi cognitiue.fides etiã ſcia q̃dammõ ꝛ viſio dr.vt ſup dcm
eſt.que oĩa ad cognoſcitiuã ptinẽt ¶ Alij aũt dicũt ꝙ fi/
des ſit in intellectu ſed practico. Quia practicum intelle
ctũ dicũt eſſe ad quẽ inclinat affectio vel quẽ affectio ſeq̃/
tur.vel qui ad opus inclinat.q̃ tria inueniunt in fide.naʒ
ex affectõe q̃s inclinat ad fidẽ.credimus eñ qꝛ volumus.
Ipſa eñ affectio fidem ſeq̃tur ſm ꝙ actus fidei generat
q̃dãmõ charitatꝭ actũ Ipa etiã ad opus dirigit.nã fides
p dilectõem operat Gala.v. ¶ Sed nõ vident intelligere Reprobatio
q̃d intellectus practicus ſit Intellectus eñ practicus idẽ
eſt qđ intellectus opatiuus.vñ ſola extenſio ad opus alí
quẽ facit intellectũ eſſe practicũ Relatio aũt ad affectõeʒ
vel antecedentẽ vel cõſequentẽ nõ trahit ipm extra gen⁹
ſpeculatiui intellectus.niſi eñ aliq̃s ad ipam ſpeculatõeʒ
veritatis afficeret nunq̃ꝫ in actu intellect⁹ ſpeculatiui eẽt
delectatio.qđ eſt cõtra phm in.x.ethi.q̃ ponit puriſſimã
delectatõem eẽ in actu ſpeculatiui. Nec q̃libet relatio ad
opus facit intellectũ eſſe practicũ.qꝛ aliqua ſimplex ſpecu
latio põt eſſe alicui remota occaſio aliquid operandi.ſicut
phus ſpeculat aĩam eſſe immortalẽ.et exinde ſicut a cau/
ſa remota ſumere põt occaſioneʒ aliq̃d opandi. Sʒ intelle
ctũ practicũ oprtet eſſe ꝓximã cauſam operis.vtpote quo
ipm cõſideret opabile ꝛ rõnes operãdi ſiue cauſe operis.
Cõſtat aũt ꝙ obiectũ fidei nõ eſt verũ opabile.ſed veruʒ
increatũ in quo nõ poteſt niſi actus intellectus ſpeculati
ui ¶ Vñ fides eſt in intellectu ſpeculatiuo.q̃uis ſit vt oc Quarta opi et vera
caſio remota aliq̃d opandi.vñ etiã ſibi non attribuit ope
ratio niſi mediante dilectõe ¶ Sciendũ tñ ꝙ nõ eſt in in Nota
tellectu ſpeculatiuo abſolute.ſed ſm ꝙ ſubditur imperio
volũtatis.ſicut etiã tẽperantia eſt in cõcupiſcibili ſm ꝙ p
ticipat aliq̃liter rõem ¶ Cũ eñ ad bonitatẽ alicui⁹ potẽ Regula
tie req̃ratur ꝙ illa potẽtia ſubdat alicui potentie ſupiori
ſequẽdo eius imperiũ.nõ ſolum exigit ꝙ potẽtia ſuperior
ſit pfecta ad hoc ꝙ recte imperet vel dirigat.ſed inferior
ad hoc ꝙ prompte obediat.vnde ille q̃ habet rõem rectã
ſed cõcupiſcibilẽ indomitã non habet tẽperantie virtuteʒ
qꝛ infeſtat paſſionibꝰ q̃uis non deducat.ꝛ ſic non facit ac
tum virtutis faciliter ꝛ delectabiliter.qđ exigit ad virtu
tem.ſed oprtet ad hoc ꝙ tẽperantia inſit ꝙ ipamet cõcu/
piſcibilis ſit p habitũ pfecta.vt ſine aliqua difficultate vo
luntati ſubdat.ꝛ ſm hoc habitus tẽperantie dr eſſe in cõ
cupiſcibili. Et ſiliter ad hoc ꝙ intellectus ꝓmpte ſequat
imperiũ volũtatis.oprtet ꝙ ſit aliq̃d in ipo intellectu ſpe/
culatiuo.ꝛ hoc eſt habitus fidei diuinitus infuſus

¶ Ad primũ ergo dõm ꝙ verbũ illud Aug⁹.intelli/
git de virtutibꝰ moralibꝰ de q̃bus ibi loq̃tur. Vel põt di/ Ad.j.
ci ꝙ loq̃tur de virtutibꝰ quantũ ad formã eaꝝ que ẽ cha/
ritas ¶ Ad ſcdm dõm ꝙ in hoc q̃dam pfectio eſt ↄgno Ad 2
ſcitiue ꝙ volũtati obtẽperet deo adherẽti ¶ Ad tercium Ad 3
dõm ꝙ Aug⁹.loq̃tur de actu fidei q̃ q̃dem eſt in volũta/
te nõ ſicut in ſubiecto.ſed ſicut in cã inquantũ eſt a volun
tate imperatus ¶ Et ſimiliter dõm eſt ad quartum.
¶ Ad quintũ dõm.ꝙ in eodẽ eſſe diſpõem ꝛ habitũ non Ad 4
eſt neceſſe niſi q̃ñ ipſa diſpoſitio fit habitus.ſicut patet in Ad 5
mẽbris corpis in q̃bus de diſpõne vnius mẽbri relinquit
aliquis effectus in aliquo alio mẽbro.ꝛ ſimiliter in viribꝰ
anime.qꝛ ex bona diſpõne phantaſie ſeq̃tur pfectio ↄgni
tionis in intellectu ¶ Ad ſextum dõm ꝙ actus volunta Ad 6
tis dr eſſe non ſolũ quẽ voluntas elicit.ſed etiã quẽ volũ
tas imperat.vnde in vtroqꝫ meritum cõſiſtere poteſt.vt
ex dictis patet. ¶ Ad ſeptimũ dicendũ ꝙ duaꝝ potentia
rum nõ poteſt eſſe vnus habitus ex equo.ſed poteſt eſſe Ad 7
vnius ſm ꝙ vna potentia habet ordinem ad aliam. Et
ſic eſt de fide.

# Quinto querit̃. vtrū

Q fidei forma ſit charitas. Et videt̃ ꝙ nō. eorū
eñ q̃ ex oppoſito diuidunt̃ nō pt̃ vnū eſſe forma alterius
ſed fides ⁊ charitas ex oppoſito diuidunt̃. g̃ charitas nō
.j. eſt forma fidei ¶ Sed diceres. ꝙ ſm ſe cõſiderate ex op/
poſito diuidunt̃. put aũt ordinant̃ ad vnū finē. que ſuis
actib9 merent̃ poteſt eſſe ꝙ charitas ſit forma fidei ¶ Sʒ
2 contra. inter cauſas due ſunt extrinſece. ſcʒ agens ⁊ finis
due vero intrinſece. ſcʒ forma ⁊ materia. poſſunt aũt duo
diuerſa ad inuicē ꝯuenire in vno pncipio extrinſeco. nō aũt
ꝓpter hoc cõueniūt in vno pncipio intrinſeco. g̃ ex hoc ꝙ
fides ⁊ charitas ordinant̃ in vnū finē non pt̃ eſſe ꝙ chari/
tas ſit forma fidei ¶ Sed diceres ꝙ charitas nō eſt for/
ma intrinſeca. ſed extrinſeca quaſi exẽplar ¶ Sed ꝯtra ex
emplatū recipit ſpẽm ab exẽplari. vñ Hila. dr̃ ꝙ imago ẽ
3 rei ad quã imitat̃ ſpẽs indifferẽs. ſed fides nō recipit ſpe/
ciẽ ab exẽplari charitatis. g̃ charitas nō pt̃ eſſe forma exẽ
plaris fidei. ¶ Pre. Omis forma vel eſt ſubſtãtialis vel
accñtalis vel exemplaris. ſed charitas nō eſt forma fidei
4 ſubalis. q2 ſic eſſet de integritate ei9. Nec iterū accidẽta/
lis. q2 ſic fides eſſet nobilior charitate. ſicut ſubiectū acci/
dẽte. Nec iterū ſicut exẽplaris. q2 ſic charitas poſſit eſſe
ſine fide. ſicut exẽplar ſine exẽplato. g̃ charitas non eſt for/
ma fidei ¶ Pre. Premiū rñdet merito. ſed pmiū cõſiſtit
5 pncipaliter in trib9 dotib9. in viſione q̃ ſuccedit fidei. in in
tentõe que rñdet ſpei. in fruitõe que rñdet charitati. vñ
principaliter premiū conſiſtit in viſione. vñ dr̃ Aug9. ꝙ
viſio eſt tota merces. g̃ et meritū ⁊ premiū dʒ attribui fi
dei. ⁊ ita ſm ꝙ ordinant̃ ad merendū magis videtur eẽ fi
des forma charitatis ꝙ̃ ecõuerſo. ¶ Pre. Unius pfecti/
6 bilis vna eſt pfectio. ſed fidei forma eſt gr̃a. g̃ non eſt eius
forma charitas. cū charitas nō ſit idẽ qđ gratia. ¶ Pre.
Math. pmo ſup illud Abraã genuit Iſaac ⁊c. dr̃ gloſa
7 fides ſpem ⁊ ſpes charitatẽ. qđ intelligit̃ quantū ad act9
nō quantū ad habitus. g̃ actus charitatis dependet ab
actu fidei. ſed forma nō depẽdet ab eo cuius eſt forma. ſʒ
potius ecõuerſo. g̃ charitas nō eſt forma fidei ſm ꝙ ordi
nat̃ ad actū meritoriū ¶ Prete. Habitus penes obiecta
diſtinguunt̃. ſed obiecta fidei ⁊ charitatis ſunt diuerſa. ſ.
8 bonū ⁊ verū. g̃ ⁊ habitus formaliter diſtinguunt̃. ſed oĩs
actus eſt a forma. g̃ iſtorꝝ habituū diuerſi ſunt actus. et
ita in ordine etiã ad actū nō pt̃ eſſe ꝙ charitas ſit forma
fidei ¶ Pre. Si ſm hoc charitas ſit forma fidei ꝙ fidem
informat. ſi g̃ charitas nō informat fidē niſi p ordinē ad
9 actū nō erit charitas forma fidei ſed actus fidei ¶ Pre.
10 pma Corin. xiij. dr̃ apl's. nũc aũt manent fides ſpes cha/
ritas tria hec. ibi fides ſpes ⁊ charitas ex oppoſito diui/
dunt̃. videt̃ aũt ꝙ loquat̃ de fide formata. q2 fides infor/
mis nō pt̃ eſſe virtus. vt dicet̃ infra. g̃ fides formata cõ/
tra charitatẽ diuidit̃. nō ergo pt̃ eſſe charitas fidei forma
¶ Pre. Ad actū virtutis reqrĩtur ꝙ ſit rectus ⁊ ꝙ ſit vo
11 luntarius. ſed ſicut voluntarij actus pncipiū eſt volũtas.
ita recti actus pncipiū eſt rõ. g̃ ſicut ad actū virtutis req̃
ritur id qđ eſt volũtatis. ita illud qđ eſt rõnis. ⁊ ita ſicut
charitas q̃ eſt in volũtate eſt forma virtutū ita ⁊ fides q̃
eſt in rõne. g̃ vnū nō pt̃ dici forma alteri9 ¶ Pre. Ab eo/
dẽ aliq̃d viuificat̃ ⁊ format̃. ſed vita ſpũalis attribuitur fi
12 dei. vt pʒ Abacuc. ij. iuſtus aũt ex fide viuit. g̃ ⁊ forma/
tio virtutū magis dʒ attribui fidei ꝙ̃ charitati. ¶ Pre.
13 In eo q̃ hʒ grãm actus fidei formatus eſt. ſed poſſibile
eſt actū fidei talis hoĩs nullū habere ad charitatẽ ordinẽ
ergo actus fidei pt̃ eſſe formatus nō p charitatẽ. ⁊ ita nō
videt̃ ꝙ in ordine etiã ad actū charitas ſit forma fidei
¶ Sed ꝯtra Illud ẽ forma fidei. ſine q̃ fides eſt informis Cōtra
ſed ſine charitate fides ẽ informis. g̃ charitas eſt forma fi
dei ¶ Pre. Amb. dr̃ ꝙ charitas eſt mater oĩm virtutū q̃
oẽs informat ¶ Pre. Sʒm hoc aliq̃ virtus dr̃ eſſe forma/
ta. ꝙ actū meritoriū elicere pt̃. ſed nullus actus dr̃ eẽ me/
ritorius ⁊ deo acceptus. niſi ex amore pcedat. g̃ charitas
eſt forma oĩm virtutū. ¶ Pre. Illud a q̃ res habet effica
ciã opandi eſt forma ei9. ſed fides habʒ efficaciã opandi a
charitate. q2 fides p charitatẽ operat̃ Gala. v. ⁊ g̃ chari/
tas eſt forma fidei.

¶ Rñſio dōm ꝙ circa hanc q̃ſtionẽ ſunt diuerſe opinio Rñ
nes ¶ Quidã eñ dixerūt ꝙ ipa gr̃a eſt forma fidei ⁊ alia Opinio
rū virtutū. nō aũt aliq̃ alia virtus niſi q̃tenus ponunt gr̃a
tiã eſſe idẽ p eſſentiã cū virtute ¶ Sed hoc eſſe nō pt̃. ſi/ Reꝓbatur
ue eñ gr̃a ⁊ ꝟtus p eſſentiã differat ſiue rõne tm̃. gr̃a ad
eſſentiã aĩe reſpicit. virtus aũt ad potentiã. q̃m̃s aũt eẽn
tia ſit radix oĩm potentiarꝝ. tñ nō ex equo oĩes potentie
ab eſſentia fluũt. cū q̃daʒ potẽtie ſunt naturaliter alias po
res ⁊ alias moueant. vñ etiam oportet ꝙ habitus qui ſunt
in inferiorib9 virib9 forment̃ p habitus q̃ ſunt in ſuperio/
ribus. ⁊ ſic ab aliq̃ virtute ſupiori dʒ eſſe inferiorꝝ virtutū
formatio. nō a gratia immediate ¶ Vñ cõiter dr̃ ꝙ cha Scđa opi
ritas quaſi pcipua aliarꝝ virtutū ſit aliarꝝ virtutū forma
non ſolū inquantū vel eſt idem cū gr̃a. vel habet grãm inſ/
ſeparabiliter annexã. ſed etiã ex hoc ipſo qđ eſt charitas. et
ſic etiã fidei forma dr̃ eſſe. Quō aũt fides p charitatẽ for/
metur ſic intelligendū eſt. quãdocunq̃ eñ duo ſunt prin/
cipia mouẽtia vel agentia ad inuicẽ ordinata. id quod eſt
in effectu ab agẽte ſupiori eſt ſicut formale. qđ vero eſt ab
inferiori agẽte eſt ſicut materiale. Et hoc pʒ tã in natura
libus ꝙ̃ in moralibus In actu eñ nutritiue potentie eſt
vis anime ſicut agens primū Calor vero ignis ſicut agẽs
inſtrumentale. vt dr̃ in ſcđo de aĩa. ꝙ aũt in carne q̃ agge
neratur p nutritiõem eſt ex pte caloris ignei vtpote aggre/
gatio partiū vel ſiccitas vel aliquid huiuſmodi eſt mate/
riale reſpectu ſpeciei carnis. que eſt ex vi anime. ſimiliter
etiã cum rõ inferioribus potentijs imperat. vtpote con/
cupiſcibili ⁊ iraſcibili. In habitu concupiſcibilis hoc qđ
eſt ex parte cõcupiſcibilis vtpote promitas q̃dam ad vel
dum aliqualiter cõcupiſcibilib9 eſt materiale in temperan
tia. ordo vero qui eſt rationis ⁊ rectitudo eſt quaſi forma
eius. ⁊ ſic etiã eſt in alijs virtutib9 moralibus. Unde q̃/
dam ph̃i oĩes virtutes ſcientias appellabant. vt dicitur
in ſexto ethicorꝝ. cum ergo fides ſit in intellectu ſm ꝙ eſt
motus et imparus a voluntate id quod eſt ex parte co/
gnitionis eſt quaſi materiale in ipſa. ſed ex parte volunta
tis accipienda eſt ipſius formatio. et ideo cuʒ charitas ſit
perfectio voluntatis. a charitate fides informat̃. ⁊ eadē
ratione oĩes alie virtutes. prout a theologo conſideran
tur. prout ſcʒ ſunt principia actus meritorij. non autẽ po
teſt aliquis actus eſſe meritorius niſi ſit voluntarius. vt
ſupra dictū eſt. Et ſic patet ꝙ omnes virtutes quas the/
ologus cõſiderat ſunt in viribus anime. prout ſunt a vo/
luntate mote

¶ Ad pmū igit̃ dōm. ꝙ nō dr̃ forma fidei charitas p mo Ad.j.
dū q̃ forma eſt ps eẽntie. ſic eñ ꝯtra fidẽ diuidi nō poſſet
ſed inq̃ntū aliquã pfectionẽ fides a charitate ꝯſequit̃. ſi/
cut etiã in vniuerſo elemẽta ſupiora dicunt̃ eſſe vt forma
inferiorꝝ. vt dr̃ in. iiij. phiſico. Et p hoc pʒ rñſio ad ſcđm Ad.2

Ad 3 ¶ Ad terciū dōm q modus quo charitas dr̄ forma ap/
propinquat ad modū illū q̄ exēplar formā dicimus. qꝛ id
qđ est pfectōis in fide a charitate deducit̄ ita q charitas
habeat illud eēntialiter. fides vero ꝛ cetere virtutes ptici
Ad 4 patiue ¶ Ad quartū dōm q ipe habitus charitatis cum
nō sit intrinsecus fidei nō pt̄ dici neqꝫ forma sub̄alis neqꝫ
accn̄talis eius. pt̄ aūt aliq̄ mō dici exēplaris forma. nō tn̄
oportet q charitas sine fide esse possit. nō em̄ fides exēplat̄
charitate sed illud qđ est fides. sic em̄ fides charitate p/
cedit nō ex ptē ei᷒ qđ cognitōis est in fide. sꝫ solū fm̄ q est
pfecta. ꝛ sic nihil ꝓhibet q fides quantuꝫ ad hoc sit prioꝛ
charitate vt sine ea charitas esse non possit. ꝛ quantū ad
aliud sit exēplar fidei quā semꝑ formar. vtpote semꝑ sibi
presentez. sed id qđ ex charitate in fide relinq̄tur est fidei
intrinsecū. ꝛ hoc quō sit fidei accn̄tale vel substantiale in
Ad 5 fra dicet̄. ¶ Ad quintū dōm q voluntas ꝛ intellectus di/
uersimode se pcedunt ad inuicē. Intellectus em̄ precedit
voluntatē in via receptionis. ad hoc em̄ q aliquid volun
tatē moueat oportet q primū in intellectu recipiat̄. vt patꝫ
in tercio de aīa. sed in mouēdo seu in agēdo voluntas est
prioꝛ. qꝛ omīs actio vel motus est ex intentōe boni. et in/
de est q volūtas omēs vires inferiores mouere dr̄. cuius
obiectū propriū est bonū sub rōne boni. premiū aūt dr̄ p
modū receptōis. sed meritū p modū actionis. et inde ē q
totū premiū pncipaliter attribuit̄ intellectui. ꝛ dr̄ visio to
ta merces. qꝛ inchoat̄ merces in intellectu ꝛ consummat̄
in affectu. meritū aūt attribuit̄ charitati. qꝛ primū mouēs
Ad 6 ad opandū opera meritoria est volūtas quā charitas p/
ficit ¶ Ad sextū dōm q plures esse pfectiones vnius rei
eodē ordine est impossibile. grā aūt est sicut pfectio pri/
Ad 7 ma virtutū. sed charitas sicut pfectio ꝓxima. ¶ Ad. vij.
dōm q actus fidei qui charitatē pcedit est actus impfe/
ctus a charitate pfectionē expectans. fides em̄ quantuꝫ
Ad 8 ad aliq̄d est prioꝛ charitate. ꝛ quantū ad aliq̄d posterioꝛ.
vt dcm̄ est ¶ Ad octauū dōm q obiectio illa pcedit de
actu fidei. q̄ est fm̄ se. nō prout est a charitate pfectus
Ad 9 ¶ Ad. ix. dōm q qn̄ supioꝛ vis pfecta est ex eius pfectō
ne relinq̄tur aliq̄ pfectio in inferiori. ꝛ sic cuꝫ charitas sit
in volūtate. eius pfectio aliq̄ mō redūdat in intellectū. et
sic charitas nō solū actū fidei. sed etiā ipam fidē informat
Ad 10 ¶ Ad decimū dōm q et apl̄s in illis verbis videt̄ loqui
de illis habitib᷒ nō attendēs rōem virtutis in eis. sꝫ ma/
gis q sunt q̄dam dona ꝛ pfectōnes. vn̄ in eadē cōtextione
sermonis facit mentionem de ꝓpheria ꝛ q̄busdā alijs gra
tijs gratis datis q̄ virtutes nō ponunt̄. sed tn̄ loq̄tur de
eis inquantū sꝫ virtutes q̄dam ad hoc rō nō seq̄tur. cō/
tingit em̄ aliq̄ ex oppōsito diuidi quoꝝ tn̄ vnū est alteri᷒
pfectio vel causa. sicut motus localis diuidit̄ cōtra alios
Ad 11 motus cū tn̄ sit cā coꝝ. ꝛ sic charitas ꝯtra alias virtutes
diuidit̄ q̄uis sit forma eaꝝ ¶ Ad. xi. dōm q rō pt̄ duplr̄
cōsiderari. vno mō fm̄ se. alio mō fm̄ q regit vires inferi/
ores. inquantū est igit̄ inferioꝝ viriū regitiua pfi͛t̄ p pru
dentiā. ꝛ inde est q omēs alie virtutes morales q̄bus in
feriores pficiunt̄ formant̄ p prudentiā. sicut p ꝓximā for
mā. sed fides pficit rōem in se cōsideratā put est specula
tiua veri. vnde eius non est formare virtutes inferiores
sed formari a charitate. que etiā alias informat. etiam ip
sam prudentiā inquantū ipa etiam prudētia ꝓpter finez
qui est charitatis obiectū ea que sunt ad finē rōcinatur
Ad 12 ¶ Ad duodecimū dōm q aliquod cōmune attribuit̄ ali
cui specialiter duplr̄. vel quia sibi pfectissime conuenit. si
cut si cognoscere attribuat̄ intellectui. Vel quia in eo pri
mo inuenitur. sicut viuere attribuitur anime vegetabi/
li. vt patet in pmo de anima. Vel quia in actibus ei᷒ pri
mo apparet vita. Vita ergo spūalis attribuit̄ fidei. quia
in eius actu pmo apparet. q̄uis eius complementū sit in
charitate. ꝛ ex hoc ipa est forma aliaꝝ virtutū ¶ Ad. xiij Ad 13
dōm q in habente charitatē nō potest esse aliq̄s virtutis
actus nisi a charitate formatus. aut em̄ actus ille erit in
finem debitū ordinatus. ꝛ hoc non pt̄ esse nisi p charita/
tem in habēte charitatē. aut non est ordinatus in debitū
finem. ꝛ sic nō erit actus virtutis. vnde nō pt̄ esse q act᷒
fidei sit formatus a gratia ꝛ nō a charitate. quia grā non
habet ordinē ad actum nisi charitate mediante aut enim
actus ille erit in finem debitum ordinatus. ꝛ hoc non po/
test esse nisi a charitate formatus.

## Sexto querit̄. vtrum

fides informis sit virtus. Et videtur q sic. Il
lud em̄ qđ fides a charitate conseq̄tur non potest esse fi/ 1
dei essentiale. cū sine eo fides possit esse. sed p id qđ est ali/
cui accn̄tale non collocat̄ aliquid in genere. ergo fides p
id quod est formata a charitate nō collocat̄ in genere vir/
tutis. ergo sine forma charitatis est virtus ¶ Pre. Vitio 2
nihil opponit̄ nisi virtus vel viciū. sed infidelitas vicium
est que opponit̄ fidei informi. non aūt vt vitio. ergo vt vir
tuti. ꝛ sic idem quod prius ¶ Sed diceres. q infidelitas
opponitur soli fidei formate ¶ Sed cōtra. habitus opoꝛ Solutio
tet esse oppositos quorum sunt actus oppositi. sed infor/ 3
mis fidei et infidelitatis sunt actus oppositi. scꝫ assentire
et dissentire. ergo fides informis infidelitati opponitur.
¶ Pre. Virtus nihil aliud esse videtur q̄ꝫ habitus ali/ 4
cuius potentie pfectiuus. sed per fidem informem intelle
ctus pficitur. ergo est virtus. ¶ Pre. Habitus infusi sūt 5
nobiliores q̄ꝫ habitus acquisiti. sed habitus acquisiti scꝫ
politici dicuntur virtutes etiam sine charitate. sicut etiaꝫ
a philosophis ponunt̄. ergo multo fortius fides que ē ha/
bitus informis. cum sit habitus infusus v͛tus est ¶ Pre. 6
Augusti. dr̄. q cetere virtutes pter charitatem possunt
esse sine gratia. ergo etiam fides informis que est sine gra/
tia est virtus.

Contra ¶ Sed cōtra. omēs virtutes sunt cōnexe vt qui habꝫ
vnam. omēs habeat sicut dr̄ Aug᷒. sed fides informis nō
est alijs annexa. ergo nō est virtus. ¶ Pre. Nulla virtus
est in demonib᷒. sed fides informis est in demonib᷒. nam
demones credunt Jacobi. ij. ergo ꝛc.

Rō ¶ Rn̄sio dōm q loquēdo ꝓprie de virtute fides infor/
mis nō est virtus. cuius rō est. qꝛ virtus ꝓprie loquendo
est habitus potens elicere actum pfectum. quādo aūt ali
quis actus depēdet ex duabus potentijs non potest di/
ci pfectus nisi in vtraqꝫ potētia pfectio inueniatur. ꝛ hoc
patet tam in virtutibus moralib᷒ q̄ꝫ intellectualibus. p/
fecta em̄ cognitio conclusionū duo exigit. scꝫ principioruꝫ
intellectū ꝛ rationem deducentem principium in cōclusio
nes. siue ergo aliquis circa principia erret vel dubitet vl̄
in ratiocinādo deficiat aut vim ratiocinationis non com
prehendat non erit in eo perfecta conclusionuꝫ cognitio
vnde nec scientia que virtus intellectualis est. simili᷑ de/
bitus actus cōcupiscibilis ex rōne etiā ꝛ cōcupiscibili de
pendet. vn̄ si rō nō sit pfecta p prudentiā nō pt̄ esse actus
cōcupiscibilis pfectus quecunqꝫ ꝓnitas insit ꝯcupiscibili
ad bonū ꝓpter qđ nec tēperantia nec aliqua virtus mora
lis sine prudētia esse pt̄. vt dr̄. vi. ethi. cū ergo credere de/

pendeat ab intellectu ⁊ voluntate. vt ex ſupra dictis ptꝫ
nō pt eſſe talis actus ꝑfectus niſi et volūtas ſit ꝑfecta ꝑ
charitatē. ⁊ intellectus ꝑ fidem. ⁊ inde eſt ꝙ fides infor⸗
mis non poteſt eſſe virtus.
¶ Ad primū ergo dōm ꝙ aliqͩ pt eſſe accidētale ali
Ad .j. cui ꝓut eſt in genere nature qđ eſt ſibi eſſentiale prout re
fert ad genus moris. ad viciū vel virtutē. ſicut finis debi⸗
tus cōmeſtionis vel qͥlibet alia circūſtantia debita. Et ſi
militer id qđ fides ex charitate recipit eſt ſibi accidētale
ſm genꝰ nature. ſꝫ eſſentiale ꝓut refertur ad genus mo
ris. et ideo ꝑ hoc ponit in genere virtutis ¶ Ad ſcđm di
Ad 2 cendū ꝙ viciū non ſolū opponit virtuti ꝑfecte. ſed etiā ei
qđ imꝑfectū eſt in genere virtutis. ſicut intēperantia na⸗
turali habilitati que eſt in cōcupiſcibili ad bonū. ⁊ ſic infi⸗
Ad 3 delitas fidei informi opponit ¶ Terciū ꝯcedimus ¶ Ad
Ad 4 quartū dōm ꝙ ꝑ fidē informē intellectus nō oīno ꝑduci⸗
Ad 5 tur in ꝑfectionē ſufficientē virtuti. vt ex dictis ptꝫ ¶ Ad
quintū dōm ꝙ phi nō cōſiderant virtutes ſm ꝙ ꝓncipia
ſunt actus meritorij. ⁊ ideo ſm eos habitus non formati
charitate poſſunt dici virtutes. nō aūt ſm theologum.
Ad 6 ¶ Ad ſextū dōm ꝙ Augꝰ. accipit large virtutes omnes
habitus perficientes ad actus laudabiles. Vel pt dici ꝙ
non intelligit Augꝰ ꝙ habitus ſine gratia exiſtentes vir
tutes dicant. ſed qꝛ aliqͥ habitus q̄ ſunt virtutes qñ ſtꝫ cū
gratia remanent ſine gratia. nō tñ ſunt tunc virtutes.

## Septimo querit. vtrꝫ

ſit idem habitus fidei informis ⁊ formate. Et
.j. videt ꝙ nō. gratia eñ adueniēs nō habet minorem effica
ciam in fideli ꝙꝫ in infideli. ſed infideli cū cōuertitur. cum
gratia fidei habitus infundit ſimul. ergo ⁊ ſiliter in fideli
et ita habitus fidei formate. eſt alius ab habitu fidei in⸗
formis ¶ Pre. Fides informis eſt principiū timoris ſer⸗
2 uilis. fides aūt formata timoris caſti vel initialis. ſed ad⸗
ueniente timore filiali vel caſto. timor ſeruilis expellitur
ergo ⁊ adueniēte fide formata fides informis expellit. et
3 ſic nō eſt idem habitus vtriuſqꝫ. ¶ Pre. Sicut dr Boe⸗
tius. accñtia corrūpi poſſunt alterari aūt minime. ſed ha
bitus fidei informis eſt quoddā accidēs. ḡ non pt alte⸗
rari vt ipſemet fieret formatus. ¶ Pre. Adueniēte vita
4 recedit mortuū. fides aūt informis ſine operibꝫ mortua ē
vt dr Jacobi .ij. ḡ adueniente charitate que eſt principiū
vite tollit fides informis. ⁊ ita nō fit formata. ¶ Prete.
5 Ex duobꝫ accidentibꝫ nō fit vnum. ſed fides informis eſt
quoddā accidēs. ergo non pt eſſe ꝙ ex ea ⁊ charitate fiat
vnū. qđ videret oportere ſi ipſamet fides informis forma
6 ret ¶ Pre. Quecūqꝫ differūt genere differūt ſpē ⁊ nume⸗
ro. ſed fides informis ⁊ formata differūt genere cuꝫ vna
ſit virtus. nō aūt alia. ergo differūt ſpecie ⁊ nūero ¶ Pre.
Habitus penes actus diſtinguunt. ſed fidei informis et
7 formate ſunt diuerſi actꝰ. ſcꝫ credere in deū. credere deuꝫ
8 vel deo. ḡ ſunt diuerſi habitus. ¶ Pre. Diuerſi habitꝰ
diuerſis vitijs tollunt. cum vnūquodqꝫ tollat ꝑ ſuū ꝯtra
rium. ⁊ vnū vni ſit contrariuꝫ. ſed fides formata tollit per
peccatū fornicationis. nō aūt fides informis ſed ſolū per
peccatū infidelitatis. ergo fides informis ⁊ formata ſunt
diuerſi habitus.
Cōtra ¶ Sed cōtra Jacobi .ij. fides ſine operibus mortua ē
gloſa. quibus reuiuiſcit. ergo ꝑ ipſa fides informis q̄ mor
tua fuit. formatur ⁊ reuiuiſcit ¶ Pre. Res nō diuerſificā
tur penes ea que ſunt extra eſſentiā rerū. ſed charitas eſt
extra eſſentiā fidei. ergo ex hoc qđ eſt ſine charitate vel
cum charitate non diuerſificantur habitus fidei
¶ Rñſio dōm ꝙ circa hoc ſunt diuerſe opiniones. Qui Rᵒ
dā eñ dicūt ꝙ habitus q̄ fuit informis nunqꝫ efficit for⸗
matus. ſed cū grā ipſa infundit quidā nouus habitus qui Opinio
eſt formata fides. eo adueniēte habitus fidei informis di
ſcedit. ¶ Sed hoc nō pt eſſe. qꝛ nihil expellit niſi ꝑ ſuum Reꝓbaᵒ
oppoſitū. ſi igit ꝑ habitū fidei formate expellit habitus fi⸗
dei informis cū nō opponat ei niſi rōne informitatis opor
tebit ipſam informitatē eſſe de eſſentia fidei informis. et
ſic erit ꝑ eſſentiā ſuā malus habitus. nec poterit eē donū
dei. Et preterea qñ qͥs peccat mortaliter tollit grā ⁊ fides
formata tñ videmus fideꝫ remanere Nec eſt ꝓbabile qđ
dicūt. ꝙ tunc iteruꝫ donū fidei informis ei infundat. qꝛ ſic
ex hoc ipo ꝙ aliqͥs peccat diſponeret ad recipiendū aliqđ
donū a deo Et ideo alij dicūt ꝙ nō tollit habitus. ſed tā Scđa opi
tum actus fidei informis adueniēte charitate ¶ Sꝫ hoc Reꝓbat
etiā nō pt ſtare. qꝛ ſic habitus remaneret ocioſus. Et pre
rea cū habitus fidei informis nō habeat eſſentialē contra
rietatē ad actū fidei formate nō pt ꝑ eū impediri Nec po
teſt iterū dici ꝙ vterqꝫ actus ⁊ habitus ſil ſit. Quia om
nē actū quē facit fides informis poteſt facere fides forma
ta. vñ idem actus eſſet a duobꝫ. qđ nō cōtingit ¶ Et iō di Terᵃ opi
cendū cū alijs. ꝙ fides informis manet adueniente chari
tate ⁊ ipſamet formaf. ⁊ ſic ſola iformitas tollit Qđ ſic pt
videri. In potētijs eñ vel habitibꝫ ex duobꝫ attendit di
uerſitas. ſcꝫ ex obiectis ⁊ ex diuerſo mō agēdi. diuerſitas
aūt obiectoꝝ diuerſificat potentias ⁊ habitus eſſentiali⸗
ter. ſicut viſus differt ab auditu. caſtitas a fornicatōne. ſꝫ
quantū ad modū agēdi nō diuerſificant potētie vel habi⸗
tus ꝑ eſſentiā ſed ſm cōplementū ⁊ incōplementū. ꝙ eñ
aliquis clarius vel minus clare videat vl' opus caſtitatis
promptius vel minus ꝓmpte exerceat nō diuerſificat po
tentiā viſiuā vel habitū caſtitatis. ſed oportet potentiā vel
habitū eſſe ꝑfectiorē vel minꝰ ꝑfectū Fides aūt formata
et informis nō differūt in obiecto. ſed ſolū in mō agēdi. fi
des eñ formata ꝑfecta volūtate aſſentit ꝓme veritati fi⸗
des āt informis imꝑfecta volūtate Vñ fides formata et
informis nō diſtinguunt ſicut duo diuerſi habitus. ſꝫ ſicut
habitus ꝑfectus ⁊ imꝑfectus. vñ cū hic idem habitus q̄
prius fuit imꝑfectus poſſit fieri ꝑfectus ipe habitꝰ fidei
informis fit formatus Ad .j.
¶ Ad primū ergo dōm ꝙ gratia non hꝫ minorē effica
ciam cū infundit fideli ꝙꝫ infideli. ſed hoc eſt per accñs. qꝛ
in eo q̄ tunc habet fidē nō aliū habituꝫ fidei cauſat qꝛ ipm
inuenit. ſicut ex doctrina alicuius docētis docent ſciens ⁊
inſcius. ſed ſciens nō acqͥrit nouū habitū. ſed ſcia ꝓus ha
bita fortificat ¶ Ad ſcđm dōm ꝙ timor ſeruilis nō exclu Ad 2
ditur adueniēte charitate quantū ad ſubſtantiā doni. ſed
quantū ad ſeruilitatē. ⁊ ſic etiā fides quantū ad informi⸗
tatē tollit ſolū adueniente gratia ¶ Ad terciū dōm ꝙ q̄ꝫuis Ad 3
uis accñs nō poſſit alterari. ſubiectū tñ accñtis ſm aliqđ
accñs alterat. ⁊ ſic accñs variari dr. ſicut albedo fit maior Ad 4
vel minor ſubiecto ſm albedinē alterato ¶ Ad quartum
dicendū ꝙ adueniente vita nō oportet ꝙ tollat mortuū. ſed
mors. ⁊ ita nō tollit fides informis ſed informitas ꝑ chari
tatem. ¶ Ad quintū dōm. ꝙ q̄uis ex duobꝫ accidentibꝫ Ad 5
non fiat vnū. tamē vnuꝫ accñs pt ꝑ aliud ꝑfici. ſicut color
ꝑ lucē. ⁊ ſic fides ꝑ charitatē ꝑficit ¶ Ad ſextū dōm ꝙ fi⸗ Ad 6
des informis ⁊ formata nō dicunt eſſe diuerſa in genere q̄
ſi in diuerſis generibꝫ exiſtentia. ſed ſicut ꝑfectū qđ attin
git rōem generis. ⁊ imꝑfectū qđ nondū attingit. vñ non

opoꝛtet ꝙ differāt nūero.ſicut nec embꝛio ⁊ aīal ¶ Ad
Ad 7 ſeptimū.ꝙ credere deū.⁊ credere deo.⁊ credere in deum
nō nominant diuerſos actus.ſꝫ diuerſas circumſtantias
eiuſdē actus virtutis In fide eīn eſt aliqͩ ex pte cogni
tionis,put fides eſt argumentū.⁊ ſic ꝗtū ad hmōi argu
mentatōis pncipiū.actus fidei dꝛ credere deo.ex hoc eīn
mouet credens ad aſſentiendū alicui.qꝛ eſt diuinitꝰ di/
ctum.ſꝫ quātū ad cognitōem cui aſſentit dꝛ credere deū
veritas eīn pma eſt ꝓpꝛiū obiectū fidei.ſꝫ ꝗtū ad id qđ
ē voluntatis dꝛ actus fidei credere in deū.nō aūt ē actꝰ
virtutis pfecte.niſi has oēs circūſtātias habeat ¶ Ad
Ad 8 octauū dōm.ꝙ fides foꝛmata tollit foꝛnicatōe ⁊ alijs pec
catis pter infidelitatē.nō quātū ad ſubſtantiā habitus
ſed quantū ad foꝛmam tantum

## OCtauo querit. vtruꝫ

obiectū fidei ꝓpꝛiū ſit veritas pma ¶ Et vide
.1. tur ꝙ nō In ſymbolo eīn fides explicatur.ſꝫ in ſymbolo
ponunt multa q̄ ad creaturā ptinent.ḡ nō tātum veri/
Solo. tas pma eſt obiectū fidei ¶ Sꝫ diceres ꝙ ea q̄ ad crea
turas ptinent in ſymbolo poſita ſe hn̄t ad fidē quaſi per
2. accn̄s ⁊ ſcđario ¶ Sed ꝯtra.ꝯſideratio alicuiꝰ ſcie ad
oīa illa p ſe extendit ad q̄ extendit efficacia ꝓpꝛij medij
a quo ꝓcedit.ſꝫ mediū fidei eſt hoc ꝙ credit deo aliqͩ di
centi.ex hoc eīn mouet fides ad aſſentiendū ꝙ putat ali/
qͩ a deo eſſe dictū.deo aūt credendū ē.nō tantū de veri
3 tate pma.ſꝫ de qualibet alia veritate.ḡ q̄libet veritas eſt
p ſe materia ⁊ obiectū fidei ¶ Pꝛete. Actus penes ob
iecta diſtinguunt.ſꝫ actus fidei ⁊ viſio dei p eſſentiā ſūt
actus diuerſi.cū ergo obiectū viſionis p̄dicte ſit ipa veri
4. tas pma.nō erit obiectum actus fidei ¶ Pꝛete. Veri
tas pma ſic ſe habet ad fidē ſicut lumen ad viſum.lumē
eīn p ſe nō ē obiectū viſus.ſꝫ magis coloꝛ in actu.vt phs
5 dꝛ.ergo nec veritas pma eſt obiectū p ſe fidei ¶ Pꝛete.
Fides eſt cōplexoꝝ.his eīn ſolū tācꝫ veris aliqs aſſen/
tire pt.ſꝫ veritas pma eſt incōplexa.ergo obiectum fidei
6 nō ē veritas pma ¶ Pꝛete. Si p ſe obiectū fidei eēt veri
tas pma.nihil qđ pure ptinet ad creaturā.ptinet ad fi/
dem.ſꝫ reſurrectio pure ad creaturā ptinet.⁊ tn̄ inter ar
ticulos fidei cōputat.ergo nō ē p ſe tantū obiectū fidei
7 veritas pma ¶ Pꝛete. Sicut viſibile ē obiectū viſus ita
credibile obiectū fidei.ſꝫ multa alia ſunt credibilia ꝗ̄ ve
8 ritas pma.ḡ veritas pma nō ē p ſe obiectū fidei ¶ Pꝛe/
te. Relatiuoꝝ eadē eſt cognitio ꝓpter hoc ꝙ vnū clau/
ditur in intellectu alterius.ſed creatoꝛ ⁊ creatura rela/
tiue dicunt.ḡ cuiuſcūcꝫ habitus cognoſcitiui ē obiectuꝫ
creatoꝛ eius etiā erit obiectū creatura.⁊ ita nō pt eſſe ꝙ
veritas pma ſit ſolūmodo fidei obiectū. ¶ Pꝛete. In q
9 libet cognitōe id in qđ deducimur obiectū eſt.illud aūt
p qđ in ipm deducimur mediū eſt.ſꝫ in fide deducimur
ad aſſentiendū aliqͥb; veritatib; de deo ⁊ creaturis p ve/
ritatē pmā inquantū credimus deū eſſe veritatē.ḡ veri
tas pma nō ſe hꝫ ad fidē vt cognitōis obiectū.ſꝫ magis
10 vt mediū ¶ Pꝛete. Sicut charitas ē virtus theologica
ita ⁊ fides.ſꝫ charitas nō ſolū ꝓ obiecto hꝫ deū.ſꝫ ꝓxi/
mum etiā.vn̄ ⁊ de dilectōe dei ⁊ ꝓximi duo p̄cepta cha
ritatis dantur.ḡ fides habebit ꝓ obiecto nō ſolū verita
11. tem pmā.ſꝫ etiā veritatē creatā ¶ Pꝛete. Auguſti. dꝛ
ꝙ in patria videbimꝰ res ipas.hic aūt intuemur rerum
imagines.ſꝫ viſio fidei ad ſtatū vie ptinet.ergo viſio fi/
dei eſt p imagines.ſꝫ imagines p quas intellectus noſter
videt ſunt res create.ergo fidei obiecta ſunt res create
¶ Pꝛete. Fides ē mediū inter ſciam ⁊ opinionē.vt patꝫ 12.
p definitōem Hug.de ſctō vict.ſꝫ ſcia ⁊ opinio ē de cō
plexo.ḡ ⁊ fides.⁊ ita nō pt eē eiꝰ obiectū veritas pma.q̄
ſimplex ē ¶ Pꝛete. Pꝛincipiū fidei videt eē reuelatio ꝓ
phetica p quā nobis diuina annūciata ſunt.ſed ꝓphetie 13.
obiectū nō ē pma veritas ſed magis res create.q̄ ſub cer
ta dꝛn̄a cadunt tpis.ergo ⁊ fidei obiectū nō ē tantū veri
tas pma ¶ Pꝛete. Veritas ꝯtingēs nō eſt veritas pri/ 14
ma.ſꝫ aliqua veritas fidei ē veritas ꝯtingens Chriſtuꝫ
eīn pati fuit ꝯtingens cū eēt depēdens a libero arbitrio
ſuo ⁊ etiā iudeoꝝ.⁊ tn̄ de paſſione Chriſti ē fides.ḡ ve/
ritas pma nō ē fidei obiectū ꝓpꝛiū ¶ Pꝛete. Fides ꝓpꝛie
loquēdo nō eſt niſi cōplexoꝝ.ſꝫ in q̄buſdā articulis fidei 15
pma veritas cadit vt incōplexū.vt cū dicimus deum
paſſum vel moꝛtuū.ḡ nō tangit ibi pma veritas vt fi/
dei obiectū ¶ Pꝛete. Veritas pma cōpat duplr ad fidē 16.
ſcꝫ vt teſtificans ⁊ vt id de quo eſt fides.ſꝫ nō pt poni ob
iectū fidei vt eſt teſtificans.ſic eīn eſt extra fidei eſſentiā.
nec iterꝝ vt illud de quo eſt fides.qꝛ ſic q̄cuncꝫ enūciabi
lia foꝛmant de veritate pma eſſent credibilia.qđ pꝫ eſſe
falſum.ergo veritas pma nō ē ꝓpꝛiū obiectū fidei
¶ Sꝫ ꝯtra ē qđ Dyoni.dꝛ vij.ca.de di.no.ꝙ fides ē ſp Cōtra
circa ſimplicē ⁊ ſp eodē mō ſe habentē veritatē.ſed talis
nō eſt veritas niſi veritas pma.ḡ ⁊c. ¶ Pꝛete. Virtꝰ 2.
theologica idē hꝫ ꝓ fine ⁊ obiecto.ſꝫ fidei finis eſt veri/
tas pma cuius apertam viſionē fides meret.ḡ ⁊ obiectuꝫ
eius eſt veritas ¶ Pꝛete. Iſidoꝛus dꝛ ꝙ articulus nō ē
niſi p̄ceptio diuine veritatis.ſꝫ fides in articulis ꝯtinet. 3
ergo veritas diuina ē fidei obiectū ¶ Pꝛete. Sicut ſe hꝫ
charitas ad bonū.ita fides ad verū.ſꝫ charitatis p ſe ob
iectū eſt ſummū bonū.qꝛ charitas diligit deū ⁊ ꝓximuꝫ
ꝓpter deū.ergo obiectū fidei eſt veritas pma.
¶ Reſponſio dōm ꝙ p ſe obiectū fidei veritas pma ē. Rſo.
qđ ſic accipi pt.nullus eīn habitus rōnem virtutis hꝫ ni
ſi ille cuius actus ſp eſt bonꝰ.aliter eīn nō eēt pfectio po/
tentie.cū igit actus intellectus ſit bonus ex hoc ꝙ verū
ꝯſiderat.opoꝛtet ꝙ habitus in intellectu exn̄s virtꝰ eſſe
nō poſſit niſi ſit talis quo infallibiliter verū dicat.rōne cu
ius opinio nō eſt virtus intellectualis.ſꝫ ſcia ⁊ intellectꝰ
vt dꝛ in vi.ethicoꝝ. Hoc aūt fides nō pt habere q̄ virtꝰ
ponit ex ipa rerꝝ euidentia cū ſit non apparentiū.opoꝛtet
igit ꝙ hoc habeat ex hoc ꝙ adheret alicui teſtimonio in
quo infallibiliter veritas inuenit. Sicut aūt oīe creatū
ꝗtū eſt de ſe vanū ē ⁊ defectibile.niſi ꝯtineat ab ente in/
creato.ita ⁊ oīs creature veritas defectibilis eſt niſi q̄tē/
nus p veritatē increatā rectificat.vn̄ necꝫ oīs hoīs necꝫ
angeli teſtimonio aſſentire infallibiliter in veritatē duce
ret niſi inq̄tū in eis loquētis dei teſtimonium ꝯſiderat.
Vn̄ opoꝛtet ꝙ fides q̄ virtꝰ ponit faciat intellectū hoīs
adherere illi veritati q̄ in diuina cognitōe ꝯſiſtit trāſcen
dendo ꝓpꝛij intellectus veritatē.⁊ ſic fidelis p ſimplicē ⁊
eodē mō ſe habentē veritatē liberat ab inſtabili erroꝛis
varietate.vt dꝛ Dyo.vij.ca.de di.no. Veritas aūt diuine
cognitōis hoc mō ſe hꝫ ꝙ pmo ⁊ pncipaliter eſt ipiꝰ rei
increate.creaturaꝝ vero q̄dāmō ꝯſequēter inq̄tū q̄dē co
gnoſcēdo ſeipam oīa alia cognoſcit Et ita fides q̄ hoīeꝫ
diuine cognitōi ꝯiungit p aſſenſum ipm deū hꝫ ſicut pn
cipale obiectū.alia vero q̄cuncꝫ ſicut ꝯſequenter ꝯiūcta
¶ Ad pmū dōm ꝙ oīa alia q̄ in ſymbolo ponuntur ad
creaturam ptinentia nō ſunt materia fidei.niſi ſm ꝙ eis Ad.1.
aliqͩ pme veritatis adiūgit.ipa eīn paſſio nō cadit ſub

fide niſi inquantū credimus deū paſſum. nec reſurrectõ
niſi inquantū credimus eā diuina virtute fieri. ¶ Ad
Ad 2 ſcðm dðm ꝙ ꝗuis teſtimonio diuino ſit de omib⁹ credē
dū tñ diuinū teſtimoniū ſicut ⁊ cognitio pmo ⁊ pncipa
liter eſt de ſeipo ⁊ ꝯſequēter de alijs Jo. viij. ego teſtimo
niū phibeo ⁊c. vñ ⁊ fides pncipaliter eſt de deo ꝯſequen
Ad 3 ter de alijs ¶ Ad terciū dðm ꝙ veritas pma eſt obie-
ctum viſionis patrie vt in ſua ſpecie apparens. fidei aūt
vt nõ apparens. vñ etſi idē ſit re obiectū vtriuſqꝫ actus
Ad 4 tñ nõ eſt idē rõne. et ſic formalr differens obiectū diuer-
ſam ſpēm actus facit ¶ Ad quartū dðm ꝙ lumē ē quo
dāmõ obiectū viſus quodāmõ non Inquantū eñ lux
nõ videt noſtris viſib⁹ niſi ꝑ hoc ꝙ aliqd corpus termi-
natū ꝑ reflexionē vel alio mõ ꝯiungit dꝛ nõ eſſe ꝑ ſe vi-
ſus obiectū. ſꝫ magis color q ſemꝑ eſt in corꝑe termiato.
Inquantū aūt nihil niſi ꝑ lumē videri pt. lux ipm viſibi-
le eſſe dꝛ. vt ibidē phs dt. ⁊ ſic veritas prima eſt ꝑ ſe ob
Ad 5. iectū fidei ¶ Ad qntū dðm ꝙ res cognita dꝛ eſſe co-
gnitõis obiectū ſm qd eſt extra cognoſcentē in ſeipa ſub
ſiſtens. ꝗuis de re tali nõ ſit cognitio niſi ꝑ illud qd de
ipa eſt in cognoſcente. ſicut color lapidis q eſt viſus ob-
iectū nõ cognoſcit niſi ꝑ ſpēm eius in oculo. Veritas igi
tur diuina q ſimplex eſt in ſeipa eſt fidei obiectū. ſed eā in
tellectus noſter accipit ſuo mõ ꝑ viā cõpoſitõis. ⁊ ſic ꝑ
hoc ꝙ compoſitõi facte tanꝗ vero aſſentit in veritatē
pmam tendit ſicut in obiectū. ⁊ ſic nihil ꝓhibet veritatē
pmam eſſe fidei obiectū quāuis ſit cõplexoꝝ ¶ Ad ſe-
Ad 6. xtum dðm. ꝙ reſurrectio carnis ⁊ alia hmõi ptinent ad
Ad 7 veritatē pmā inꝗtū diuina vtute fiunt ¶ Ad ſeptimū
dðm. ꝙ oīa credibilia ex hoc ꝙ a deo ſtꝫ teſtificata opꝫ
pncipalr ēē de veritate pma. ⁊ ſcðario de reb⁹ creatis vt
ex dictis pꝫ. alia vero credibilia nõ ſunt hmõi obiectū
Ad 8 fidei de qua nunc loqmur ¶ Ad octauū dðm. ꝙ creator
nõ eſt obiectū fidei ſub rõne creatoris. ſed vt eſt veritas
prima. vñ nõ oportet ꝙ fidei ꝑ ſe obiectū ſit creatura. nõ
eñ quia eadē eſt cognitio dñi ⁊ ſerui inꝗtum hmõi ꝓpter
hoc. qcunqꝫ nouit aliqd circa dñm nouit aliqd circa ſer
Ad 9. uum ¶ Ad nonū dðm. ꝙ ꝗuis ꝑ veritatē primā dedu
cimur in creaturas. pncipalr tñ ꝑ eā deducimur in ſeipā
qꝛ ipa pncipalr de ſeipa teſtificat. vñ veritas prima ſe hꝫ
in fide vt mediū ⁊ vt obiectū ¶ Ad decimū dðm. ꝙ cha
Ad 10 ritas in proximo nõ diligit niſi deū. vñ ex hoc nõ ſeqtur
Ad 11. ꝙ charitatis obiectū ſit aliqd aliud ꝗ ſummū bonum.
¶ Ad vndecimū dðm. ꝙ imagines ꝑ quas fides ali-
qd ītuet nõ ſtꝫ fidei obiectū. ſꝫ id ꝑ qd fides in ſuū obie-
ctū tendit ¶ Ad xij. dðm. ꝙ ꝗuis fides ſit de cõplexiõe
Ad 12 ꝗtū ad id qd in nobis eſt. tñ ꝗtū ad id ꝑ qd in fidē de-
ducimur ſicut in obiectū eſt de ſimplici veritate. ¶ Ad
Ad 13 xiij. dðm. ꝙ ꝗuis ꝓphetia ꝓ materia habeat res creatas
et tpales. tñ ꝓ fine hꝫ rem increatā. ad hoc eñ oēs ꝓphe-
tice reuelatõꝭ ordinant. etiā ille q de reb⁹ creatis fiūt vt
deus cognoſcat a nobis. ⁊ ideo ꝓphetia ducit ad fidē ſi-
cut ad finē Nec oportet ꝙ ſit idē ꝓphetie ⁊ fidei obiectū
vel materia. ſꝫ ⁊ etiā ſi aliqñ ſit de eodē fides ⁊ ꝓphetia
nõ tñ ſm idē. ſicut de paſſione chriſti fuit ꝓphetia antiq-
rum ⁊ fides. ſꝫ ꝓphetia ꝗtū ad id qd erat in ea tēporale.
Ad 14 fides vero ꝗtū ad id qd erat in ea eternū ¶ Ad xiiij. dðꝫ
ꝙ de paſſione nõ eſt fides niſi ſm ꝙ ꝯiungit veritati eter
ne ꝓut paſſio circa deū ꝯſiderat Ipa etiam paſſio ꝗuis
ſm ſe ꝯſiderata ſit ꝯtingens. tñ ſm ꝙ diuine preſcie ſub
ſtat. ꝓut eſt de ea fides ⁊ ꝓphetia immobilē veritatē hꝫ.
¶ Ad xv. dðm. ꝙ ꝓpoſitõis ſubiectum ſe habet ad to-
Ad 15
tam ꝓpõnem. ſicut materia. vñ ꝗuis in talib⁹ ꝓpõnib⁹ cū
dicimus deus eſt paſſus. ſolūmõ nominet ſubiectū quid
increatū. tota tñ ꝓpoſitio dꝛ ēē de re increata ſicut de ma
teria. ⁊ ſic nõ remouetur quin fides habeat veritatē pri-
mam ꝓ obiecto ¶ Ad xvi. dðm. ꝙ ꝓ tanto veritas pri- Ad 16
ma dꝛ eſſe fidei obiectū. qꝛ de ea eſt fides. nec tñ oportet
ꝙ qdlibet enunciabile de deo formatū ſit credibile. ſed id
ſolū de quo veritas prima teſtificat Sicut etiā corp⁹ mo
bile eſt ſubiectū naturalis phie. nec tñ oīa enunciabilia
q de corꝑe mobili formari pñt ſunt ſcibilia. ſꝫ ſolum q ex
pncipijs naturalis phie manifeſtant. Ipſum aūt teſti-
moniū veritatis prime ſe habet in fide vt pncipiū in ſci-
entijs demonſtratiuis

**NOno querit̃ vtrum** 1
fides poſſit eſſe de reb⁹ ſcitis ¶ Et videtur ꝙ
ſic. vnūqdqꝫ eñ pt eſſe ſcitū qd neceſſaria rõne pt ꝓba-
ri. ſed ſm Hug. de ſancto vic. ad oīa q credere oportꝫ nõ
deeſt ratio. nõ ſolū ꝓbabilis. ſed etiā neceſſaria. ergo de
reb⁹ creditꝫ ſcia haberi pt ¶ Prete. Lumē gratie diuini 2
tus infuſum eſt efficatius ꝗ lumen nature. ſed ea q no-
bis manifeſtant ꝑ lumē rõnis naturale ſunt a nobis ſci-
ta vel intellecta. ⁊ nõ ſolū credita. ergo ⁊ ea q innoteſcūt
nobis ꝑ lumen fidei diuinitus infuſum. ſunt a nobis ſci-
ta nõ ſolū credita ¶ Prete. Certi⁹ ⁊ efficatius eſt dei 3
teſtimoniū ꝗ hoīs ꝗtūcunqꝫ ſcientis. ſed de his q ꝓce-
dunt ex ſuppoſitõne dicti alicuius ſcientis ꝯtingit habe-
re ſciam. vt pꝫ in ſcientijs ſubalternatis que ſua pncipia
ſupponunt a ſcientijs ſubalternantib⁹. ergo multo forti-
us de his q ſūt fidei habet ſcia. cū ſupponat ex teſtimo- 4
nio diuino ¶ Prete. Quādocunqꝫ intellectus cogitur
de neceſſitate ad aſſentiendū hꝫ ſciam de his qb⁹ aſſentit
ꝓceſſus eñ ex neceſſarijs ſciam facit. ſꝫ his q ſunt fidei
aliqs credens ex neceſſitate aſſentit. Dicit eñ Jaco. ij.
ꝙ demones credunt ⁊ ꝯtremiſcūt. qd nõ pt ex eoꝝ vo-
luntate fieri. cū ipoꝝ voluntas laudabilis eſſe nõ poſſit
et ſic relinquit de neceſſitate ꝙ his q ſunt fidei aſſentiāt
ergo de his q ſunt fidei pt eſſe ſcia ¶ Prete. Ea q ſunt 5
naturalr cognita ſunt ſcita vel certius cognita ꝗ ſcita. ſꝫ
cognitio dei naturaliter eſt omib⁹ inſerta. vt Dam. dt. fi-
des aūt eſt ad cognoſcendū deū. ergo ea q ſunt fidei pñt 6
eſſe ſcita Prete. Plus diſtat opinio a ſcia ꝗ fides. ſꝫ de
eodē pt eſſe ſcia ⁊ opinio. vt ſi aliqs vnā ⁊ eandē ꝯcluſio-
nem ſciat ⁊ ꝑ ſyllogiſmū demonſtratiuū. ⁊ ꝑ ſyllogiſmum
dyalecticū. ergo pt de eodē eſſe ſcia ⁊ fides ¶ Preterea 7
Chriſtū eſſe ꝯceptū eſt articulus fidei. ſed hoc beata vir
go ꝑ experimentū ſciuit. ergo pt eſſe idē ſit ſcitū ⁊ creditū
¶ Prete. Deū eſſe vnū ponit inter credibilia. ſꝫ hoc de 8
monſtratiue ꝓbat a phis ⁊ ita pt eſſe ſcitū. ergo de eodē 9
pt eſſe fides ⁊ ſcia ¶ Prete. Deū eſſe. eſt qddā credibi
le. nõ aūt credimus hoc ꝓpter hoc ꝙ ſit deo acceptū. qa
nullus pt eſtimare aliqd deo eſſe acceptum niſi ꝑus eſti-
met eſſe deū q accipit. ⁊ ſic eſtimatio qua qs eſtimat de
um eſſe ꝑcedit eſtimatõem qua quis putat aliqd ēē deo
acceptū. nec pt ex ea cauſari. ſed ad credendū ea q neſci-
mus ducimur ꝑ hoc ꝙ credimus deo acceptū. ergo deū
eſſe. eſt creditum ⁊ ſcitum
¶ Sed ꝯtra materia vel obiectū fidei pncipale eſt veri- Contra
tas prima. ſed de prima veritate id eſt de deo nõ pt eſſe
hoi ſcia. vt dꝛ ꝑ Dyo. i. ca. de. di. no. ergo non pñt eſſe de
eodē fides ⁊ ſcia ¶ Prete. Scientia ꝑ rõnem efficit. nõ 1

aũt vim fidei euacuat. fides eñ nõ hꝫ meritũ cui rõ hu/
mana p̃bet experimentũ. ergo fides ⁊ ſcia nõ ↄcurrũt in
3 idẽ ¶ Prete. i. chorynth. xiij. cum venerit qd̃ pfectũ eſt
euacuabit qd̃ ex parte eſt. cognitio fidei ex parte eſt. id ẽ
impfecta. cognitio aũt ſcie eſt pfecta. ḡ ſcia fidẽ euacuat.
¶ Reſponſio. dõm ꝙ ſm Auguſtinũ in libro de viden
Rō. do deum. creduntur illa q̃ abſunt a ſenſibus noſtris. ſi
videtur idoneum teſtimoniũ quod eis p̄hibetur Videntur
tur aũt que preſto ſunt vel animi vel corporis ſenſibꝫ. q̃
quidem differẽtia euidens eſt in his q̃ preſto ſunt cor/
poris ſenſibus in quibꝫ manifeſtũ eſt quid preſto ſit cor
poris ſenſibus ⁊ quid nõ. Sꝫ in ſenſibus animi quid eẽ
preſto dicatur magis latet. illa tamẽ preſto eẽ dicuntur
intellectui que capacitatẽ eius nõ excedunt. vt intuitus
intellectus in eis figatur. talibus eñ aliquis aſſentit nõ
ꝓpter teſtimoniũ alienum. ſꝫ ꝓpter teſtimoniũ ꝓprij intel
lectus. illa vero q̃ facultatẽ intellectus excedunt abſen/
tia eſſe dicuntur a ſenſibꝫ animi. Vñ intellectus in eis fi
gi nõ p̃t. vñ eis nõ p̃t aſſentire ꝓpter ꝓprium teſtimo/
nium. ſꝫ ꝓpter teſtimoniũ alienum Et hec ꝓprie credita
eẽ dicuntur. Vñ fidei obiectum ꝓprie eſt illud quod eſt
abſens ab intellectu. credunt̃ eñ abſentia. ſꝫ vident̃ pre/
ſentia. vt in eodẽ libro dr̃ Auguſti. vel etiam res nõ ap/
parens. id eſt res nõ viſa. quia vt dr̃ heb. xi. fides ẽ ſub/
ſtantia ⁊c. quando aũt deficit ratio proprij obiecti. opor
tet ꝙ ⁊ actus deficiat. vñ q̃cito aliquid incipit eẽ pñs
vel apparẽs. nõ p̃t vt obiectum ſubeſſe actui fidei Que
cunq̃ aũt ſciuntur ꝓprie accepta ſcia cognoſcunt̃ p reſo/
lutõnem in prima pncipia. q̃ p ſe preſto ſunt intellectui
et ſic omnis ſcia in viſione rei preſentis perficitur. vnde
impoſſibile eſt ꝙ de eodem ſit fides ⁊ ſcientia.
Duplex eſt credibile ¶ Sciendũ aũt ꝙ aliquid eſt credibile dupl̃r. vno mõ
ſimpl̃r. q2 ſcꝫ excedit facultatẽ oĩm hoĩm in ſtatu vie ex/
iſtentium. ſicut deũ eẽ trinum ⁊ vnum ⁊ hmõi. ⁊ de his
impoſſibile ẽ ab aliquo homine ſciam haberi. ſꝫ q̃libet fi
delis aſſentit hmõi ꝓpter teſtimoniũ dei cui hec preſto
et cognita ſt̃. Aliq̃d vero ẽ credibile nõ ſimpl̃r. ſꝫ re/
ſpectu alicuius qd̃ quidẽ nõ excedit facultatẽ oĩm hoĩm
ſꝫ aliquoꝝ tantũ. ſicut illa q̃ de deo demonſtratiue ſciri
poſſunt. vt deum eẽ. vel deum eẽ vnuꝫ. aut incorporeũ
et hmõi. ⁊ de his nihil ꝓhibet ꝙ ſint ab aliq̃bus ſcita q̃
coꝝ hñt demonſtratõnes. ⁊ ab aliq̃bus credita q̃ horuꝫ
demonſtratõnes nõ pceperunt. ſꝫ impoſſibile eſt ꝙ ſint
ab eodem ſcita ⁊ credita.
¶ Ad p̃mũ ergo dõm. ꝙ de omĩ qd̃ oportet credi ſi nõ
Ad .1. eſt p ſe notum habet̃ rõ. nõ ſolum ꝓbabilis. ſꝫ etiam ne/
ceſſaria. q̃uis eam noſtram p̃ſentiam ↄtingat latere. vt
ibidẽ Rychardus ſubdit. vñ rões credibiliũ ſunt igno/
te nobis. ſꝫ note deo ⁊ beatis. q̃ de his nõ fidẽ ſꝫ viſionẽ
Ad 2 hñt. ¶ Ad ſcdm dõm. ꝙ q̃uis lumẽ diuinitus infuſuꝫ
ſit efficatius q̃ lumen naturale. nõ tñ in ſtatu iſto parti
cipatur a nobis pfecte. ſꝫ impfecte. ⁊ ideo ꝓpter impfe/
ctam participatõnem eius ↄtingit ꝙ non ducimur per
illud infuſum lumẽ in viſionẽ hoꝝ ad quoꝝ cognitõem
datur. ſꝫ hoc erit in patria qñ pfecte illud lumẽ pticipabi
Ad 3. mus vbi in lumine dei videbimus lumẽ ¶ Ad terciuꝫ
dõꝫ. ꝙ ille q̃ hꝫ ſciam ſubalternatã nõ pfecte attingit ad
rõnem ſciendi. niſi inq̃tum eius cognitio ↄtinuat̃ quo/
dãmõ cũ cognitõe eius q̃ hꝫ ſciam ſubalternantẽ. nihilo
minus tñ inferior ſciens nõ dr̃ de his. q̃ p̃ſupponunt̃ in
altiori ſcia. habere ſciam. ſꝫ de ↄcluſionibꝫ q̃ ex pncipijs
ſuppoſitis de neceſſitate ↄcludunt̃. ⁊ ſic etiã fidelis p̃t di/
ci habere ſciam de his que ↄcluduntur ex articulis fidei
¶ Ad quartũ dõm. ꝙ demones nõ voluntate aſſentiũt Ad 4
his q̃ dicunt̃ credere. ſꝫ coacti euidentia ſignoꝝ ex q̃bus
ↄuincitur verum eſſe qd̃ fideles credunt. q̃uis illa ſigna
nõ faciant apparere id qd̃ creditur vt p hoc poſſit dici vi
ſionem eoꝝ q̃ credunt̃ habere. Vñ ⁊ credere quaſi equo
ce dr̃ de hominibꝫ ⁊ demonibꝫ. nec eſt in eis fides ex aliq̃
lumine gratie infuſo. ſicut eſt in fidelibꝫ. ¶ Ad q̃ntum Ad 5
dõm. ꝙ de deo nõ eſt fides q̃tuꝫ ad id qd̃ de deo nobis
eſt naturalr̃ cognitum. ſꝫ q̃tum ad id qd̃ cognitõem na/
turalem excedit. ¶ Ad ſextũ dõm ꝙ nõ videt̃ eſſe poſſi Ad 6
bile ꝙ aliquis de eodem habeat ſciam ⁊ opinionẽ. q2 opi
nio eſt cũ formidine alterius partis quaꝫ formidinẽ ſcia
excludit. ⁊ ſimilr̃ nõ ẽ poſſibile ꝙ ſit de eodẽ fides ⁊ ſcia Ad 7.
¶ Ad ſeptimũ dõm. ꝙ beata virgo poterat quidẽ ſcire
ꝙ filium nõ ex virili cõmixtione ↄceperat. qua aũt virtu
te ↄceptio illa facta fuerat nõ potuit ſcire. ſꝫ credidit an/
gelo dicenti. ſpũſſanctus ⁊c. ¶ Ad octauum dõm. ꝙ Ad 8
deum eſſe vnum. put eſt demonſtratũ non dr̃ articulus
fidei. ſꝫ p̃ſuppoſitũ ad articulos. cognitio eñ fidei p̃ſup/
ponit cognitõem naturalẽ ſicut ⁊ gratia naturã. ſꝫ vni/
tas diuine eſſentie talis qualis ponitur a fidelibꝫ. ſcꝫ cuꝫ
omnipotentia. ⁊ omĩ ꝓuidentia ⁊ alia hmõi q̃ ꝓbari nõ
poſſunt ↄſtituunt articulũ. ¶ Ad nonum dõm. ꝙ ali/ Ad 9.
quis poteſt incipere credere id qd̃ p̃us nõ credebat ſꝫ de
bilius exiſtimabat. vñ poſſibile eſt ꝙ aliquis anteq̃ cre/
dat deum eſſe exiſtimauerit eſſe ei placitũ ꝙ credat̃ eum
eſſe. ⁊ ſic poteſt aliquis credere deum eſſe eo ꝙ ſit placi/
tum deo q̃uis hoc etiam nõ ſit articulus fidei. ſed añce/
dens articulum. quia demonſtratiue ꝓbatur

# Decimo querit̃. vtruꝫ

ſit neceſſariũ homini habere fidẽ ¶ Et videt̃
ꝙ nõ. vt eñ dr̃ Deu. xxxij. dei pfecta ſunt opera. ſꝫ nõ eſt .1.
aliquid pfectum niſi ꝓuideat̃ ei de his q̃ ſunt ei neceſſa/
ria ad finem ꝓprium ↄſequendũ. ergo vnicuiq̃ rei ex cõ
ditõne nature ſue ꝓuiſa ſunt illa q̃ ſufficiunt ad vltimum
finẽ ↄſequendũ. ſꝫ ea que ſunt fidei ſunt ſupra cognitõeꝫ
hoĩm ex naturali ↄditõne cõpetentẽ. ergo fides p quam
hmõi cognoſcunt̃ ſiue accipiunt̃ nõ ẽ homini neceſſaria
ad ſuum finem conſequendum. ¶ Sꝫ diceres ꝙ ho/ Solõ.
mini ex ſua naturali cognitõne ſunt ꝓuiſa iſta q̃ ſunt ne
ceſſaria ad naturalẽ finẽ ↄſequendũ. cuiuſmodi eſt felici
tas vie q̃ etiã ponit̃ a p̃his. nõ aũt ad ↄſequendũ finem
ſupnaturalẽ q̃ eſt beatitudo eterna.
¶ Sed ↄtra. hõ ex natura ↄditõnis ſue ad hoc factus
eſt vt ſit pticeps eterne beatitudinis. ad hoc eñ deus ra 2.
tionalẽ creaturã capacẽ ſui inſtituit. vt habet̃ in pncipio
ſcdi ſniaꝝ. ergo in ipa natura debuerunt ſibi eſſe indita
pncipia p q̃ ipm finẽ ↄſequi poſſit. ¶ Prete. Sicut ad 3
ↄſequendũ finẽ eſt neceſſaria cognitio. ita ⁊ operatio. ſed
ad ↄſequendũ finẽ ſupnaturalẽ nõ dant̃ nobis habitus
virtutũ ordinantes in alia opera q̃ in q̃ ordinamur p na
turalem rõnem. ſꝫ ad eadẽ opera pfectiori mõ facienda.
Caſtitas eñ infuſa ⁊ acq̃ſita eundẽ actũ habere vident̃
ſcꝫ a delectationibꝫ veneris refrenare. ergo nec ꝓpter ↄſe/
quendũ finẽ ſupnaturalẽ oportuit nobis aliquẽ habituꝫ
cognitõis infundi ordinatũ ad alia cognoſcenda q̃ na/
turaliter cognoſcere poſſumus. ſꝫ ad eadẽ pfectiori mõ
et ſic videt̃ ꝙ fidẽ habere nõ apparentiũ rõni nõ fuerit ne
ceſſaria ad ſalutẽ. ¶ Prete. Potentia nõ indiget habitu 4.

ꝓpter id ad qđ naturalr̄ eſt determinata ſicut pʒ in potē
tijs irrōnalib̄ q̄ ſine habitu medio ſua oꝑa ꝑficiunt. vt
vis nutritiua ⁊ generatiua. ſʒ humanus intellectus natu
raliter determinaꝰ ad cognoſcendū deū. ḡ nō indiget ha
bitu fidei ad hoc ꝙ in cognitōem dei ducaꝰ ¶ Preterea
5 Perfectius ē qđ ꝑ ſeipm̄ pt̄ ꝯſeq̄ finē q̄ʒ qđ nō pt̄ ꝑ ſeip⸗
ſum. ſed alia aīalia ex ꝑncipijs naturalib̄ poſſūt ꝯſeq̄ fines
ſuos. vñ cū hō ſit eis ꝑfectioꝛ videꝰ ꝙ cognitio naturalis
ſit ei ſufficiens ad ꝯſequendū finē ſuū. ⁊ ſic nō indiget fi⸗
6 de. ¶ Pret̄e. Id qđ reputaꝰ in viciū nō eſſe videꝰ neceſſa
riū ad ſalutē. ſʒ ꝙ aliq̄s ſit credulus reputaꝰ in viciū. vñ
dr̄ eccleſiaſtici. xix. q̄ cito credit ⁊c̄. ḡ credere nō ē neceſſa
7 riū ad ſalutē ¶ Pret̄e. Cum deo ſumme ſit credendū illi
magis debemus credere ꝑ quē magis ꝯſtat deū eſſe lo⸗
quutū. ſʒ magis ꝯſtat deū loq̄ ꝑ naturalē inſtinctū q̄ʒ ꝑ
aliquē apl̄m vel ꝓpheta. cū hoc certiſſimū ſit deū eē acto⸗
rem totius nature Ergo his q̄ dictat naturalis rō ma⸗
gis debemus adherere. q̄ʒ his q̄ p̄dicanꝰ ꝑ aplos ⁊ ꝓphe
tas. de q̄b̄ eſt fides Cū igiꝰ hec interdū videanꝰ diſſona
re ab his q̄ rō naturalis dictat. ſicut cū dicunt deū eē tri⸗
num ⁊ vnū. vel virginē ꝯcepiſſe ⁊ alia hmōi. videꝰ ꝙ nō
8 ſit ꝯueniens fidē habere de talib̄. ¶ Pret̄e. Id qđ eua⸗
cuatur altero adueniente nō videꝰ ꝓpter illud eē neceſſa
riū. nō em̄ euacuareꝰ niſi aliquā haberet oppōem ad ipm̄
Oppoſitū aūt nō inducit ad oppoſitū. ſʒ magis abducit.
ſʒ fides euacuaꝰ gloria adueniente. ḡ nō eſt neceſſaria ad
9 gloriā ꝯſequendā. ¶ Pret̄e. Nihil indiget ad ſuū finē
ꝯſequendū eo ꝑ qđ deſtruiꝰ. ſʒ fides deſtruit rōnem. vt
em̄ dr̄ Grego. fides nō hʒ meritū ⁊c̄. ergo rō fide nō in⸗
diget ad aliquē finē ꝯſequendū. ¶ Pret̄e. Hereticꝰ nō
10 hʒ habitū fidei. ſʒ ꝯtingit ꝙ hereticus aliqua vera cre⸗
dat q̄ ſunt ſupra facultatē rationis. ſicut credit filiū dei in
carnatū q̄uis nō credat cū paſſum. ḡ nō eſt neceſſarius
habitus fidei ad cognoſcendū ea q̄ ſunt ſupra ratōnem.
11 ¶ Pret̄e. Quādo aliq̄d ꝯfirmaꝰ ꝑ plura media ſi vnum
illoꝝ nō hʒ firmitatē tota ꝯfirmatio efficatia caret. vt pʒ
in deductionib̄ ſyllogiſmoꝝ in q̄b̄ vna de multis rōni
bus falſa vel dubia exiſtēte ꝓbatio inefficax eſt. ſʒ ea que
ſunt fidei in nos ꝑ multa media venerūt. a deo em̄ dicta
ſunt apoſtolis vel ꝓphetis a q̄b̄ in ſucceſſores eoꝝ. ⁊ de
inceps in alios. ⁊ ſic vſq̄ʒ ad nos ꝑuenerunt ꝑ media di⸗
uerſa. nō aūt in omnib̄ iſtis medijs certū eſt eē infallibi
lem veritatē. q̄ꝛ cū hoīes fuerunt ⁊ decipi ⁊ decipere po⸗
tuerunt. ḡ nullā certitudinē habere poſſumus de his q̄
ſunt fidei. ⁊ ita ſtultū videꝰ his aſſentire. ¶ Pret̄e Illđ
12 nō videꝰ neceſſariū ad vitā eternā ꝯſequēdū qđ meritū
vite eterne diminuit. ſʒ cū difficultas opereꝰ ad meritū.
habitus q̄ facultatē facit meritū diminuit Ergo habitꝰ
13. fidei nō eſt neceſſarius ad ſalutē. ¶ Pret̄e. Potentie ra
tionales ſunt nobilioꝛes q̄ʒ naturales. ſʒ naturales nō in
digent habitib̄ ad ſuos actus. ḡ nec itellectus indiget
habitu fidei ad ſuos actus. ¶ Sʒ ꝯtra eſt qđ dr̄ He⸗
Cōtra bre. xi. impoſſibile eſt ſine fide placere deo. ¶ Pret̄e. Illđ
neceſſariū eſt ad ſalutē quo nō habito hō dānaꝰ. ſʒ fides
eſt hmōi Math. vltimo. q̄ nō crediderit ꝯdemnabiꝰ. ḡ
eſt neceſſariū ad ſalutē. ¶ Pret̄e. Altioꝛ vita altiori indi
get cognitōe. ſʒ vita gratie altioꝛ eſt q̄ʒ vita nature. ḡ in⸗
diget aliqua cognitōe ſupnaturali q̄ ē cognitio fidei.
¶ Reſponſio dđm ꝙ habere fidē de his q̄ ſunt ſuꝑ rōem
R̄ʒo. neceſſariū eſt ad vitā eternā ꝯſequendā Qđ hinc accipi
pt̄. nō em̄ ꝯtingit aliq̄d de imꝑfecto ad ꝑfectū induci ni⸗
ſi ꝑ actōem alicuius ꝑfecti Nec ꝑfecti actio ab imꝑfecto

ſtatim recipiꝰ in ꝑncipio ꝑfecte. ſʒ ꝑmo q̄dem imꝑfecte
et poſtea ꝑfecte. ⁊ ſic inde quouſq̄ʒ ad ꝑfectōem ꝑueniat
Et hoc q̄dē manifeſtū ē in oīb̄ reb̄ naturalib̄ q̄ ꝑ ſuc⸗
ceſſionē tpis aliquā ꝑfectōnem ꝯſequunꝰ. ⁊ ſimilr̄ vide⸗
mus in operib̄ humanis ⁊ p̄cipue in diſciplinis. in ꝑn⸗
cipio em̄ hō imꝑfectus eſt in cognitōe. ad hoc aūt ꝙ ꝑfe⸗
ctōem ſcie ꝯſequatur indiget aliquo inſtruente q̄ eū ad
ꝑfectōnem ſcie ducat qđ facere nō poſſet niſi ipe ꝑfecte
ſciam haberet. vtpote cōprehendens ratōnes eoꝝ q̄ ſub
ſcia cadunt. nō em̄ in ꝑncipio ſue doctrine ſtatim ei q̄ in⸗
ſtruitur tradit rōnes ſcibiliū de q̄b̄ inſtruere intendit.
q̄ꝛ tunc ſtatim in ꝑncipio ſciam haberet ꝑfecte q̄ inſtruiꝰ
ſʒ tradit ei q̄dā quoꝝ rōnes tunc cum ꝑmo inſtruiꝰ diſci
pulus neſcit. ſciet aūt poſt profectū in ſcia. ⁊ ideo diciꝰ ꝙ
opoꝛʒ addiſcētē credere. ⁊ aliter ad ꝑfectā ſciam ꝑueni⸗
re nō poſſet. niſi ſcʒ ſupponeret ea q̄ ſibi in ꝑncipio tradū
tur quoꝝ rōnes tunc capere nō pt̄. Vltima aūt ꝑfectio
ad quā hō ordinaꝰ ꝯſiſtit in ꝑfecta dei cognitōe. ad quā
q̄dē ꝑuenire nō pt̄ niſi oꝑatōe ⁊ inſtructōne diuina. q̄ eſt
ſui ꝑfectus cognitoꝛ Hmōi aūt ꝑfecte cognitōis ſtatim
hō in ſui ꝑncipio capax nō ē. vñ opoꝛtet ꝙ accipiat ꝑ viā
credēdi aliqua ꝑ q̄ manuducaꝰ ad ꝑueniendū in ꝑfectā
cognitōem. q̄ꝝ q̄dā talia ſtʒ ꝙ de eis in hac vita ꝑfecta
cognitio haberi nō pt̄. eo ꝙ totaliter vim humane rōnis
excedunt. q̄ꝛ illa opoꝛtet credere q̄ʒdiu in ſtatu vie ſumꝰ
videbimus em̄ ꝑfecte ea in ſtatu patrie. Quedam vero
ſunt ad q̄ ꝑfecte cognoſcenda in hac vita ꝑuenire poſſu⸗
mus. ſicut illa q̄ de deo demonſtratiue ꝓbari poſſūt. Que
tñ a ꝑncipio neceſſe eſt credere ꝓpter quinq̄ʒ rōes. quas
Rabbi Moyſes ponit. quaꝝ prima eſt ꝓfunditas et Nota
ſubtilitas illoꝝ cognoſcibiliū. q̄ꝛ ſunt remotiſſima a ſen
ſib̄. vñ hō nō ē idoneus in ꝑncipio ea cognoſcere ꝑfecte
Scđa eſt debilitas humani intellectus in ſui principio.
Tercia vero ē multitudo eoꝝ q̄ p̄exiguntꝰ ad iſtoꝝ de⸗
monſtratōem. q̄ hō nō niſi in longiſſimo tpe addiſcere pt̄
Quarta eſt indiſpoſitio ad ſciendū. q̄ accidit in q̄buſdā
ꝓpter prauitatē cōplexionis. Quinta eſt neceſſitas occu
pationū ad ꝓuidendū neceſſaria vite Ex q̄b̄ oīb̄ appa
ret ꝙ ſi opoꝛteret ꝑ demōſtratōem ſolūmō accipe ea que
neceſſario eſt cognoſcere de deo pauciſſimi ad hoc ꝑueni
re poſſent ⁊ hi etiā nō niſi poſt longū tempus. Vñ pʒ q̄ʒ
ſalubriter eſt oīb̄ via fidei ꝓuiſa ꝑ quā patʒ oīb̄ facilis
aditus ad ſalutē ſcḋm qđcunq̄ʒ tempus
¶ Ad ꝑmum igiꝰ dđm. ꝙ hoī in ꝯditione ſue nature ꝑ Ad .1.
fecte ꝓuideꝰ q̄ʒtum ad illū finē ꝯſequendū q̄ eſt in pote⸗
ſtate nature. danꝰ em̄ ei ꝑncipia ſufficientia q̄ ſunt cau⸗
ſa illius finis. Ad finē aūt q̄ facultatē nature excedit dā
tur ꝑncipia nō q̄ ſunt cauſa illius finis. ſʒ q̄b̄ hō ē capax
eoꝝ ꝑ q̄ veniꝰ ad finē. vt em̄ dr̄ Auguſti. poſſe habere fi⸗
dem ⁊ charitatē. nature eſt hoīm. habere aūt eſt gr̄a fide⸗ Ad 2
lium. ¶ Ad ſcḋm dđm. ꝙ ab ipa ꝑma inſtitutōe natura
humana eſt ordinata ad finē beatitudinis nō quaſi ad fi⸗
nem debitū hoī ſcḋm naturā eius. ſʒ ex ſola diuina liberali
tate. ⁊ ideo nō opoꝛtet ꝙ ꝑncipia illius nature ſufficiant
ad illū finē ꝯſequendū niſi fuerint adiuta bonis ſuꝑaddi
tis ex diuina liberalitate. ¶ Ad terciū dđm. ꝙ ille q̄ di⸗ Ad 3
ſtat a fine pt̄ habere cognitōem finis ⁊ affectōem. nō aūt
operari circa finē. ſʒ ſolū circa ea q̄ ſunt ad finē. ⁊ ideo ad
ꝑueniendū in finē ſupnaturalē in ſtatu vie indigemus fi
de qua ipm̄ finē cognoſcamus ad quē cognitio natura⸗
lis nō attingit. ſʒ ad ea q̄ ſunt ad finē virtꝰ naturalis at⸗
tingit. nō tñ ꝓut ſunt ordinata ad finē illū. ⁊ ideo nō in⸗

digemus habitib' infuſis ad operandū alia q̄ȝ dictat rō
naturalis. ſȝ ad ea pfectiori mō facienda. nō ſic aūt eſt ex
Ad 4 parte cognitōis rōne ſupra dicta. ¶ Ad quartū dōm ꝙ
ea q̄ ſunt fidei nō naturalr determinaꝛ intellectus quaſi
ea naturalr cognoſcat. ſed quodāmō naturalr ordinaꝛ in
ipa cognoſcenda. ſicut natura dr ordinari ad grām ex di
uina iſtitutōe. Vn̄ hoc nō remouet q̄n habitu fidei indi
Ad 5 geamus. ¶ Ad q̄ntū dōm. ꝙ hō pfectior ē alijs aīalib'
nec tū determinata ſunt ſibi ab ipa natura ea q̄ ſunt ne-
ceſſaria ad finē ꝯſequendū ſicut alijs aīalib' ꝓpter duas
rōnes. pmo qꝛ hō ad altiorē finē ordinaꝛ. ꝛ iō ſi etiā plu-
rib' auxilijs indigeat ad ipm ꝯſequendū ꝛ ſibi naturalia
pncipia nō ſufficiant nihilominus pfectior erit. Scdā qꝛ
hoc ipm eſt in hoie pfectiōis, qꝛ multiplices vias pt ha-
bere ad ꝯſequendū finē ſuū. Vn̄ nō poterat ei vna via na
turalis determinari ſicut alijs. ſȝ loco oīm q̄ natura alijs
aīalib' ꝓuidit data eſt hoi rō p quā neceſſaria huius vi-
te ſibi parare pt. ꝛ diſponere ſe ad recipiēda auxilia diui-
Ad 6 nitus future vite. ¶ Ad ſextū dōm. ꝙ eſſe credulū in vi-
ciūm ſonat. qꝛ deſignat ſupfluitatē in credendo. ſicut eē
bibulū ſupfluitatē in bibēdo. Ille aūt q̄ credit deo nō ex
cedit modū in credendo. qꝛ ei nō pt nimis credi. vn̄ rō
nō ſeqtur. ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ p apoſtolos ꝛ ꝓphe-
Ad 7. tas nūq̄ȝ diuinitus dr aliq̄d qd ſit his ꝯtrariū q̄ natura
lis rō dictat. dr tū aliq̄d qd cōphenſionē rōnis excedit.
et ꝓ tanto videꝛ rōni repugnare q̄uis nō repugnet. ſi-
cut ſi dicaꝛ ꝙ ruſtico dr repugnās rōni ꝙ ſol ſit maior to
ta terra. vl ꝙ dyameter ſit coſte aſimiter. q̄ tū ſapienti ra
tionabiliter apparet. ¶ Ad octauū dōm. ꝙ fides eua-
Ad 8 cuatur in gloria ꝓpter id qd eſt impfectōnis in ipa. ꝛ ſm
hoc hȝ aliquā oppōnem ad pfectōem glorie. ſȝ q̄ȝtū ad id
qd eſt cognitōis in fide eſt neceſſaria ad ſalutem. hoc eñ
nō eſt incōueniens vt aliqua impfecta q̄ ordinanꝛ ad pfe
Ad 9. ctionis fines. ceſſent ꝓueniente fine. ſicut motus venien
te q̄ete q̄ eſt finis eius. ¶ Ad nonū dōm. ꝙ fides nō de-
Ad 10 ſtruit rōnem. ſed excedit eā ꝛ pficit vt dictū eſt. ¶ Ad
decimū dōm. ꝙ hereticus nō hȝ habitū fidei ꝛ ſi diſcre-
dat vnū ſolū articulū. habit' eñ infuſi p vnū actū ꝯtra-
rium tollunꝛ. fidei etiā habitus hanc efficaciā hȝ vt per
ipm intellectus fidelis detineaꝛ ne ꝯtrarijs fidei aſſen-
tiat. ſicut ꝛ caſtitas refrenat a ꝯtrarijs caſtitati. Q̄ȝ āt he
reticus aliqua credat q̄ ſunt ſupra naturalē cognitōnem
nō eſt ex aliquo habitu infuſo. qꝛ ille habit' dirigeret eū
in oīa credibilia equaliter. ſȝ eſt ex quadā eſtimatōne hu
mana. ſicut ꝛ pagani aliqua ſup naturā de deo credunt.
Ad 11. ¶ Ad vndecimū dōm. ꝙ oīa media p q̄ fides ad nos
ꝑuenit ſuſpitione carent. ꝓphetis etiā ꝛ apoſtolis credi-
mus ex hoc ꝙ dn̄s eis teſtimoniū phibuit miracula fa-
ciendo. vt dr Marci vltimo. ſermonē ꝯfirmante ſequē
tibus ſignis. ſucceſſorib' aūt eoꝝ nō credimus. niſi inq̄ȝ-
tum annunciant ea nobis q̄ illi in ſcripturis reliquerūt.
Ad 12 ¶ Ad xij. dōm. ꝙ duplex ē difficultas. q̄dā ex ꝯditōne
Duplex eſt difficultas ipius opis. ꝛ talis difficultas opaꝛ ad meritū. Alia eſt
ex indiſpoſitōne ꝛ tarditate voluntatis. ꝛ talis potius
diminuit meritum. ꝛ hanc aufert habitus ꝛ non pri-
Ad 13 mam. ¶ Ad decimumtercium dicendum. ꝙ potentie
naturales ſunt determinate ad vnum. ꝛ ideo non indi-
gent habitu determināte. ſicut rationales que ſunt in op-
poſita.

# Undecimo queritur.

Utrū ſit neceſſariū explicite credere. ¶ Et vi- .1.
detur ꝙ nō. illud eñ non eſt ponendū quo poſito ſeqtur
incōueniens. ſȝ ſi ponamus ꝙ ſit neceſſariū ad ſalutē ꝙ
aliq̄d explicite credaꝛ ſeqtur incōueniens. poſſibile eñ ē
aliquē nutriri in ſiluis. vel etiā inter lupos. ꝛ talis nō pt
explicite aliq̄d de fide cognoſcere. ꝛ ſic erit aliq̄s hō q̄ de
neceſſitate dānabiꝛ. qd ē incōueniēs. ꝛ ſic nō videꝛ ꝙ ſit
neceſſariū aliq̄d explicite credere. ¶ Preterea. Ad illud qd
nō eſt in poteſtate noſtra nō tenemur. ſȝ ad hoc ꝙ expli- 2.
cite aliq̄d credimus indigemus auditu interiori vel ex-
teriori. fides eñ ē ex auditu. vt dr Roma. x. ꝛ audire nō
eſt in poteſtate alicuius. niſi ſit q̄ loquatur. ꝛ ſic nō eſt de
neceſſitate ſalutis ꝙ aliq̄d explicite credaꝛ. ¶ Preterea.
Illa q̄ ſunt ſubtiliſſima nō ſunt tradenda rudib'. ſȝ nul 3
la ſunt ſubtiliora ꝛ altiora his q̄ rōnem excedunt. qua-
lia ſunt articuli fidei. ḡ talia nō ſunt populo tradenda. ꝛ
ſic nō oēs teneꝛ ſaltē ad explicite aliq̄d credēdū. ¶ Pre 4.
te. Homo nō teneꝛ ad ſciendū illd qd angeli neſciunt. ſȝ
angeli an̄ incarnatōem miſteriū incarnatōnis ignorauē-
runt. vt videꝛ Hiero. dicere. ḡ ſaltē nō tunc tenebanꝛ ad
ſciendū ꝛ credendū aliq̄d explicite de redēptore. ¶ Pre 5
te. Multi gentiles an̄ chriſti aduentū ſaluati ſunt. vt dr
Dyoniſi'. ix. ca. ce. ierarchie. Ipſi aūt nō poterant ali-
q̄d explicitū de redēptore cognoſcere. cū ad eos ꝓphete
nō ꝑuenerūt. Ergo credere explicite articulos de redem
ptore nō videꝛ neceſſariū ad ſalutē. ¶ Itē inter articu-
los de redēptore vnus ē de deſcenſu ad inferos. ſȝ de hoc 6
articulo Iohes dubitauit ſm Grego. cū q̄ſiuit. Tu es
q̄ venturus es. Math. xi. cū eñ ipe fuerit de maiorib'. qꝛ
null' eo maior. vt ibidē dr. videꝛ etiā ꝙ nec maiores tene
anꝛ ad cognoſcēdū explicite articulos fidei de redēptore.
¶ Sȝ ꝯtra. videꝛ ꝙ ſit de neceſſitate ſalutis explicite oīa Cōtra
credere. eodē eñ mō oīa ad fidē ptinēt. ḡ qua rōne opor-
tet vnū explicite credere. eadem ratōne oportet oīa alia.
¶ Preterea. Unuſquiſq̄ȝ teneꝛ ad vitandū oēs errores q̄ 2
ſunt ꝯtra fidē. ſȝ hoc facere nō pt niſi explicite oēs articu
los cognoſcat ꝯtra quos ſunt errores. ḡ oportet oēs ex
plicite credere. Preterea. Sicut mandata diriguūt in operā
dis. ita articuli in credēdis. Sȝ q̄libet teneꝛ ſcire oīa mā 3
data decalogi. nō eñ excuſareꝛ ſi p ignorantiā eoꝝ aliq̄d
omitteret. ḡ ꝛ q̄libet teneꝛ oēs articulos explicite crede-
re. ¶ Preterea. Sicut deus eſt obiectū fidei. ita ꝛ charita 4
tis. ſȝ nihil debet iplicite diligi in deo. ḡ nihil debet iplici-
te credi de deo. ¶ Preterea. Heretic' quantūcūq̄ȝ ſimplex. 5
examinaꝛ de oīb' articulis fidei qd nō eſſet niſi oēs expli
cite credere tenereꝛ. ꝛ ſic idē qd pus. ¶ Preterea. Habi- 6
tus fidei eſt idē ſpecie in oīb' fidelib'. ſi igiꝛ aliq̄ fideles
teneꝛ ad oīa q̄ ſunt fidei explicite credenda. ḡ ꝛ oēs te-
nenꝛ ad hoc. ¶ Preterea. Credere informiter nō ſufficit ad
ſalutē. ſȝ credere iplicite eſt credere informiter. qꝛ freque 7
ter plati in q̄ꝝ fide innitiꝛ fides ſimpliciū q̄ implicite cre
dunt. habent fidem informem. ergo credere implicite nō
ſufficit ad ſalutem
¶ Reſponſio dōm ꝙ iplicitū ꝓprie dr eſſe illud in q̄ qua Rſō.
ſi in vno multa ꝯtinenꝛ. Explicitū aūt in quo vnūq̄dq̄ȝ
ipoꝝ in ſe ꝯſideraꝛ. Et transferunꝛ hec noīa a corpalib'
ad ſpiritualia. Vn̄ q̄n aliqua multa virtute ꝯtinenꝛ in
aliq̄ vno dicunꝛ eſſe iplicite in illo ſicut ꝯcluſiones in pn
cipijs. explicite aūt in aliquo ꝯtineꝛ qd in eo actu exiſtit.

Vñ ille q̄ cognoſcit ꝑncipia vl̄ia aliqua .h3 iplicitã co/
gnitõem de oıb9 ꝯcluſionib9 ꝑticularib9. q̄ aũt ꝯcluſio/
nes actu ꝯſiderat dr̄ eas explicite cognoſcere. Vñ ⁊ ex/
plicite dicimur aliqua credere qñ eis actu cogitatis ad/
heremus Implicite vero qñ adheremus q̄buſdã in q̄b9
ſicut in ꝑncipijs vl̄ibus illa ꝯtinent̄. ſicut q̄ credit fidẽ ec
cleſie verã eſſe in hoc quaſi iplicite credit ſingula q̄ ſub fi
Diſtinctio credibilium de eccleſie ꝯtinent̄. ¶ Sciendũ eſt igit̄ ꝙ aliq̄d eſt in fi
de ad qđ oẽs ⁊ oı̄ni tp̄e explicite ad credendũ tenentur.
q̄dã vero ſunt in ea q̄ oı̄ni tp̄e ſunt explicite credenda. ſ3
nõ ab oıb9. q̄dã vero ab oıb9 ſ3 nõ oı̄ni tp̄e. q̄dã vero nec
ab omnib9 nec omni tp̄e. Qꝫ eñ oporteat aliq̄d expli/
cite credi ab oı̄ni fideli ex hoc apparet. qꝛ acceptio fidei
ſe h3 in nobis reſpectu vltime ꝑfectõnis. ſicut acceptio
diſcipuli de his q̄ ſibi ꝑmo a magiſtro tradunt̄ ꝑ q̄ in an
teriora dirigit̄. non poſſet aũt dirigi niſi actu ꝯſideraret
aliqua. vñ oportet ꝙ diſcipulus aliq̄d actualr̄ ꝯſiderãdũ
accipiat Et ſimilr̄ oportet ꝙ fidelis q̄libet aliq̄d explici/
te credat. Et hec ſunt duo q̄ apl̄s dr̄ Heb. xi. Acceden/
tem ad deũ oportet credere qꝛ eſt ⁊c. Vñ q̄libet tenetur
credere explicite ⁊ oı̄ni tp̄e deũ eſſe. ⁊ habere ꝓuidentiã
de reb9 humanis. nõ aũt eſt poſſibile vt aliq̄s in ſtatu vie
cognoſcat explicite oẽm illã ſciam quã deus h3 in qua
noſtra beatitudo ꝯſiſtit. licet poſſibile ſit aliquẽ in ſtatu
vie explicite cognoſcere oı̄a illa q̄ ꝓponunt̄ humano gene
ri in h̄ ſtatu. vt rudimẽta q̄dã q̄b9 ſe in finẽ dirigat Et ta/
lis dr̄ habere ꝑfectã fidẽ q̄tũ ad explicatõem. ſ3 hec ꝑfe/
ctio nõ eſt oı̄m. Vñ ⁊ gradus in eccleſia ꝯſtituit̄. vt q̄/
dam alijs ꝑponant̄ ad erudiendũ in fide. vñ nõ tenetur
oẽs explicite credere oı̄a q̄ ſunt fidei. ſ3 ſolũ illi q̄ erudi/
tores fidei inſtituunt̄. ſicut ſunt p̄lati ⁊ habẽtes curã aı̄a
rum. Nec tñ iſti etiã ſm̄ om̄e tp̄s tenent̄ oı̄a ſcire aut ex/
plicite credere. ſicut eñ eſt ꝑfectio vnius hoı̄s in fide ꝑ
ſucceſſiones tempoꝝ. ita etiam totius humani generis.
Vñ dr̄ Grego. ꝑ ſucceſſiones tempoꝝ creuit diuine co/
gnitõnis augmentũ. Plenitudo aũt tp̄is quaſi ꝑfectio
etatis humani generis eſt in tp̄e gratie. Vñ in hoc tp̄e
maiores oı̄a q̄ ſunt fidei explicite credere tenent̄. ſ3 tp̄ib9
p̄cedentib9 etiã maiores nõ tenebant̄ ad credendũ om̄ia
explicite. plura aũt explicite credebant̄ poſt tp̄s legũ et
ꝓphetaꝝ q̄ an̄ In ſtatu igit̄ an̄ peccatũ nõ tenebant̄ ex/
plicite credere ea q̄ ſunt de redẽptore. qꝛ adhuc neceſſi/
tas redẽptoris nõ erat. Implicite tñ hoc credebant in
diuina ꝓuidentia inq̄tũ ſc3 deũ credebant diligentib9 ſe
ꝓuiſuꝝ in oıb9 neceſſarijs ad ſalutẽ. S3 poſt peccatum
oı̄ni tp̄e neceſſariũ fuit a maiorib9 explicitã fidẽ de trini/
tate habere. nõ aũt de minorib9 poſt peccatũ vſq3 ad tp̄s
gratie. an̄ peccatum eñ forte talis diſtinctio non fuiſſet.
vt q̄dam ꝑ alios erudirent̄ de fide Et ſimilr̄ etiam poſt
pctm̄ vſq3 ad tẽpus gratie maiores tenebãt̄ hñe fidẽ de
redẽptore explicite. minores ꝟo iplicite vel in fide patriar
chaꝝ et ꝓphetaꝝ. vel in diuina ꝓuidentia. Tẽpore vero
gr̄e oẽs maiores ⁊ minores de trinitate ⁊ redẽptore tene
bantur explicitã habere fidẽ. Non tñ oı̄a credibilia circa
redemptorẽ vel trinitatẽ minores explicite credere tenẽ
tur. ſ3 ſoli maiores. minores aũt tenent̄ explicite credere
generales articulos. vt deum eſſe vnum ⁊ trinu3. ⁊ vnũ
filium dei eſſe incarnatum ⁊ mortuum. ⁊ reſurrexiſſe. et
alia hm̄õi de quibus eccleſia feſta facit
Ad .1. ¶ Ad ꝑmum igitur dõm. ꝙ nõ ſequitur inconueniens
poſito ꝙ q̄libet teneatur aliq̄d explicite credere. etiã ſi in
ſiluis vel inter bruta aı̄alia nutriatur. Hoc eñ ad diui/
nam ꝓuidentiã ꝑtinet. vt cuilibet ꝓuideat de neceſſarijs
ad ſalutẽ dummodo ex ꝑte eius nõ impediatur. ſi eñ ali
quis taliter nutriat̄ ⁊ ductum rõnis naturalis ſeq̄retur
cum appetitu boni ⁊ fuga mali. certiſſime eſt tenendũ ꝙ
deus ei ꝑ internã inſpiratõem reuelaret ea q̄ ſunt ad cre/
dendũ neceſſaria. vel aliquem fidei p̄dicatorẽ dirigeret.
ſicut miſit Petrũ ad Cornelium. actuũ. x. ¶ Ad ſcd̄m Ad 2
dõm. ꝙ q̄uis nõ ſit in poteſtate noſtra cognoſcere ea q̄
ſunt fidei ex nobis ipis. tñ ſi nos fecerimus qđ in nobis
eſt. vt ſc3 ductũ naturalis rõnis ſequamur deus nõ defi
ciet nobis ab eo qđ nobis eſt neceſſariũ. ¶ Ad tercium
dõm. ꝙ ea q̄ ſunt fidei nõ ꝓponunt̄ ſimplicib9 vt in ꝑti/ Ad 3.
culari exponenda. ſ3 in quadã generalitate. ſicut ea q̄ ex/
plicite credere tenent̄ vt dictũ eſt. ¶ Ad quartũ dõm.
ꝙ angeli ſm̄ Dyo. ⁊ Auguſti. ꝑmo ſciuerunt incarnatõ Ad 4
nis chriſti miſteriũ q̄3 hoı̄es. cũ etiã de ipo ꝑ angelos ꝓ
phete ſint inſtructi. S3 a Hiero. dicunt̄ ꝑ eccleſiã hoc
miſteriũ diſcere inquantũ p̄dicantib9 apl̄is miſteriũ ſa/
lutis gentiũ implebat̄. ⁊ ſic q̄tũ ad aliquas circũſtãtias
pleni9 ſciebãt iam p̄ñs videntes qđ futuꝝ an̄ ꝓuiderant
¶ Ad q̄ntũ dõm. ꝙ gentiles nõ ponebant̄ vt inſtructo Ad 5.
res fidei diuine. vñ quãtũcunq3 eſſent ſapientes ſcia ſe/
culari inter minores cõputãdi ſunt. ⁊ idõ ſufficiebat eis ha
bere fidẽ de redẽptore implicite vel in fide ꝓphetaꝝ. vel
etiã in ipa diuina ꝓuidentia. ꝓbabile tñ eſt etiã multꝭ gẽ
tilib9 miſteriũ redẽptõis noſtre an̄ chriſti aduentũ diui/
nitus gentilib9 fuiſſe reuelatũ. ſicut pa3 in ſibillinis va/
ticinijs. ¶ Ad ſextũ dõm. ꝙ Johs baptiſta q̄uis ſuo Ad 6
tp̄e inter maiores fuit cõputandus. qꝛ p̄co veritatis fuit
a deo inſtitutus. nõ tñ oportet ꝙ credere explicite oı̄a q̄
poſt chriſti paſſionẽ ⁊ reſurrectõnem tp̄e gratie reuelata
explicite credunt̄. nõ eñ ſuo tp̄e veritatꝭ cognitio ad ſuũ
cõplementũ ꝑuenerat. qđ p̄cipue factũ eſt in aduentu ſpi
ritus ſancti. Quidã tñ dicunt ꝙ Johes q̄ſiuit nõ ex ꝑſo/
na ſua. ſed ex ꝑſona diſcipuloꝝ q̄ dubitabant de chriſto.
Quidam etiam dicunt ꝙ non fuit queſtio dubitantis.
ſed pie admirantis humilitatem chriſti ſi dignaretur ad
inferos deſcendere.
¶ Ad ꝑmũ ergo in ꝯtrariũ dõm. ꝙ non eſt eadẽ rõ de Ad .1.
omnib9 q̄ ad fidẽ ꝑtinent. q̄dã eñ ſunt alijs obſcuriora.
et q̄dã alijs neceſſariora ad hoc ꝙ hõ dirigat̄ in finẽ. ⁊ idõ
quoſdã articulos p̄ alijs oportꝫ explicite credere. ¶ Ad Ad 2
ſcd̄m dõm. ꝙ ille etiã q̄ nõ credit explicite oẽs articulos
p̄t oẽs errores vitare. qꝛ ex habitu fidei retardat̄ ne con
ſentiat ꝯtrarijs articuloꝝ quos etiã ſolũ iplicite nouit.
vt ſc3 cũ ſibi ꝓponunt̄ q̄ſi inſolita ſuſpecta habeat ⁊ aſſen
ſum differat quouſq3 iſtruat̄ ꝑ eũ cui9 eſt dubia in fide de
terminare. ¶ Ad tercium dõm ꝙ mãdata decalogi ſtꝭ de Ad 3
his q̄ naturalis rõ dictat. ⁊ idõ q̄libet tenet̄ ea explicite co
gnoſcere. nec ẽ ſilis rõ de articulis q̄ ſunt ſup̄ rõez ¶ Ad
quartũ dõm. ꝙ diligere nõ diſtinguit̄ ꝑ explicite ⁊ impli Ad 4
cite. niſi q̄tenus dilectio fidẽ ſequit̄. eo ꝙ dilectio termi/
natur ad rem ipam q̄ eſt extra aı̄am q̄ in ꝑticulari ſubſi/
ſtit. cognitio vero terminat̄ ad id qđ eſt in apprehenſione
aı̄e q̄ p̄t apprehendere aliq̄d in vniuerſali vel in ꝑticulari
et ideo nõ eſt ſilẽ de fide ⁊ charitate. ¶ Ad quintũ dõm
ꝙ ſimplex aliquis qui accuſatur de hereſi nõ examinat̄ Ad 5
de omnibus articulis. quaſi teneatur om̄es explicite cre/
dere. ſ3 quia tenetur nõ aſſentire ꝑtinaciter ꝯtrario alicu
ius articuloꝝ. ¶ Ad ſextũ dõm. ꝙ nõ eſt ꝓpter defectũ Ad 6.
ex habitu fidei ꝙ aliqui tenent̄ explicite credere ⁊ alijs
ſufficit implicite credere. ſ3 ꝓpter officiũ diuerſum. nam

ille qui ponitur vt doctor fidei debet explicite noſcere eā
q̄ debet vel tenet̄ docere. ⁊ ſm ꝙ ē altior in officio debet ꝑ
Ad 7 fectiorē ſciētiā habere de hijs q̄ ſunt fidei ¶ Ad vij. dōm
ꝙ minores nō hn̄t fidē implicitā in fide aliquorū homi-
nū particulariū ſꝫ in fide eccleſie. q̄ nō pt̄ eē informis. Et
pterea vnus nō dr̄ habere fidē implicitā in fide alterius
ꝓpter hoc ꝙ cōueniat in mō credēdi fidei formate vel in-
formis ſed ꝓpter ꝯueniētiam in credito

## QVodecimo q̄ritur.

.1. Vtrū vna ſit fides modernorū ⁊ āntiq̄rū Et vi
det̄ ꝙ nō. Sciētia em̄ vl'is differt a ſciā ꝑticulari. ſꝫ antiq̄
cognoſcebāt ea q̄ ſunt fidei q̄ſi in vniuerſali implicite cre
dētes. moderni aūt in ꝑticulari. credētes explicite. ḡ non
eſt eadē fides modernorū ⁊ antiquorū ¶ Pre. Fides eſt
2 de enūciabili. ſed nō ſunt eadē enūciabilia q̄ nos credim⁹
et illi crediderūt. vt chriſtū naſciturū ⁊ chriſtū natū. ergo
non ē eadē fides noſtra ⁊ antiquorū ¶ Prete. Determi-
3 natū tempus in hijs que ſunt fidei ē de neceſſarijs ad cre
dendum. aliquis em̄ infidelis reputatur ex hoc ꝙ credit
chriſtū nōdū fuiſſe ſed eſſe venturū. ſed in fide nr̄a et āti-
quorū fūt tp̄a variata. nos em̄ credim⁹ de p̄terito qd̄ ipſi
credebāt de futuro. ergo nō ē eadē fides noſtra ⁊ āntiq̄rū
¶ Sꝫ cōtra. Eph. iiij. vnus dn̄s ⁊ vna fides ⁊c̄.
¶ Reſpōſio dōm ꝙ hoc pro firmo ē tenēdū vnam eē fidē
R3°. antiq̄rū ⁊ modernorū. alias nō eſſet eccleſia vna ¶ Ad h̄
aūt ſuſtinēdum quidam dixerūt idem enunciabile eē de
Opinio preterito qd̄ nos credimus. ⁊ de futuro qd̄ antiqui credi
derūt ¶ Sed h̄ nō videt̄ ꝯueniens vt variat̄ eſſencialib⁹
Reprobat̄ cōpoſitōnis ꝑtib⁹ eadē ꝯpoſitō maneat. videmus em̄ cō
poſitōes ꝑ aliqua accidētia noīs ⁊ verbi variari ¶ Vnde
alij dixerūt ꝙ enunciabilia ſunt diuerſa que nos credim⁹
Opi. ſcda et illi crediderūt. ſꝫ fides nō ē de enuntiabili ſꝫ de rebus.
Res aūt ē eadē quāuis enūciabilia ſīt diuerſa. dicunt em̄
ꝙ hoc ꝑ ſe ꝯuenit fidei ꝙ credat reſurrectōnē xp̄i. ſed hoc
eſt ei quaſi accidētale ꝙ credat eam eē vel fuiſſe. ¶ Sed
Repbat̄. hoc etiā falſum apparet ꝙ credere. cū dicat aſſenſum. non
pt̄ eē niſi de ꝯpoſitōne in qua verū ⁊ falſum iuenit̄. vt cū
dico credo reſurrectionem. oportet aliquā ꝯpoſitionē in-
telligi. ⁊ hoc ſm aliquod tempus quod anima ſemꝑ ad-
iungit in diuidēdo ⁊ componēdo. vt dicit̄ in tertō de ani
ma. vt ſit ſenſus credo reſurrectionē. id eſt credo reſurre-
ctionē eē vel fuiſſe vel futurā eē Et ideo dōm ꝙ obiectū
Opi. ter. fidei poteſt dupliciter ꝯſiderari Vel ſcdm ſe. prout eſt ex
et. b. tho. tra animam. ⁊ ſic ꝓprie habet rationem obiecti ⁊ ab eo ac
cipit habitus multiplicatōnem vel vnitatem Vel ſm ꝙ
eſt ꝑticipatū in cognoſcēte. Dicēdum ē igitur ꝙ ſi accipi
atur id quod ē obiectū fidei. ſ. res credita prout ē extra
animam. ſic eſt res vna q̄ refertur ad nos ⁊ ad antiquos.
Et iō ex hac vnitate fides vnitatē recipit. Si autē cō-
ſideretur ſm ꝙ ē in acceptione noſtra ſic plurificatur per
diuerſa enunciabilia. ſꝫ ab hac diuerſitate non diuerſifica
Ad. i. tur fides Vnde patꝫ ꝙ fides omnibus modis ē vna.
¶ Ad primum ergo dōm ꝙ ſcire in vniuerſali ⁊ particu
lari non diuerſificant ſciētiam niſi quantum ad modum
ſciendi non autē quantum ad rem ſcitam a qua habitus
Ad 2. habet vnitatem ¶ Ad. ſecundū patꝫ reſponſio ex dictis
Ad 3 ¶ Ad tercium dōm ꝙ tempus non variatur ſm ꝙ ē in
re. ſꝫ ſcdm diuerſum ordinem ad nos vel ad illos Vnum
enim eſt tempus in quo chriſtus paſſus fuit ſed ſecūdū
diuerſos reſpectus ad aliquos dr̄ p̄teritū vel futurū re-
ſpectu p̄cedētium vel ſequētium.

¶ Materia decima quinta De ra-
tōne ſuperiori et inferiori

## QVeſtio ē de ratōne

ſuperiori et inferiori Et habet quinq̄ queſti-
ones. Prima Vtrum intellectus ⁊ ratio ſint
diuerſe potentie. Scda. vtrū ratio ſuperior
⁊ inferior ſint diuerſe potētie Tercia. vtrū in ratōne ſupe
riori ⁊ inferiori poſſit eē peccatū Quarta. vtrū delecta-
tio moroſa per ꝯſenſum in delectationē in inferiori parte
Auguſtinus dicit octauo ſup Geñ.ad litte. Forte inq̄t
ſicut cum eis loquebatur.id eſt primis parentib⁹. etſi nō
tanta participatione diuine ſapientie quātam capiūt an/
geli.tamen pro humano modulo quātumlibet minus.ſʒ
ipſo genere viſionis ⁊ loquutionis. Ex quo videt̄ poſſe
accipi ꝙ homo in ſtatu innocentie illo genere cognitōnis
deum cognoſcebat quo angeli cognoſcūt deum. ſed ange
li deum non cognoſcūt per creaturas. vt per Auguſtinū
patet ſuper Geneſim. ⁊ Dyoniſium.vij.capitulo.de di.
nomi.ergo homo in ſtatu innocentie deum per creatu/
ras non videbat. ¶ Preterea. Anima hominis ſimilior eſt
7 deo ꝙ̄ aliqua alia creatura ſenſibilis.ergo quando crea/
tura hominis in ſua puritate erat non intendebat ad dei
cognitionem per viſibilem creaturam ¶ Pre. Poſita co
8 gnitione perfectiori ſuperfluit minus perfecta.ſed homo
in ſtatu innocentie per preſentiam contemplationis deuʒ
cognoſcebat.vt patet per autoritatem inductā Hugo.
de ſanc.vic.ergo deū per creaturas nō cognouit
Cōtra ¶ Sed contra eſt quod Damaſce.dicit in.ij.libro.ꝙ
adam in paradiſo corporali cōſtitutus eſt vt per creatu/
ras creatorem ſuū cognoſcat
Rō ¶ Reſponſio dicendū.ꝙ ad euidentiam huius que/
ſtionis ſciendum eſt.ꝙ ſm Boetium in libro de ꝯſolat.
natura a perfectis principium ſumit.quod etiam in ope/
ribus diuinis conſiderari poteſt.in quolibet eñ eius ope
re que prima ſunt perfectionem habent. Unde cum ho
mo in ſtatu innocentie conſtitueretur adam ab ipſo vt to
tius generis humani principium non ſoluʒ a quo huma
na natura propagaretur in poſteros ſed etiam quo in ali
os originalem iuſticiā trāſfunderet. Oportet ponere ho
Duplex p fectō hoīs in ſta.ino. minem in ſtatu innocentie duplicem perfectionem habu
iſſe.vnam quidem naturalem. Aliam gratis a deo con/
ceſſam ſupra debitum naturalium principiorū. Sʒm au
tem naturalem perfectionem ſibi competere non poterat
vt deum cognoſceret niſi ex creaturis.quod ſic patet. In
nullo eñ genere potentia paſſiua extēdit ſe niſi ad illa ad
que ſe extendit potentia actiua. Et ideo dicit Cōmenta
tor in.ix.metaphyſice. ꝙ non eſt aliqua potentia paſſiua
in natura cui non reſpondeat actiua. In natura eñ hu/
mana duplex potentia inuenitur ad intelligendum Una
quaſi paſſiua.que eſt poſſibilis intellectus. Alia quaſi ac
tiua que eſt intellectus agens.et ideo intellectus poſſi/
bilis ſm naturalem viam non eſt in potentia niſi ad illas
formas que per intellectum agentem intelligibiles fiūt
huiuſmodi autem non ſunt forme ſenſibilium rerum.que
a fantaſmatib⁹ abſtrahūtur.nam ſubſtātie immateriales
ſunt intelligibiles per ſeipſas.non quia nos ipſas intelli/
gibiles faciamus.⁊ ideo intellectus poſſibilis noſter nō
poteſt ſe extendere ad alia intelligibilia niſi per illas for/
mas quas a phantaſmatib⁹ abſtrahit. Et inde eſt ꝙ nec
deum nec alias ſubſtātias immateriales cognoſcere poſ/
ſumus naturaliter niſi p res ſenſibiles. Sed hoc ex pfe
ctione gratie habebat homo in ſtatu innocentie vt deum
cognoſceret per inſpirationem internam ex irradiatione
diuine ſapientie per quem modum cognoſcebat deū nō
ex viſibilib⁹ creaturis.ſed ex quadam ſpeciali ſimilitudi/
ne ſue menti impreſſa. Ita igitur in homine duplex dei
cognitio erat. Una qua cognoſcebat deum conformiter
angelis per inſpirationem internam. Alia qua cognoſce
bat deum conformiter nobis p ſenſibiles creaturas Dif
ferebat autem hec ſecūda cognitio a cognitione prima.ſi/
cut differt inquiſitio habentis habitum ſcientie qui ex no
tis conſiderat ea que ante nouerat.ab inquiſitione addi
ſcentis qui ex ignotis ad nota nititur peruenire. Nos au
tem aliter deum notum habere nō poſſumus niſi ex crea/
turis ad eius notitiam veniamus. Adam vero deum ali/
ter ſibi notum habuit.ſcʒ per illuſtrationem internā pre/
ter eam quam ex creaturis conſiderabat.
¶ Ad primum ergo dicendū.ꝙ illa cognitio collati/ Ad.j.
ua qua ex notis ad ignota peruenimus imperfectionem
habet.cum per eam quaſi aliquid ignotum queratur. nō
autem talis fuit illa collatiua cognitio qua homo in ſta/
tu innocētie vtebatur.nihil eñ prohibet dicere quin etiā
aliquid imperfectuʒ homini in illo ſtatu competebat. nō
quidem ꝙ̄tum ad id quod debetur ſue nature.ſed p com
parationem ad naturam digniorem.non eñ fuit tante p/
fectionis humana natura in ſui conditione quante ange
lica vel diuina ¶ Ad ſecūdum dicendum.ꝙ illud quod Ad 2
Iſidorus dicit cauſa eſt quare homo neceſſe habebat ex
creaturis cognitionem dei quaſi ignoti accipere.⁊ hoc ho
mo in ſtatu innocentie nō indigebat.vt dictū eſt. ¶ Ad Ad 3
terciū dicendū.ꝙ preter illam contemplationis cognitio
nem habebat aliam dei notitiam qua eum ex creaturis
cognoſcebat.vt dictum eſt. ¶ Ad quartū dicendum ꝙ
adam conformabatur angelo in contemplationis cogniti Ad 4
one per gratiam.ſed preter hoc habebat aliam cognitio/
nem ſue nature cōuenientem. vt dictum eſt ¶ Ad quin Ad 5
tum dicendū.ꝙ creatura eſt tenebra inquantū eſt ex ni/
hilo.inq̄ntum vero eſt a deo ſimilitudinem aliquam eius
participat.et ſic in eius ſimilitudinem ducit ¶ Ad ſextū Ad 6
dōm.ꝙ Auguſtinus ibi loquitur de cognitione que eſt p
inſpirationem diuinam.quod patʒ ex hoc quia de loqu
tione ibi mentionem facit.nec omnino taceret de alio co
gnitionis modo. Unde ſubiūgit etiam fortaſſis illo lo/
quutionis genere deus illi loquebatur qḋ fit per creatu
ram ſiue in extaſi ſpiritus.corporalib⁹ imaginationibus ſi
ne ipſis ſenſib⁹ corporis aliqua ſpecie preſentata ¶ Ad ſe/ Ad 7
ptimū dicendū.ꝙ anima ꝙ̄uis ſit deo ſimilior ꝙ̄ aliq̄ crea
tura.non tamen in cognitionem ſue nature vt eam a cete
ris diſcernat poteſt peruenire niſi ex ſenſibilib⁹ creaturis
a quib⁹ naturaliter cognitio ortum habet ¶ Ad octauū Ad 8
dicendū.ꝙ ꝙ̄uis aliquis deum viderit per lumē ꝯtempla
tionis.nō tamen ſuperfluit illa cognitio qua deum ex crea
turis ꝯſiderauit.vt ſcʒ idem pluribus modis cognoſceret
et ꝙ non ſolum gratuitam cognitionem.ſed etiam natu/
ralem haberet.

## Tertio querit̄. vtruʒ

Adam in ſtatu innocētie fidem de deo habuit
Et videtur ꝙ nō.cognitio eñ fidei eſt cognitio enigma 1
tica.vt patʒ.i.Cor.xiij.videmus nūc per ſpecu.⁊c. ſed
adam in ſtatu innocentie habuit viſionem non enigmati
cam ſed apertam.ergo fidem non habuit ¶ Pre. Hug. 2
de ſancto vic.dicit ꝙ cognouit creatorem ſuū non ea co/
gnitione qua credentibus modo abſens fide querit̄. er/
go idem quod prius ¶ Pre. Grego.in.iiij. Dyalo dicit 3
fides illis competit qui ea que credenda ſunt per experi
mentum non poſſunt cognoſcere. Adam autem.vt ibidē
dicit.deuʒ per experimentum cognouit.⁊ ea que nos cre
dimus.ergo fidem non habuit. ¶ Pre. Fides non ſolū 4
eſt de creatore.ſed etiam de redemptore.ſed adam in ſta
tu innocentie nihil videtur cognouiſſe de redemptore.ꝙ

ſui caſus preſcius non fuit ſine quo redemptio non fuiſſꝫ
ergo adam fidem nõ habuit
Cõtra ¶ Sed contra eſt quod Auguſti. dicit in. xiiij. de ciui.
dei. ꝙ adam in ſtatu innocẽtie habuit charitatẽ de corde
puro. ⁊ conſciẽtia bona ⁊ fide nõ ficta. ergo fidem habuit
¶ Pre. Habuit omnes virtutes vt Magiſter dicit. in
ij. ſenten. diſtin. xxix. ergo ⁊ fidem.
R̄ſo ¶ Reſponſio dicendũ. ꝙ adam in primo ſtatu fidẽ ha-
buit. quod quidem apparet ſi obiectuꝫ fidei ꝯſideremus
ipſa eñ veritas prima prout eſt non apparens fidei obie-
ctum eſt. Dico autem non apparens neqꝫ per ſpeciem. ſi-
cut beatis apparet. neqꝫ per naturalem rationem. ſicut ali
qua de deo philoſophis ſunt nota. vt eũ eſſe intelligẽtem
et incorporalem ⁊ alia huiuſmodi. Adam autẽ non ſoluꝫ
ſciebat illa de deo que naturali ratione cognoſci poſſunt
ſed etiam amplius. nec tamen ad videndum dei eſſentiã
peruenerat. Unde conſtat ꝙ de deo cognitiõem fidei ha
bebat. Sed fides eſt duplex ſm̄ duplicem auditum ⁊ du
plicem loquutionem. Eſt eñ fides ex auditu. vt dicitur
Roma. x. eſt eñ quedam loquutio exterior qua nobis de
us per predicatores loquitur. quedam interior loquutio
qua nobis loquitur per internam inſpiratiõem. Dicitur
autem ipſa interna inſpiratio loquutio quedam ad ſimili
tudinem exterioris loquutionis. ſicut eñ in exteriori lo-
quutione proferimus ad audientem non ipſam rem quã
notificare cupimus. ſed ſignũ illius rei. ſcꝫ vocem ſignifi-
catiuam. ita deus interius inſpirando nõ exhibet eſſenti
am ſuam ad videndum. ſed aliquod eſſentie ſue ſignum
quod eſt aliqua ſpiritualis ſimilitudo ſue ſapiẽtie. Ab
vtroqꝫ autẽ auditu fides fidelium in corde oritur. ꝑ au-
ditum quidem interiorem in his qui primo fidem acce-
perunt ⁊ docuerunt. ſicut in apoſtolis ⁊ ꝓphetis. vnde in
p̄s. audiã quid loquatur ⁊c. Per ſecũdum vero auditum
fides oritur in cordib⁹ aliorum fidelium. qui per alios ho
mines cognitionem fidei accipiũt. Adam autem primo
modo fideꝫ habuit. vt primo fidẽ edoctus a deo. et ideo
per internam inſpiratõem fidem habere debuit.
Ad. j. ¶ Ad p̄mũ igitur dicendũ. ꝙ non habuit ita apertaꝫ
cognitionem que ſufficeret ad obſcuritatem fidei remo-
uendaꝫ. que non remouetur niſi per hoc ꝙ prima veritas
ſit apparens ¶ Ad ſecũdum dõm. ꝙ Hugo a primo ho
Ad 2 mine remouet cognitionem fidei talem qualis nobis cõ
petit. qui per cognitõem fidei habemus. non per reuela-
tionem nobis factã. ſed per hoc ꝙ adheremus reuelatio-
Ad 3 nibus alijs hominib⁹ factis. ¶ Ad terciũ dicendum. ꝙ
experimentũ illud quod homo habuit non fuit tale qua
le eſt eorum qui deũ per eſſentiã vident. vt prius dictum
Ad 4 eſt ¶ Ad quartũ dõm. ꝙ adam de redemptore non habe
bat fidem explicite. ſed tñ implicite. inꝗ̄tum credebat ſi-
bi deum ſufficienter prouiſurũ in omib⁹ his que ſue ſaluti
neceſſaria eſſent

## Quarto querit̃. vtruꝫ

j. Adam in ſtatu innocentie habuit omniũ crea-
turarũ notitiã ¶ Et videtur ꝙ nõ. nõ eñ habuit notiti
am futuroꝝ. cum hoc ſolius dei ꝓprium ſit. ſm̄ illud Iſa.
xli. futura annũciate ⁊ dicemus ꝙ dij eſtis vos. ſed mul-
ta in creaturis futura erant. ergo nõ omniũ creaturaruꝫ
2 cognitionem habuit. ¶ Pre. Sicut dicit Auiceñ. in ſe-
xto de naturali. ad hoc ſenſus ſiꝫ exteriores humane ani
me neceſſarij. vt per eos ſcientiam perfectam rerum capi
at. ſi ergo anima ade ſcientiam rerum omniũ habuit ex
ſua conditione. fruſtra ei ſenſus collati fuiſſent. quod eſſe
non poteſt. cum in operib⁹ dei nihil ſit fruſtra. ergo ſcien-
tiam omniũ non habuit. ¶ Pre. Sicut dicit Boetius 3
in libro de conſola. philo. quinto. Nũc menbrorum con-
dite multe non in totum eſt oblita ſui ſumma. que tenet
ſingula perdens. vbi oſtenditur ꝙ anima in principio ſue
conditionis habuit confuſam cognitionem qua ſciuntur
res in vniuerſali. nõ autem diſtinctam qua ſciũtur ſingu
la in proprijs naturis. ſi ergo adam talem cognitionẽ ha
buit qualem humanam animam in ſui conditione habe-
re decet. videtur ꝙ non habuit cognitionem creaturaruꝫ
diſtinctam. ſed ſolum ſub confuſione quadam. ¶ Pre.
Aliqua cognitio de re aliqua non habetur niſi per propri 4
am eius ſpeciem in anima exiſtentem. ſed anima humana
vt habetur ex verbis philoſophi in tercio de anima. eſt in
ſui principio ſicut tabula in qua nihil eſt ſcriptum. ergo
non potuit habere adam in principio ſue conditionis pro
priam cognitionem de creaturis. ¶ Sed diceres. ꝙ ꝗ̄-
uis non ſolum haberet ex vi ſue nature. habuit tamen ex
dono diuino. ¶ Sed contra. Omnes homines in ſue cõ- 5
ditionis principio ꝗ̄tum ad meritum pares ſunt. et ꝗ̄-
tum ad naturam ſpeciei conſimiles. ſi igitur perfecta re-
rum cognitio diuinitus fuit ade collata in principio ſue
conditionis. videtur ꝙ pari ratione alijs hominibus in
ſui principio conferretur. quod videmus eſſe falſum.
¶ Prete. Nihil quod mouetur ad perfectionem cogni 6
tionis eſt in termino perfectionis. ſed adam mouebatur
ad perfectionem cognitionis. ergo non eſt in termino ꝗ̄-
ſi perfectam cognitionem creaturarum habens. Proba-
tio medie. Intellectus. ſm̄ philoſophum in tercio de
anima. nihil eſt horum que ſunt anteqꝫ intelligat. poſtqꝫ
autem intelligit eſt actu aliquid eorum que ſunt. et ita
quandoqꝫ eſt in actu aliquid eorum que ſunt. quandoqꝫ
non. Omne autem quod hoc modo ſe habet eſt in motu
ad actum perfectuꝫ. ergo intellectus humanus in ſui p̄n
cipio eſt in motu ad perfectam cognitionem. ⁊ ita intel-
lectus ade in ſui principio non erat in termino perfecte ſci
entie. ſed in motu ad perfectionem. ¶ Prete. Hoc per- 7
tinet ad nature angelice excellentiaꝫ ꝙ angeli mox in cre-
atione cognitione omnium rerum naturalium implẽtur.
ſcdm̄ illud lib. de cauſis. Omnis intelligentia eſt plena
formis. ſed humana natura nõ pertingit ad angelice na
ture excellentiam. ergo non fuit competens anime pri-
mi hominis ſtatim in ſui principio omnium rerum cogni- 8
tionem habere. ¶ Pre. Impoſſibile eſt ꝙ intellectus in-
telligat niſi quãdo intellectus fit actu ipſum intelligibile
ſed intellectus human⁹ nõ poteſt ſimul in actu fieri plu-
ra intelligibilia. ergo non poteſt ſimul plura intelligibi-
lia cognoſcere. ¶ Pre. Unius perfectibilis eſt vna per 9
fectio. q2 vna potentia ſimul nõ ꝑficitur niſi vno actu vni
us generis. ſicut in materia prima non p̄t eſſe niſi vna for-
ma ſubſtantialis. nec in corpore niſi vnus color. ſed intel-
lectus humanus eſt potẽtia perfectibilis per habitus ſci
entiarum. ergo impoſſibile eſt ꝙ ſimul in anima ſint plu-
res habitus. et ita anima ade non potuit habere omniuꝫ
rerum ſcientiam. cum diuerſe res per diuerſos habitus
cognoſcantur. ¶ Preterea. Si adam cognouit omnes 10
res aut cognouit eas in verbo. aut in propria natura.
aut in ſua intelligentia. ſed non cognouit eas in verbo.
quia illa eſt cognitio beatorum videntium verbum. nec

etiam in propria natura. quia nondum erant omnes crea
ture in ꝓpria natura. nec etiam in ꝓpria intelligẽtia. nõ eñ
eſt cõtra ꝑfectõem ꝓmi ſtatus vt ſupior potẽtia ab infe/
riori accipiat. ſicut imaginatio a ſenſu. ⁊ ſic humane natu
re ↄpetebat vt intellectus a ſenſu acciperet. ⁊ ſic cum non
oẽs creaturas ꝑcepiſſet ꝑ ſenſum nõ poterãt oẽs in intelli
gentia eius eſſe. ꝗ nullo mõ ſciam oim creaturaꝝ habuit
11 ¶ Pre. Adã creatus fuit in ſtatu illo quo ꝑficere poſſet
pari rõne ſm intellectũ. ſicut ⁊ ſm affectũ. ſed ille qui ha
bet oim rerũ cognitiõem in ea ꝑficere nõ pt. ꝗ nõ habuit
12 tunc oim rerum noticiã. ¶ Prete. Aug⁹. videtur dicere
viij. ſup Geñ. ad lrãm. ꝙ adã poſitus fuit in paradiſum ad
operandũ nõ ꝓpter neceſſitatẽ ſed ꝓpter delectatõez agri
culture. qđ cõtingit ex hoc ꝙ cũ rerũ natura humana rõ
quodãmõ loqtur cũ poſitis ſeminib⁹ plantatis ſurculis
tanꝗ interrogaret que vis radicis ⁊ germinis qđ poſſit
quid ve nõ poſſit. ſed interrogare naturã de virtute na/
ture nihil aliud eſt ꝗ vires nature ex operib⁹ nature vi/
ſis agnoſcere ꝗ adã indigebat noticiã rerũ ex rebus acci
13 pere. ⁊ ſic nõ habebat oim rerũ ſciam ¶ Pre. Adam in ſta/
tu innocentie nõ fuit ꝑfectior angelis beatis. ſ; illi nõ ſciũt
oĩa. Vñ beatus Dyoni. vi. cap. cel. hierar. dr. ꝙ infe/
riores a ſuperiorib⁹ purgant a neſciẽtia. ꝗ nec hõ in ſtatu
14 innocẽtie oĩa ſciuit ¶ Pre. Sicut dr Aug⁹. in li°. de di/
uinatõe demonũ. demões ſecreta cordiũ ſcire nõ poſſunt
niſi qtenus innoteſcãt ex motib⁹ corporis. cũ igitur intelle/
ctus angelicus ſit ꝑſpicacior intellectu humano. videt ꝙ
nec adam in ſtatu innocẽtie potuit ſecreta cordiũ cogno/
ſcere. ⁊ ſic nõ habebat omniũ creaturaꝝ noticiam

Inſtãtie ¶ Sed ↄtra. Aug⁹. dr in. iiij. de ciui. dei. ꝙ in illo ſta/
1 tu nihil aberat qđ bona volũtate adipiſceret. ſed hoc bo/
na volũtate velle poterat vt oẽm ſcientiã haberet. ꝗ om/
2 nẽ ſcientiã habuit ¶ Prete. Adam magis fuit ad imagi
nem dei ſm aiam ꝗ ſm corpus. ſed adam fuit in ipa pri/
ma cõditione ꝑfectus quantũ ad corpus ſm etatẽ ⁊ ſta/
turam quantũ ad oĩa membra. ꝗ et fuit ſm aiam perfe
3 ctus quantũ ad oẽm ſcientiã ¶ Prete. Perfectio nature
cõdite maior eſt ꝗ ꝑfectio nature lapſe. ſed ↄgnitio futu
roꝝ ꝑtinet ad cõditõem nature lapſe. vñ qdam ſanctorũ
in hanc perfectõem promoti ſunt vt futura cognoſcerent
per donũ prophetie poſt lapſum nature. ergo adam etiã
multo fortius habuit cognitõnem futuroꝝ. ⁊ multo ma/
4 gis preſentiũ ¶ Pre. Nomina rerũ ſunt cõſona eaꝝ pro
prietatib⁹. ſed adam impoſuit rebus noĩa. vt pꝫ Geñ. ij.
ergo ipſe plene rerum naturam cognouit.

R°
Du. cog.
fuit i adã
¶ Rñſio dõm ꝙ in adam fuit duplex cognitio. ſcꝫ na/
turalis. ⁊ cognitio gratie. Cognitio aũt naturalis huma
na ad illa ſe poteſt extendere quecũqꝫ ductu naturalis rõ
nis agnoſcere poſſumus. cuius qdem naturalis cognitio
nis eſt accipere principiũ ⁊ terminũ. Principiũ autẽ eius
eſt in quadã cõfuſa cognitõe omniũ ꝓut homini natura/
liter ineſt cognitio vniuerſaliũ principioꝝ. in qbus ſicut
in qbuſdam ſeminibus virtute preexiſtũt oĩa ſcibilia q
rõne naturali cognoſci poſſunt. Sed hmõi cognitõis ter
minus eſt quãdo ea que virtute in ipſis ꝓncipijs ſunt ex
plicant in actũ. ſicut cum ex ſemine aialis in quo virtute
preexiſtũt oĩa mẽbra animalis producit aial habẽs di/
ſtincte ꝑfecta oĩa mẽbra dr eſſe terminus generationis
aialis. Adam vero in ꝓncipio ſue cõditionis nõ ſolũ opor
tuit vt haberet naturalẽ cognitõem quantũ ad ſui princi/
pium. ſed etiam quantũ ad ſui terminũ. eo ꝙ ipſe cõdeba/
tur. vt pater totius generis humani. a patre aũt filij ac/
cipere debẽt. nõ ſolum eſſe per generatõem. ſed etiã diſci/
plinã ꝑ inſtructõem. et quia non cõpetit alicui eſſe princi/
pium ſm ꝙ eſt in potẽtia. ſed ſm ꝙ eſt in actu. rõne cuius
actus naturaliter eſt prior potẽtia. Et nature opatio ſp
a ꝑfectis incipit. inde eſt ꝙ oportuit primũ hominez mox
in ipſa ſui cõditione conſtitui in termino ꝑfectionis. Et
quantũ ad corpus vt eſſet cõueniens ꝓncipiũ generatio/
nis totius generis humani. Et quantũ ad cognitõnem
vt eſſet ſufficiẽs principiũ inſtructiõis. Sicut igit nihil in
corpe eius erat nõ explicitũ in actu qđ ꝑtinet ad ꝑfectio/
nem corpis ipſius. Ita quicqd ſeminaliter et virtualiter
erat in primis ꝓncipijs rõnis totum erat explicitũ ſm ꝑ
fectam cognitõem eoꝝ omniũ ad que virtus primoꝝ ꝓn
cipioꝝ ſe extẽdere poterat. Unde dicẽdum ꝙ quicquid
homo vnqꝫ aliquis de cognitione rerũ ſtudio vel natura
li ingenio aſſequi potuit. totum hoc adam naturali cogni
tione habitualiter ſciuit. Sed multa ſunt in creaturis q
naturali cognitione cognoſci nõ poſſunt. ad que ſcilꝫ vis
primoꝝ ꝓncipioꝝ ſe nõ extẽdit. ſicut futura cõtingentia. ſi
cut cogitatiões cordium ⁊ diſpoſitiones creaturarũ ſm
ꝙ ſubſunt diuine prouidentie. Nam diuinam prouiden/
tiam cõprehendere non poterat. vnde nec ordinem ipſa/
rum creaturaꝝ ſm ꝙ diuine prouidẽtie ſubſunt. que inter
dum creaturas ad multa ordinat ſupra nature facultatẽ.
Sed ad hec aliquatenus cognoſcenda adiuuabatur alia
cognitione que eſt ↄgnitio gratie. per quã deus interius
loquebatur. vt dicit Aug⁹. vi. ſup Geñ. Sed in hac co/
gnitione non inſtituebat primus homo quaſi in termino
ꝑfectionis ipſius exiſtẽs. quia terminus gratuite cogni/
tionis non eſt niſi in viſione glorie. ad quã ipſe nondum
peruenerat. et ideo huiuſmodi oĩa nõ cognoſcebat. ſed
quantũ de his ſibi diuinitus reuelabatur. et ſic oportet
veriſqꝫ rationibus reſpondere.

¶ Ad primũ ergo dõm ꝙ qdam futura ſunt q in ſuis Ad 1.
cauſis naturaliter cognoſci poſſunt. ⁊ iſtoꝝ cognitionem
adã habuit. aliquoꝝ aũt q naturaliter ↄgnoſci nõ pñt nõ
oim cognitõem habuit. ſed tñ eoꝝ que ſibi fuerãt diuini/
tus reuelata. ¶ Ad ſcđm dõm ꝙ adaꝫ debuit habere oĩa Ad 2
ꝑfecta que natura humana requirit. Sicut aũt vis au/
gmentatiua datur homini vt ad perfectã quãtitatez per
ueniat. ita et ſenſus dantur aĩe humane vt ꝑfectiõem ſcie
capiat. ſicut igit adam habuit augmentatiuã virtutẽ nõ
vt ꝑ eam creſceret. ſed vt nihil ei deeſſet eoꝝ que ad ꝑfe
ctionẽ nature reqruntur Ita etiam ſenſus habuit nõ vt
ꝑ eos ſcientiã acqreret. ſed vt ꝑfectã naturã humanã ha
beret. ⁊ vt iterũ ꝑ ſenſus ea que habitualiter ſciebat expe
riret ¶ Ad terciũ dõm ꝙ adã aliud habuit inquantũ cõ Ad 3
ſtituebat principiũ totius humane nature. ꝗ id qđ ↄmu
niter oĩbus ↄuenit. cõpetebat ei inquantũ erat totius hu
mani generis inſtructor. nõ vt haberet ↄfuſam cognitio/
nẽ. ſed diſtinctã qua inſtruere poſſit. ꝓpter hoc etiam opor
tuit ꝙ intellectus eius nõ eſſet in ſui ꝓncipio ſicut tabu/
la nõ ſcripta. ſed haberet etiã plenã rerũ ſcientiã ex diuina
opatione. nec ħ aliqbus cõpetebat hominib⁹ qui nõ inſti
tuebant ꝓncipiũ humani generis. ¶ Et ꝑ hoc patꝫ rñſio Ad 4
ad. iiij. v. ⁊. vi. ¶ Ad. vij. dõm ꝙ hoc ꝙ angelus fact⁹ eſt Ad 5
in plena cognitione reꝝ naturaliũ ↄpetit ſibi ex debito ſue Ad 6
nature. nõ aũt hõi. ſed ex opatione diuina. et ideo adhuc Ad 7
remanet natura humana infra angelicã. ſicut etiã corpus
hois naturaliter eſt imꝑfectius celeſti corpore. ꝗuis cor/
pus ade virtute diuina accepit quãtitatẽ ꝑfectã in princi
pio quod corpori celeſti competit ex debito ſue nature

Ad 8 ¶ Ad octauū dicēdū ꝙ intellectus ade non poterat actu
eſſe multa intelligibilia, qſi actu ab eis informatus. pote
Ad 9 rat tn̄ ſimul multis habitualiter informari. ¶ Ad nonū
dicēdū ꝙ rō ꝓcedit qn̄ illa potētia totaliter ꝑficit̄ ꝑ vnā ꝑ
fectōem. ſicut forma ſubālis ꝑficit materiā. ⁊ color poten
tiā ſupficiei. Sed vnus habitus ſcie nō cōplet potentiā
intellectus quantū ad oīa intelligibilia. ⁊ ideo nō eſt ſile.
Ad 10 ¶ Ad. x. dicēdū ꝙ adā habuit cognitiōem oīm creaturarū
nō in verbo ſed in ꝓpria natura ⁊ in ſua intelligētia. q̄ quidē
duplex modus cognoſcēdi nō diſtinguit̄ penes ſpēs re
rum ꝑ ꝗ̄ aliq̄d cognoſcit̄. ſed ꝑ ꝗ̄ ipſe ſunt q̄ cognoſcunt̄.
q̄r etiā qn̄ intellectus res cognoſcit in ꝓpria natura nō co
gnoſcit eas niſi ꝑ ſpēs earū quas ſpēs penes ſe hꝫ. Quan
do igitur ꝑ ſpēs quas penes ſe hꝫ ducit̄ intellectus in ip
ſas res que ſunt extra aīam. tunc dr̄ intellectus cognoſce
re res in ꝓpria natura. Quādo aūt intellectus ſiſtit in ſpe
ciebꝰ cōſiderans naturas ⁊ diſpoſitiōem ipſarū ſpecierū.
tunc dr̄ cognoſcere res in ſua intelligētia. vtpote cū intel
ligit ſe intelligere ⁊ modū quo intelligit. Cū igit̄ dicit̄ ꝙ
res oīnes nondū erant in ꝓpria natura. ⁊ ita in ꝓpria natu
Res cognoſcit̄ in ꝓpria natura dupl'r — ra cognoſci nō poterant. nō ſeq̄tur ¶ Cognoſcere eīn rē
in ꝓpria natura dupl'r dr̄. vno mō ꝑ modū enunciationis.
dum ſcꝫ cognoſcitur res in ꝓpria natura eſſe. qd̄ non po
teſt eſſe niſi quādo in ꝓpria natura eſt. Et ſic adā non co
gnouit omnes creaturas in ꝓpria natura. q̄r nondū erant
oīnes creature in ꝓpria natura. niſi diceremꝰ ꝙ nō erāt in
ꝓpria natura ꝑfecte ſed imꝑfecte. q̄r oīnia q̄ poſtmodū ꝓ
ducta ſunt in operibꝰ ſex dierū ꝓceſſerunt ſm̄ aliquē mo
dum. vt pꝫ ꝑ Aug⁹. ſup Gen̄. ad lrām. Alio mō dr̄ aliq̄s
cognoſcere res in ꝓpria natura ꝑ modū definitiōis. dum
ſcꝫ cognoſcit aliq̄s quid ſit in ꝓpria natura alicuius rei. et
ſic etiam res nō exiſtens pt̄ in ꝓpria natura cognoſci. vt ſi
omnes leones eſſent mortui poſſem ſcire q̄d ſit leo. Et ſic
etiam res tūc non exiſtētes adam cognoſcere poterat in
ꝓpria natura. Sil'r etiā nihil ꝓhibet ꝙ oīnes creature per
ſuas ſil'tudines in eius intelligētia eſſent. q̄uis nō oīnes
ſenſu ꝯprehēderet. qd̄ etſi non ſit ꝯtra dignitatē pmi ſta
tus vt ſupior potētia ab inferiori potētia accipiat. erat tn̄
cōtra ꝑfectōnem que pmo homini debebat̄ vt cōderet̄ ſi
ne plenitudine ſcie ſolūmodo ex ſenſibꝰ ſciam accepturus.
¶ Ad. xi. dicēdū ꝙ adam in cognitōe ꝓficere potuit dupl'r
Ad 11 vno mō quantū ad ea q̄ neſciuit. ad que ſcꝫ naturalis rō
ſe extendere nō pt̄. in q̄bus potuit ꝓficere ꝑtim ex reuela
tione diuina. ſicut in ꝯgnitione diuinorum myſteriorū
ꝑtim ꝑ ſenſum experiēdo. ſicut in futuroꝝ cognitōe. q̄ cū
adimplebant̄ ſibi nota fieri potuiſſent cum prius fuiſſent
ignota. Alio mō etiā quantū ad ea q̄ ſciebat. vt ſcꝫ id qd̄
ſciebat tm̄modo ꝑ ſciam mentis poſtmodū poſſit cogno
ſcere ꝑ experientiam ſenſus. ¶ Ad. xij. dicēdū ꝙ verba illa
Ad 12 Aug⁹. nō ſunt intelligēda ita vt intelligat̄ adam ex natu
re opibꝰ oportuiſſe virtutē nature ꝯgnoſcere. ſed q̄r natu
rā quā interius mēte cognoſcebat experiebat̄ ſm̄ illud ꝙ
in eius noticia p̄exiſtebat. ⁊ hoc ei erat delectabile ¶ Ad
xiij. dicēdū ꝙ angeli nō purgant̄ a neſcientia reꝝ naturaliū
Ad 13 ſed a neſciētia diuinoꝝ myſterioꝝ. q̄ etiā in adam fuit. vt
dictū eſt. ⁊ ad hoc etiam illuminatōe angelica indiguit.
¶ Ad. xiiij. dicēdū ꝙ etiā abſcondita cordium ſunt de illis
Ad 14 ad que cognoſcēda naturalis rō non ſe extendere poteſt.
vnde ſimile eſt iudiciū de his et de cognitione futurorū
contingentium.
Sol. inſtan. ¶ Ad primū vero quod in contrariū obijcitur dicen
Ad 1. dum ꝙ adam bona voluntate velle non poterat. niſi qd̄
ordinate volebat. id eſt vt hoc quod vellet tempore ſuo
appeteret habere. nec vellet illud quod ſibi non cōpetebat
¶ Ad ſcd̄m dicēdum ꝙ adam quantū ad corpus habuit Ad 2
perfectōem naturalē. non aūt ſupernaturalē que eſt perfe
ctio glorie. vnde nō ſeq̄tur ꝙ ſm̄ animā habuit perfectō
nis cognitōem niſi naturalis ¶ Ad terciū dicendū ꝙ pre Ad 3
cognitio futuroꝝ eſt q̄dā ꝑfectio humane nature. quia
ea ꝑficitur etiam poſt lapſum. nō autē ita ꝙ ſit homini na
turalis. vnde oportuit ꝙ talem ꝑfectōem adam haberet
ſoli eīn chriſto cōpetit vt omnia ſint ſibi collata. que alij
ſancti per gratiā habuerunt. eo ꝙ ipſe nobis eſt principi
um gratie. ſicut adam principiū nature. ratione cuius ꝑ
fectio naturalis cognitionis ſibi debebatur. ¶ Ad quar Ad 4
tum dicendū ꝙ de ratione ſtatus innocētie erat vt adam
omnes virtutes haberet. quia ſi quecūq; ei deeſſet iuſti
ciam originalem non haberet. non autē eſt de neceſſitate
innocentie omnē cognitōem habere. vnde non eſt ſimile.
¶ Ad quintū dicendū ꝙ adam legitur animalibꝰ nomi Ad 5
na impoſuiſſe. ⁊ eorum naturas plene nouit. ⁊ ꝑ ꝯñs oīm
aliaꝝ reꝝ naturaliū. ſed ex hoc nō ſeq̄tur ꝙ ea que ſt̄ ſup
naturalem cognitōem cognouerit.

# Quinto querit̄. vtrū

Adam in ſtatu innocētie angelos per eſſentiā 1.
viderit. ¶ Et videt̄ ꝙ ſic. dicit eīn Grego. in. iiij. dyal.
in paradiſo quippe homo aſſueuerat verbis dei ꝑfrui. bo
norum angeloꝝ ſpiritibus cordis mundicia et celſitudi
nis viſione intereſſe ⁊c̄. ergo videtur ꝙ per altitudinem
viſionis ſue ad ipſos angelos attigerit videndos
¶ Pre. Gen̄. ſcd̄o ſuper illud. miſit deus ſoporem ⁊c̄. di 2
cit gloſa. extaſis ad hoc intelligitur recte immiſſa vt mēs
ade particeps angelice curie intraret in ſanctuariū dei. et
intelligeret nouiſſima. ſed non potuit particeps eſſe an
gelice curie niſi angelos cognouerit. ergo angelorum no
ticiam habuit ¶ Pre. Dicit Magiſter in. xxij. diſtinctōe
ſecūdi libri ſenten. ꝙ homo fuit p̄ditus cognitōe rerum 3
propter ſe factaꝝ. ſed inter alias creaturas etiam ange
li propter homines quodāmodo facti ſunt. vt dicit Ma
giſter in pma diſtinctōe ſecūdi libri. ergo habuit angelo
rum noticiā. ¶ Pre. Difficilius eſt facere qd̄ eſt intelligi 4
bile in potentia intelligibile in actu. ⁊ intelligere illud q̄
intelligere aliquid qd̄ eſt in actu de ſe intelligibile. ſed in
tellectus ade potuit facere ſpēs rerum naturalium eſſe in
telligibiles actu que ſunt de ſe intelligibiles in potētia. et
per hoc intelligere res materiales. ergo multo fortiꝰ po
terat intelligere ipſas eſſentias angeloꝝ que ſunt de ſe in
telligibiles actu. cum ſint a materia immunes. ¶ Prete.
Cū aliquis nō magis intelligat ea que de ſe ſunt magis 5
intelligibilia cōtingit ex defectu intellectus ſui. ſed ange
lorum eſſentie ſunt de ſe mag' intelligibiles q̄ eſſentie re
rum materialiū. nec aliquis defectꝰ in intellectu ade erat
cum igitur ipſe cognoſceret res materiales per eſſentiam
multo fortius angelos per eſſentiam cognoſcere potuit.
¶ Pre. Intellectus pt̄ intelligere res materiales abſtra 6
hendo quidditatē a ſuppoſito materiali. etſi illa quiddi
tas eſt iterū ſuppoſitū habēs quidditatē poterit pari rōe
ab illa q̄dditate abſtrahere. ⁊ cum non ſit ire in infinitum
deueniret tandem ad hoc ꝙ intelligeret quidditatē ali
quam ſimplicem non habentem quidditatem. ſed huiuſ
modi eſt quidditas ſubſtantie ſepate. ſcꝫ angeli. ergo in

tellectus ade poterat intelligere angeli eſſentiā. ¶ Pre.
7 Sʒ^m phm in.iij.de aīa Intellectus ꝓpter hoc ꝙ ē potētia
non coniuncta organo nō corrumpit ab excellenti intelligi-
bili.nō eīn minus intelligit infima poſtq̄ intellexit maxi-
mū intelligibile ſed magis.cuius ꝯtrariū accidit in ſenſu
Sed intellectus Ade in ſtatu innocētie integer erat ⁊ ꝑ
fectus.ergo nō impediebat ab excellētia alicuius intelli-
gibilis qn illud intelligere poſſit. ⁊ ideo poterat angelos
per eſſentiā cognoſcere.cum hanc cognitōem nihil aliud
impedire videatur niſi ipſius intelligibilis excellentia
8 ¶ Pre. Sicut ſupra dictū eſt Adā mox ꝯditus habuit
oēm cognitōnem ad quā naturaliter ꝑueniri pt. ſed natu
raliter pt hō ꝑuenire ad hoc ꝙ ſubſtātias ſeparas ꝑ eēn-
tiam cognoſcat.vt pȝ ex multoꝝ phoꝝ ſentētijs.quas cō
menta.in.iij.de aīa tangit.ḡ adam angelos ꝑ eſſentiā co
9 gnoſcebat ¶ Pre. Conſtat ꝙ adā aīam ſuā ꝑ eſſentiā no
uerat.ſed eſſentia aīe eſt a materia immunis.ſicut ⁊ ange
10 li.ḡ et angelū ꝑ eſſentiā cognoſcere poterat ¶ Prete. Co
gnitio ade fuit media inter cognitōem noſtrā ⁊ cognitio
nem beatoꝝ.ſed beati cognoſcunt ⁊ vident eſſentiam dei
nos aūt cognoſcimus eſſentias reꝝ materialiū. Inter de
um aūt ⁊ res materiales ſunt ſubſtātie ſpūales.ſcʒ ange
¶ Sed ꝯtra Nulla po (li.ḡ adā ꝑ eēntiā eas cognouit
Cōtra tentia in cognoſcēdo pt ſe extēdere vltra ſuū obiectū.ſed
obiecta aīe intellectiue ſunt phantaſmata. ad q̄ ſe hʒ aīa
intellectiua.ſicut ſenſus ad ſenſibilia.vt dr in tercio de aīa
ergo videt ꝙ aīa nō pt ſe extendere ad cognoſcendum ea
niſi in q̄ ex phantaſmatibꝫ deuenire pt.ſed eſſentia ange-
loꝝ excedit oīa phātaſmata.ḡ homo naturali cognitōne
qua poſuimus adā ꝑfectū.nō pt ꝑuenire ad hoc vt ꝯgno
ſcat angelos ꝑ eſſentiā ¶ Sed diceres. ꝙ q̄uis angelus
nō poſſit ꝑ phātaſma cōprehendi. tn̄ effectus eius aliq̄s
pt ſub phātaſmate dephendi. ⁊ ex tali effectu pt angelus
Replica cognoſci. ¶ Sed cōtra. Nullus effectus q̄ nō equat ſuā
cauſam.ſufficit ad hoc ꝙ ꝑ ipm ſue cauſe eſſentia cogno-
ſcatur.alr̄ cognoſcētes deū ex creaturis eſſentiā dei vide
rent.qđ falſum eſt.ſed effectus corporeus q̄ ſolū in phan
taſmate dephendi pt eſt talis effectus q̄ nō equat virtutē
angeli. ḡ ꝑ hmōi effectū nō pt cognoſci de angelo quid ē.
ſed ſolū an ſit ¶ Sed diceres. ꝙ adā ꝑ aliquē effectū intel
ligibilē angelos cognoſcere poterat. ſm id qđ dr Auicē.
ꝙ intelligentias eſſe in nobis nihil aliud eſt q̄ȝ impreſſio-
Replica nes eaꝝ eſſe in nobis. ¶ Sed ꝯtra Vnūqđq3 qđ recipit
in aliquo recipit in eo ꝑ modū eius in q̄ recipit.ſed mod⁹
aīe hūane eſt infra modū angelice nature.ḡ impſſio facta
ab angelo in aīam humanā ſiue lumē angelicū quo men-
tē humanā illuminat. eſt in aīa hūana inferiori mō ab an
gelica natura.cū igit aīa cognoſcat aliq̄d ꝑ modū quo co-
gnitū eſt in ipſa aīa nō ꝑtinget per hmōi impſſionē ad co
gnoſcendū angelū ſm ꝙ eſt in eſſentia ſua

Rño ¶ Rñſio dōm ꝙ duplex eſt cognitio qua aliq̄d ꝯgno-
Diſtictō ſci pt. Vna qua cognoſcit de re an ſit. ⁊ ſic adā in ſtatu in-
nocētie angelos cognoſcebat ⁊ naturali cognitōe. ⁊ diui-
na reuelatōne multo familiarius ⁊ plenius q̄ȝ nos ꝯgno
ſcamus. Alia eſt qua cognoſcit de re quid eſt. ⁊ hoc eſt co
gnoſcere rem ꝑ eſſentiā ſuā. ⁊ ſic adā. vt mihi videt ange
los in ſtatu innocētie non cognoſcebat.cuius rō eſt.q̄a du
plex ade attribuit cognitio.ſcʒ naturalis. ⁊ cognitio gra-
tie. De aūt cognitione naturali angelos ꝑ eſſentiā nō co
gnouit.ex hinc pt certū eſſe. In nullo eīn genere potentia
paſſiua naturalis ſe extendit vltra illud ad qđ ſe extēdit
potentia actiua eiuſdem generis.ſicut potentia paſſiua in

natura nō inuenit niſi in reſpectu eoꝝ ad que potētia aliq̄
actiua naturalis ſe poteſt extendere. vt Cōmenta. dicit Duplex po-
in.ix.metaph. ¶ In aīe aūt humane intellectu duplex in tētia itellec.
uenit potētia.vna quaſi paſſiua.ſ.intellectus poſſibilis.et
alia q̄ſi actiua.ſ.intellectus agens. vñ intellectus poſſibil'
naturaliter nō eſt in potētia vt in eo fiant.niſi ad ea q̄ intel
lectus agens natus eſt facere. q̄uis ꝑ hoc nō excludit qn
aliqua alia in eo poſſint fieri operatōne diuina.ſicut et in
natura corꝑali ꝑ operatōem miraculi. Actōne aūt intelle
ctus agentis nō fiūt intelligibilia q̄ ſunt de ſeipis intelli-
gibilia.cuiuſmodi ſunt eſſentie angeloꝝ. Sed ea que ſunt
de ſeipis in potentia intelligibilia.qualia ſunt eſſentie re-
rum naturaliū.que ꝑ ſenſum ⁊ imaginatōem capiuntur.
Vnde in intellectu poſſibili naturaliter non fiunt niſi ille
ſpēs intelligibiles.q̄ ſunt a phantaſmatibꝫ abſtracte Per
hmōi aūt ſpēs impoſſibile eſt ꝑuenire ad intuendā eēntiā
ſubſtātie ſepate cū ſint improportionate. ⁊ q̄ſi alteri⁹ ge
neris ipſis eſſentijs ſpūalibus. Et ideo naturali cognitōe
hō nō pt ꝑtingere vt cognoſcat angelos ꝑ eſſentiā. Si-
militer etiā nec adā cognitōe gratie hoc potuit.cognitio
eīn gratie eſt eleuatior q̄ȝ ꝯgnitio nature Sʒ hec eleuatō
pt itelligi q̄ȝtū ad itelligibile vel q̄ȝtū ad modū itelligēdi
Quātū ad itelligibile q̄dē ꝑ gratiā eleuat ꝯgnitio hoīs
etiā ſine mutatōe ſtat⁹.ſicut cū ꝑ gratiā dei eleuamur ad
cognoſcendū ea q̄ ſunt ſupra rōem.ſilr etiā ꝑ gratiā ꝓphe-
tie. Sed quantū ad modū cognoſcēdi nō eleuat humana
cognitio niſi ſtatus mutet. Modus aūt q̄ naturaliter in
tellectus cognoſcit eſt vt a phātaſmatibꝫ accipiat. vt di-
ctū eſt. vñ niſi hō in aliū ſtatū mutet. oportet ꝙ etiā in co
gnitione gratie.q̄ eſt ꝑ reuelatiōem diuinā.ſp intellectus
inſpiciat ad phātaſmata. Et hoc eſt qđ Dyoni.dr.i.cap.
cel.hierar.ꝙ impoſſibile eſt nobis aliter lucere diuinū ra-
dium niſi varietate ſacroꝝ velaminū circūuelatum Adā
vero in ſtatu innocētie erat in ſtatu viatoris. vñ in omni
genere cognitionis oportebat ꝙ aſpiceret ad phantaſma
ta. Iſto aūt mō cognoſcēdo nō poſſunt eſſentie angelorū
videri. vt iam dictū eſt. vñ nec naturali cognitōe nec gra
tuita Adā ꝑ eſſentiaȝ cognouit.niſi forte ponamus eum
per gratiam in altiorem ſtatum eleuatū. ſicut fuit Pau-
lus in raptu.

¶ Ad primū ḡ dōm ꝙ ex illa auctoritate Grego.non Ad .1.
pt haberi niſi ꝙ Adam cognouerit angelos in quadā cel-
ſitudine viſionis.non tamē tanta q̄ ꝑtingeret ad eēntias
eoꝝ cognoſcendas ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ ſi ſopor Ade in Ad 2.
telligit talis extaſis fuiſſe qualis raptus Pauli. nihil ꝓhi
bet dici qn in illo raptu angelos ꝑ eſſentiam viderit. ſed
hoc erat ſupra cōem modū cognitōis qui ſibi tunc cōpe-
tebat.ſi aūt ſopor ille nō talis extaſis fuiſſe dicat ꝙ Adā
ſm quid in ſtatu beatoꝝ eleuaretur. ſed ſicut ſolet mens
ꝓphetaꝝ eleuari ad diuina miſteria intuenda.ſicut verba
gloſe ſonare vident.tunc dr ꝑnceps angelice curie fuiſſe ꝑ
quandā cognitōis eminentiā.que tn̄ vſq3 ad coruȝ eſſen Ad 3
tias nō ꝑtingebat ¶ Ad terciū dōm ꝙ Adā habuit co-
gnitōem angeloꝝ inquantū erant ꝓpter ipſum facti.ſciuit
eīn eos eſſe cōſortes ſue beatitudinis ⁊ miniſtros ſue ſalu
tis in via inquantū cognouit diſtinctōem ordinum. ⁊ eo
rum officia multo ꝑfectius q̄ȝ nos cognoſcamus. ¶ Ad
quartum dicēdum ꝙ difficultas in intelligendo accidit Ad 4
dupliciter. vno modo ex parte cognoſcibilis. alio modo
ex ꝑte cognoſcētis. ex ꝑte cognoſcibil' difficilius eſt facere
aliq̄d itelligibile ⁊ itelligere ipm q̄ȝ itelligere id qđ ē itel
ligibile in ſe.ſʒ ex ꝑte ꝯgſcētis pt eē difficili⁹ ad ꝯgnoſcen

dum;id qđ eſt in ſe intelligibile. ⁊ hoc cōuenit intellectui
humano.ꝓpter qđ nō eſt ꝓportionatus ad intelligendū
Ad 5 naturaliter eſſentias ſeparas rōe iaȝ dicta ¶ Ad. v. dōm
ꝙ intellectus ade nō patiebať defectū alicuius ꝑfectiōis
que tūc ſibi ineſſe deberet. habebat tñ aliqs defect⁹ natu
rales inter quos vnus erat ꝙ oportebat eū in ꝯgnoſcen
do ad phātaſmata inſpicere. qđ cuilibet intellectui hūa/
no ꝯuenit naturaliter ex hoc ipo ꝙ eſt corpi vnitus. ⁊ ex
hoc ꝙ ſm ſuā naturā eſt infimus in ordine intellectuum
Ad 6 ¶ Ad. vi. dōm ꝙ intellectus abſtrahēdo pt ad qddita/
tem ꝑuenire rei materialis abſtrahēdo nō habentem ali
quā qdditatē quā qdem intelligere pt. qꝛ eā a phātaſma
tib⁹ abſtrahit. ⁊ eſt facta intelligibilis ꝑ lumē intellect⁹
agētis. ex quo hȝ quo ea poſſit ꝑfici ſicut ꝓpria ꝑfectione
ſed ex hac qdditate nō pt ꝯſurgere ad cognoſcendū eēn/
tiā ſubſtātie ſepate eo ꝙ illa qdditas eſt oīno deficiens a
repſentatōe illius qdditatis. cū nō omnino eodē mō quid
ditas inueniať in ſubſtantijs ſepatis ⁊ reb⁹ materialib⁹. ſȝ
quaſi equoce. vt cōmen. dt in tercio de aīa. Dato etiā ꝙ
ꝑ hanc qdditatē poſſet cognoſcere talē eſſentie qdditatē
ſubſtātie ſepate in quodā cōi. non tñ adhuc videret eſſen/
tiā angeli. ita ꝙ ſciret diſtinctionē vniuſcuiuſqȝ eſſentie ſe
Ad 7 parate ab alijs eſſentijs ſepatis ¶ Ad. vij. dōm ꝙ intelle
ctus human⁹ q̄uis ab intelligibili excellēti nō corrūpať
tamē inueniť in eo defectus ꝓportionis ad hoc ꝙ natura
liter poſſit ꝑtingere ad maxima intelligibilia. vnde ex di
cto phī non pt haberi ꝙ intelligibilia maxima intelligat.
Ad 8 ſed ſolū hoc ꝙ ſi ea intelligeret nō minus intelligeret alia.
¶ Ad. viij. dōm ꝙ hanc queſtionē phs inſolutā dimiſit
in tercio de aīa. vbi queriť vtrū intellectus ꝯiunctus poſ/
ſit ſeparata intelligere. nec alibi inueniť eā ſoluiſſe in libris
eius q ad nos peruenerunt. Sequētes vero ipm in hoc
Opīo. i. diſcordauerūt. ¶ Quidā enim dixerūt ꝙ intellectus no/
ſter non pt ꝑtingere ad intelligendas eſſentias ſeparas
Quidā aūt poſuerunt ꝙ ad hoc ꝑtingere poſſit. Horuȝ
Opīo. ij. aūt qdam vſi ſunt rōnibus inſufficientib⁹ ſicut auempri/
te. cuius rō eſt deducta de qdditate ⁊ Themiſtius. cui⁹
ratio eſt inducta de facilitate intelligendi. quas etiā Cō
menta. in tercio de aīa ſoluit ¶ Quidā vero vſi ſunt po/
Opīo. iij ſitionib⁹ extraneis ⁊ contra fidem. ſicut Alexāder et ipſe
cōmentator Auerroys. Alexander eñ dt ꝙ intellectus
poſſibilis. cum ſit generabilis ⁊ corruptibilis. ſm eū nul/
lo mō poteſt ꝑtingere ad hoc ꝙ ſubſtātias ſeparas intel/
ligat. ſed in fine ſue ꝑfectionis ꝑtinget ad hoc ꝙ intelligē
tia agens. quā ponit quandā ſubſtantiā ſeparatā. ꝯiunga
tur nobis quaſi forma. ⁊ in illo ſtatu intelligemus per in/
telligentiā agentē. ſicut nūc intelligimus ꝑ intellectū poſ/
ſibilē. Et qꝛ intelligentia agens. cū ſit ſubſtātia ſepata in/
telligit ſubſtātias ſeparas. inde eſt ꝙ in illo ſtatu intelligi
mus ſubſtātias ſeparas. ⁊ in hoc cōſiſtit vltima felicitas
hoīs ſm eū. Sȝ qꝛ nō videť eſſe poſſibile ꝙ id qđ eſt incor/
ruptibile ⁊ ſeparatū. vt intellectus agens. ꝯtinueť vt for
ma intellectui poſſibili. q ſm Alexandrū eſt corruptibilis
et materialis. ¶ Ideo etiā alijs viſum eſt qđ ipſe etiā in
Opīo. iiij tellectus poſſibilis ſit ſeparatus ⁊ incorruptibilis. vñ The
miſtius dt. ꝙ intellectus poſſibilis etiam eſt ſeparatus. ⁊ ꝙ
in ſua natura eſt intelligere nō ſolū res materiales. ſȝ etiā
ſubſtātias ſeparas. ⁊ ꝙ intelligibilia eius non ſunt noua
ſed eterna. ⁊ ꝙ intellectus ſpeculatiuus quo nos intelligi/
mus eſt ꝯpoſitus ex intellectu agēte ex poſſibili. Sȝ ſi hoc
eſt cū intellect⁹ poſſibilis nobis a ꝑncipio ꝯtinueť. tūc ab
ipſo ꝑncipio ſubſtātias ſepararas cognoſcere poſſemus.

Et ideo Cōmenta. etiā ponit mediā viaȝ inter opiniōnē Opīo. v.
Alexādri ⁊ Themiſtij. dt eñ intellectū eē ſeparatū ⁊ eter/
nū. in quo ꝯuenit cū Themiſtio. ⁊ differt ab Alexādro.
dt eñ intelligibilia ſpeculatiua eſſe noua ⁊ effecta ꝑ actio
nē intellectus agētis. ⁊ in hoc ꝯuenit cū Alexā. ⁊ differt a
Themiſt. Et hec dt habere duplex eē Vnū q fundanť in
phātaſmatib⁹. ⁊ ſm hoc in nobis aliud ſunt q ſunt in in/
tellectu poſſibili. vñ mediantib⁹ illis intelligibilib⁹ intelle
ctus poſſibilis nobis cōtinuať. Ad hec aūt intelligibilia
intellectus agens ſe hȝ ſicut forma ad materiā. cū eñ in/
tellectus poſſibilis recipiat hmōi intelligibilia q in phā/
taſmatib⁹ fundanť. ⁊ iterū agentē intellectū. ⁊ intellectus
agens ſit ꝑfectior. oportet ꝙ ꝓportio intellectus agentis
ad hmōi intelligibilia q ſunt in nobis ſit ſicut ꝓportio for
me ad materiā. ſicut etiā eſt ꝓportio lucis ⁊ coloris ad in/
uicē q recipiunť in dyaphano. ⁊ ſilr eſt de oībus duob⁹ re/
ceptis in vno quoꝝ vnū eſt altero ꝑfecti⁹ Qñ igiť in nob
eſt ꝯpleta generatio hmōi intelligibiliū. tunc intellectus
agēs ꝑfecte in nobis ꝯiungiť vt forma. ⁊ ſic nos ꝑ intelle/
ctū agentē poterim⁹ ſubſtātias ſeparas cognoſcere. ſicut
nūc poſſum⁹ cognoſcere ꝑ intellectū q eſt in habitu. Pȝ
igiť ex dictis iſtoꝝ phoꝝ ꝙ nō poterāt inuenire modū q
nos intelligerem⁹ ſubſtātias ſeparas niſi intelligēdo per Re. pba°
aliquā ſubſtantiā ſeparā. ¶ Pȝ aūt intellectus poſſibil
vel agēs ſit ſubſtātia ſeparata nō eſt ꝯſonum veritati fidei.
nec etiā ſcie phī. q in tercio de aīa ponit intellectū agentē
et poſſibilē eſſe aliqd hūane aīe ¶ Et ideo hac poſitōe re/ Opī. ſ͠a
tenta nō videť eſſe poſſibile ꝙ naturali cognitōe hō per
tingat ad cognoſcēdas ſubſtātias ſeparas ¶ Ad. ix. dōm Ad 9
ꝙ hō in ſtatu innocētie ꝑ hoc ꝙ intelligibile aliqd intelli/
gebat ꝑfecte cognoſcebat etiā ꝑfecte actum intelligēdi. ⁊
qꝛ actus intelligendi eſt effectus ꝓportionat⁹ ⁊ adequās
virtutē intelligēdi a qua exijt. Inde eſt ꝙ intelligebat ꝑ/
fecte eſſentiā aīme ſue. ſed ex hoc nō ſeqtur ꝙ intelligeret
eſſentiā angeli. cū ille actus intelligēdi nō adequat virtu
tem intellectus ¶ Ad. x. dōm ꝙ ſicut natura angelica eſt
media inter naturā diuinaȝ ⁊ corpalē. ita etiā cognitio q Ad 10
cognoſciť eſſentia angelica eſt media inter cognitōnem q
cognoſciť eſſentia diuina. ⁊ qua cognoſciť eſſe rei materia
lis. ſȝ inter duo extrema poſſunt multa eē media. nec oȝ
ꝙ qcūqȝ excedit vnū extremoꝝ ꝙ pertingat ad qđlibet
medioꝝ. ſed oportet ꝙ pertingat ad aliqđ medium. hō
igiť in ſtatu innocētie ad aliqđ medium ꝑuenit ad hoc ſcȝ
vt noticiā dei acciperet. nō ſcȝ ex ſenſibilib⁹ creaturis. ſed
ex reuelatōe interna. nō aūt ad hoc medium ꝙ cognoſce
ret eſſentiam angelicam. ad quod tamē medium ange/
lus in ſui creatione nondū beatus ꝑuenit

## Sexto queriť. vtrum

Adā in ſtatu innocētie errare ſeu decipi potuit
Et videť ꝙ ſic. qꝛ dt Amb. oīne pctm̄ ē ex errore. ſȝ adaȝ .j.
potuit peccare. g̃ et errare ¶ Pre. Voluntas nō eſt niſi de
bono ꝟo vel exiſtimato bono. cū aūt voluntas eſt de bono 2
nec peccatur. nūqȝ g̃ eſt pctm̄ niſi ꝑcedat eſtimatio boni
qua exiſtimať aliqđ bonū qđ nō eſt. omnis aūt talis exiſti
matio qdam deceptio eſt. g̃ adam anteqȝ peccaret in ſta/
tu innocentie deceptus fuit. ¶ Pre. Magiſter dt in ſcđo 3
ſniaꝝ. xxi. diſti. ꝙ ideo mulier nō horruit ſerpentē loquētē
cum nouerit creatum eſſe. etiam officium loquēdi a deo
accepiſſe putauit. hoc autem falſum erat. ergo mulier fal/
ſum opinata eſt anteqȝ peccaret. ergo decepta fuit.

4 ¶ Pre. Sicut magiſter in eadē diſtinctione dʒ.qđ ⁊ etiā
Augꝰ.ſup Gen̄.ad lrām. in tali ſpecie venire ꝑmiſſus ē
dyabolus in q̄ eius malicia poſſet dep̄hendi facile.ſed in
quacūq3 ſpecie veniſſet poſſet dep̄hendi ſi homo in ſtatu
innocentie decipi nō poterat.ergo decipi potuit. ¶ Pre.
5 Mulier audita ꝓmiſſione ſerpētis ſperauit illā poſſe cō
ſequi.alr̄ ſtulte appetiuiſſet.cum tn̄ ſtulticia ante pecca-
tum nō fuerit.ſed nullus ſperat qđ opinaẜ eſſe impoſſibi-
le.ergo cū eſſet impoſſibile illud qđ demon ꝓmittebat
6 videẜ ꝙ mulier ante peccatū hoc credens decepta fuerit.
¶ Prete. Intellectus hoīs in ſtatu innocētie collatiuus
erat ⁊ deliberatione indigens.nō aūt indigebat delibera
tione niſi ad videndū errorē. ergo errare potuit in ſtatu
7 innocētie ¶ Pre. Intellectus demonis cū nō ſit corpori
cōiunctus videẜ eſſe multo ꝑſpicatior intellectu homis.
etiam in ſtatu innocentie q̄ erat corpori ꝯiunctus.ſed de-
mon decipi p̄t.vnde ſancti dicūt ꝙ qn̄ videbant chriſtū
demones infirmitatē patientē exiſtimabant eū purū ho
minē.qn̄ aūt miracula facientē exiſtimabant eū deum.er
8 go multo fortius homo in ſtatu innocētie decipi potuit.
¶ Prete. Dum hō primo peccauit.in ipſo actu nondum
erat in ſtatu culpe.q꞉ cū ſtatus culpe cauſeẜ ex pctō.ante
primū peccatū fuiſſet aliqđ peccatū. ſed in actu quo pri-
mo peccauit hō deceptus fuit.ergo ante ſtatū culpe ho-
9 mo decipi potuit ¶ Pre. Dam̄.dʒ in ſcđo libro. hec ſcili-
cet cognitio fallax Ade extiterat nouiter plaſmato.ſed q̄-
10 cunq3 hʒ fallacē cognitōem decipitur. g̃ adam deceptus
fuit in p̄ma nouitate ſue plaſmatōis ¶ Pre. Cognitio ſpe
culatiua eſt cōtra affectōem diuiſa.ſed p̄t eſſe peccatū in
affectiua ſine hoc ꝙ ſit aliqua deceptio in ſpeculatiua ꝑ-
te.q꞉ multotiens habētes ſciam ꝯtra ſciam agimus.g̃ et
potuit eſſe in p̄mo hoīe deceptio in pte ſpeculatiua ante-
11 ꝙ eſſet peccatū in affectiua ¶ Pre. Sicut habeẜ in glo.i.
Thimo.ij.ſup illud.Adam nō eſt ſeductus ⁊c̄. Adā nō
fuit ſeductus eo mō quo mulier vt putaret eſſe verū qđ
dyabolus ſuggerebat. in eo tn̄ fuiſſe ſeductum credi po-
12 teſt ꝙ cōmiſſū veniale peccatū putauerit qđ ꝑemptoriū
erat. g̃ adā ante peccatū decipi potuit ¶ Pre. Nullus li-
beraẜ a deceptōe niſi ꝑ noticiā veritatis.ſʒ adā nō oīa ſcie
bat.g̃ nō in oībus poterat a deceptionibꝫ eſſe immunis.
¶ Sed di.ꝙ ſeruabaẜ ꝑ diuinā ꝓuidentiā a deceptōe
13 ¶ Sʒ ꝯ.diuina ꝓuidētia maxīe in neceſſitatibꝫ ſubuenit
ſʒ in maxima neceſſitate qn̄ fuiſſʒ ei vtiliſſimū a ſeductōe
liberare.ꝓuidentia diuina nō ſeruauit eū a ſeductōne ille-
14 ſum.g̃ multo minus in alijs fuiſſet a ſeductōe diuina ꝓui
dentia liberatus ¶ Prete. Homo in ſtatu innocētie dor
miuiſſet.vt dʒ Boetius in libro de duabꝫ naturis. et ea-
dem rōne etiam ſomniaſſet.ſed in ſomno q̄libet hō decipi
tur.cū aliqualiter ſimilitudinibꝫ rerū inhereat quaſi rebꝫ ip-
15 ſis.g̃ adā in ſtatu innocētie decipi potuit ¶ Pre. Adam
in ſtatu innocentie ſenſibꝫ corꝑalibꝫ vſus fuiſſet.ſed in co-
gnitione ſenſitiua frequēter accidit deceptio. ſicut cū vnū
duo videnẜ.⁊ cū illud qđ a remotis paruū videẜ. g̃ adam
in ſtatu innocētie nō fuiſſet om̄ino a deceptōe liber.
Inſtātie ¶ Sed ꝯtra.ſicut dʒ Augꝰ.in libro de libero arbitrio
approbare vera ꝓ falſis nō eſt natura inſtituti homis.ſed
pena damnari.ergo in ſtatu innocētie nō potuit decipi.qđ
2 eſt vera pro falſis approbare. ¶ Pre. Anima nobilior eſt
corpore.ſed in ſtatu innocētie homo nullū defectū pati
poterat in corpore ergo multo minus deceptōnem que
3 eſt anime defectus. ¶ Pre. In ſtatu innocētie nihil pote-
rat eſſe cōtra hominis voluntatē.quia ſic potuiſſet ei in-
eſſe dolor.ſed decipi eſt in hominibꝫ contrariū voluntati
ſm̄ Augꝰ.etiam in his qui decipere volunt.ergo in ſta-
tu innocentie nō poterat decipi ¶ Pre. Omis error vel eſt 4
culpa vel pena.quorū neutrū in ſtatu innocentie eſſe pote
rat.ergo nec error ¶ Pre. Quando illud quod eſt ſupe 5
rius in aīa dominaẜ inferiori nō poteſt eſſe error.q꞉ per il-
lud quod eſt ſupius in anima. ſcʒ ſyndereſim ⁊ intellectū
principiorū tota cognitio hominis rectificatur. ſed in ſta-
tu innocentie illud quod eſt inferius in hoīe erat ſuperio
ri om̄ino ſubditum.ergo nō poterat eſſe tunc deceptio
¶ Pre. Sʒm Augꝰ. poſſe credere eſt natura hominum 6
credere vero gratia fidelium.ergo eadem rōne poſſe deci
pi eſt nature.decipi vero eſt vitij. ſed in ſtatu innocentie
nō erat vitiū.ergo nec tunc poterat eſſe deceptio ¶ Pre. 7
Sicut dʒ Damaſ.in ſcđo libro.homo in ſtatu innocētie
dulciſſimo fruitu cōtemplatiōis laſciuiens hac ſcʒ cōtem
platōe vſus eſt.ſed cū homo cōuertitur ad diuina nō de-
cipitur. g̃ adam in ſtatu illo decipi non poterat ¶ Prete.
Heroni.dʒ.quicq̄d mali patimur peccata noſtra merue 8
runt.ſed deceptio eſt malū.ergo añ peccatū eē nō potuit.
¶ Rn̄ſio dōm ꝙ circa hoc duplex eſt opinio. Quidā R°
eñ dicunt ꝙ cū adam nō habuit omniū rerum ſcientiam Opio.i.
ſed q̄dā cognouerit q̄dam ignorauerit. in his quorū noti-
ciam habebat nullo modo decipi poterat.vt in his q̄ natu
raliter cognoſcuntur.nec in his que ſibi diuinitus reuela-
bantur.in alijs aūt quorū ſcientiā non habebat. ſicut ſunt
cogitationes cordium.futura cōtingentia et ſingularia a
ſenſu abſentia poterat q̄dem falſam opinionē leuiter habe
re in huiuſmodi aliquod falſum opinando. non autē ita
ꝙ aſſenſum preberet p̄ciſe. et ideo dicunt ꝙ in eum error
cadere non poterat.nec iterum falſa pro veris approbare
quia in his deſignatur p̄ciſus aſſenſus ad id quod eſt fal Opio.ij.
ſum ¶ Alij vero hoc dictum improbare nituntur ex hoc
ꝙ Augꝰ.omnē falſam exiſtimatōem errorem nominat.et
dicit etiam omnē errorem malū eſſe.in magnis q̄dē ma-
gnū.in paruis vero paruū Sed in hoc nō eſt multū inſi-
ſtendum.quia dum de rebus agitur deberet queſtio no-
minū pretermitti ¶ Unde dico ꝙ non ſolū non potuit in Opio tho.
ſtatu innocentie error eſſe. ſed nec etiam qualiſcūq3 falſa
opinio Quod ſic patet.q̄uis enim in ſtatu innocētie po
terat eſſe alicuius boni carentia.nullatenus tamē eſſe po Repro.pa
terat aliqua corruptio boni. Bonū autem ipſius intelle-
ctus eſt cognitio veritatis.⁊ ideo habitus illi quibus in
tellectus perficiẜ ad cognoſcendū verum.virtutes dicun
tur.vt dicīẜ in ſexto ethicorū.vtpote intellectus actū bo-
num reddentes.falſitas aūt non ſolum eſt carentia veri-
tatis.ſed ipſius corruptio. Non eñ ſic ſe habet ad verita
tem ille qui om̄ino caret veritatis cognitione.in quo eſt ca
rentia veritatis.q̄uis contrariū non opinetur. ⁊ ille q̄ ha
bet falſā opinionē cuius exiſtimatio corrupta eſt per fal-
ſitatem. Unde ſicut verum eſt bonū intellectus.ita falſū
eſt malum ipſius. propter quod habitus opinatiuus nō
eſt virtus intellectualis.quia eo contingit falſum dicere.
vt dicitur in ſexto ethicorū. Nullus autē actus virtutis
malus eſſe poteſt.acſi ipſa opinio falſa ſit q̄dam malus ac
tus intellectus.vnde cum in ſtatu innocentie non fuerit
aliqua corruptio vel aliquod malū non potuit eſſe in ſta-
tu innocentie aliqua falſa opinio. Dicit eñ commenta-
tor in tertio de anima ꝙ falſa opinio ita ſe habet in cogni-
tionibus ſicut monſtrum in natura corporali. Eſt enim
falſa opinio proueniens preter intentionem ipſorum
principiorum primorum. que ſunt quaſi virtutes ſemi-

nales cognitõis.ſicut ⁊ mõſtra veniunt p̄ter intentionez
virtutis naturalis agentis. ⁊ hoc ideo. q2 om̄e malū eſt p̄
ter intētõem. vt d̄r Dyo. in. x. caº. de diui. no. vn̄ ſicut in
conceptõe humani corpis in ſtatu innocentie nulla mon/
ſtruoſitas accidiſſet. ita etiam in intellectu eius nulla fal
Alia proba. ſitas eſſe poſſet. ¶ Quod iterū pz ex hoc q2 ſp̄ contingit
inordinatio qn̄ aliquod moueč a nõ ꝓprio motiuo. ſicut ſi
volūtas moueač a delectabili ſenſus cuz debeat tantūmo/
do moueri ab honeſto. ꝓprium aūt motiuū intellectus eſt
verū id quod habet infallibilē veritatē. vn̄ qn̄cunq3 intel/
lectus moueč ab aliquo fallibili ſigno eſt aliq̄ inordinatō
in ipſo ſiue pfecte ſiue impfecte moueač. vn̄ cuz nulla inor
dinatio in intellectu hoïs in ſtatu innocētie eſſe poterat
nunq3 intellectus hoïs inclinatus fuiſſet magis in vnam
partē q3 in aliā niſi ab infallibili aliquo motiuo. Ex quo
patet q2 in eo nulla falſa opinio fuiſſet. ſed penitus in eo
nulla fuiſſet opinio. et quicquid cognouiſſet per certitu/
dinem cognouiſſet

¶ Ad primū dōm q2 error ille ex quo om̄e peccatū p̄/
Ad .i. cedit eſt error electõnis. p̄ut eligit quod eligendū non eſt
ſm̄ quē d̄r om̄is malus ignorās a p̄ho in. iij. ethico. hic aūt
error p̄ſupponit inordinatõnem in pte appetitiua. ex hoc
ture ꝑtinent. nec remanebit veritas ſpēi. cū ita ſit de rōni
bus ſpecieꝝ ſicut de numeris. vt dr̄. viij. metaph. in q̄bus
Rep. er. vnitate addita vel ſubtracta ſpēs numeri variant̄ Et
ideo ſm̄ p̄dictū erroꝛē xp̄s neqꝫ verꝰ hō neqꝫ verꝰ deus
eſſet. Ad hoc aūt ꝙ xp̄s verus deus ꝛ verus hō ſit opoꝛ-
tet ponere in ipo oīa q̄ ad diuinā naturā ꝑtinent. ꝛ iterū
ſeoꝛſum ſm̄ rōem nature in eadē ꝑſona oīa q̄ ſpēm hoīs
cōſtituūt. ꝛ vt nō ſolū verus hō. ſed etiā ꝑfectus ſit opoꝛ
tet in eo ponere oīa q̄ in nobis ad ꝑfectōem ſunt neceſſa-
ria. ſicut habitus ſciaꝝ ꝛ virtutū. Sicut eīm deitas non
p̄t eſſe actus coꝛpis vt ea foꝛmaliter coꝛpus viuat vel rō-
nalis creatura fiat. ita nō poteſt eſſe actus aīe rōnalis vt
ea foꝛmaliter ſit ſciens vel virtuoſus. ſicut nos ꝑ habitū
ſcientie ꝛ virtutis ¶ Et ideo opꝫtet in chriſto ponere ſciē Pō vera
tiam creatam

¶ Ad pꝛimū igit̄ dōm ꝙ eius ſcia creata q̄dem eſt ſm̄
quid aīa xp̄i nobilioꝛ. inquantū eſt actꝰ eius. ſm̄ quē mo- Ad .1.
dū ꝛ coloꝛ eiꝰ nobilioꝛ coꝛpe eſt ꝛ q̄dlibet accidēs ſuo ſub-
iecto. ꝓut cōparat̄ ad ipm̄ ſicut actꝰ ad potentiā. ſimplr̄
aūt ſubiectū eſt nobilius accn̄te. ꝛ ſic aīa xp̄i ꝓpꝛia ſcientia
¶ Ad ſcdm̄ dicendum ꝙ ꝙ̄uis ſcia attribuatur ypoſtaſi Ad 2
vt opanti. tm̄ attribuit̄ nature vt opationis ꝓncipio. opa-
tio aūt nō recipit ſpēm ab opante. ſed a ꝓncipio opatiōis
Unde in vno operāte ſunt diuerſe opationes ſm̄ ſpēm
ſm̄ diuerſa opationū ꝓncipia. ſicut in homie videre ꝛ au
dire. ꝙ̄uis igit̄ in chriſto nō ſit niſi vna ypoſtaſis. tamen
ſunt in eo due nature. ꝛ ideo etiā due opationes. ꝛ opoꝛ
tet chriſtū eſſe ꝑfectū ad vtrāqꝫ opatōem. Et ſic non ſo
lum eſt in eo ſcia increata. que ſufficit ad operatōem natu-
re increate. ſed etiā ſcientia creata que exigitur ad ꝑfectā
opationē nature create ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ caloꝛ pro
pꝛie loquēdo nō agit. ſed eſt mediū quo ignis agit. vn̄ ſic Ad 3
ſe habet ad operatōem calefactionis. ſicut ſcientia creata
ad actū cōſiderationis ¶ Ad quartū dicendū ꝙ ꝙ̄uis in Ad 4
conſideratōe ſcientie ſit aliquid quod eſt ab intrinſeco. ta
men talis operatio non complet̄ ſine eo quod ab extrinſe
co eſt. ꝛ in hoc diuerſimode ſimilitudo attēditur. ¶ Ad Ad 5
quintū dicendū ꝙ ꝙ̄uis omne creatum ſit imperfectum
comparatum ad eminentiam diuine operationis. vnum
quodqꝫ tamen in genere ſuo perfectum eſt. et ſui generis
quandā perfectionem requirit. Unde ꝛ natura creata in
chriſto quandā perfectōem creatam habuit quando fuit
anima creata. ¶ Ad ſextum dicendū ꝙ chriſtus ſemꝑ eſt Ad 6
in actu cōſiderationis ſm̄ ſcientiā increatam. ſed quia ei
due operationes cōpetunt ſm̄ duas naturas. ideo per
hoc etiam non excludit̄ quin habeat cōſiderationem ſciē-
tie create ¶ Et per hoc etiā patet reſpōſio ad ſeptimum Ad 7
¶ Ad octauū dōm ꝙ ſi chriſtus haberet tantū ſcientiam Ad 8
increatā eſſet ſapiens deus. ſed vt ita dixerim nō ſapiens
homo. vnde ad hoc ꝙ in humanitate ſapiēs eſſꝫ opoꝛtuit
ꝙ ſcientiam creatam haberet ¶ Ad nonū dicendū ꝙ ver- Ad 9
bum apl̄i intelligit̄ de ꝑfectione que imperfectioni oppo-
nitur. tunc eīm ꝑfectōe adueniente imꝑfectū tollit̄. Perfe
ctio aūt diuine ſcie nō opponit̄ ꝑfectioni ſcie create. cū nō
ſit circa idem. vn̄ rō nō ſeq̄tur ¶ Ad decimū dōm ꝙ ꝙ̄- Ad 10
uis verbū ſit magis intraneū anime ꝙ̄ aliqua potentia
eius. ꝓut eam ſuſtinet ꝛ in eſſe cōſeruat. tamen intelle-
ctus vel aliqua potentia eſt magis vnū cum anima. quia
non ſolum in natura. ſed in ꝑſona. quia potētia eſt quedā
ꝑfectio ipſius anime. nō aūt verbū. Unde anima xp̄i nō
poteſt foꝛmaliter loquēdo intelligere per verbū ſicut per
intellectum ¶ Ad vndecimū dōm ꝙ ꝙ̄uis verbū ꝛ ſcien Ad 11
tia creata non ſint melius ꝙ̄ ſolum verbū. tm̄ aīma vnita
verbo ꝛ ꝑfecta ſcientia creata eſt perfectioꝛ ꝙ̄ ſi verbum
vniretur ſine hoc ꝙ ſcientiam creatam haberet. quia ſci-
entia creata in aliq̄ habitudine ſe habet ad animā in qua
ſe non habꝫ verbū. ꝛ ideo rō non ſequitur

## SEcūdo querit̄. vtrū

aīa xp̄i videat verbū ꝑ aliquē habitū ¶ Et vi
det̄ ꝙ non. Uidere eīm per habitū eſt videre ꝑ mediū. ſed .1.
anima chriſti videt verbū ſine medio. ergo non videt per

2 habitũ ¶ Pte. Anima chriſti in hoc beata eſt ꝙ deum vi-
det. beatitudo aũt ſiue felicitas ſm phm in pͥmo ethicoꝝ
nõ eſt ſm habitũ ſed ſm actum. ergo aïa chriſti nõ videt ver
bum ſm habitũ ¶ Pte. Quanto aliqd eſt ſimplicius tan
3 to eſt deo ꝓximius. quãto aũt ẽ ꝓximius tãto eſt nobili⁹
cum igit̃ aïa chriſti maxime in hoc nobilitet̃ ꝙ deũ ꝑfecte
videt. videt̃ ꝙ in illa viſione nõ accidat aliqua cõpoſitio.
quod eſſet ſi ꝑ habitũ aliquẽ ſibi cõpoſitũ intelligeret.
4 ¶ Prete. Anima chriſti nobilioꝛ eſt ꝙ̃ angeli. ⁊ maxime
quantũ cõpetit ad viſionẽ verbi. ſed angeli nõ videt ver-
bum ꝑ aliquos habitus. qꝛ vt dt Maximus in cõmen.
ſuꝑ. vij. ca. ce. hierar. Nec ꝯuenit arbitrari magnũ Dyo
niſiũ habitudines in diuinis intellectib⁹ more accidẽtiũ
quẽadmodũ ⁊ in nobis ſunt dixiſſe. ⁊ aliud in alio ſubie
cto. ⁊ a tali quantitatẽ quandã effectũ. accidẽs eñ omne
illic depulſum eſt. ergo nec anima chriſti videt verbũ per ali
5 quẽ habitũ. ¶ Pte. Anima xpi nõ pt cõſiderari niſi vel
vnita verbo vel ſm ſuam naturã. ſed inquantũ vnita eſt
verbo nõ cõpetit ſibi videre verbũ aliquo habitu medi
ante. ſiliter etiam nec ſibi ſm ꝓpriam naturã hoc cõpetit.
Sicut eñ omne totũ eſt maius ſua pte. ita etiã qualibꝫ
parte ſua melius et ꝑfectius. ſed aliqua ps anime vt in-
tellectus agens efficit ſuam oꝑationẽ nullo habitu medi
ante. qð videt̃ ad nobilitatẽ eius ꝑtinere. Et ita multo
fortius aïa xpi tota nõ operat̃ habitu mediãte. ergo nul-
6 lo mõ anima xpi videt verbũ ꝑ aliquẽ habitũ. ¶ Prete.
Sicut dt gloſa. Heb. ij. natura mentis humane qualem
chriſtus aſſumpſit. nihil poſt deũ eſt melius. ſed aliq̃ etiaꝫ
inſenſibiles creature ſine habitu aliquo medio ſuas ope-
ratões ꝓducunt. quod ad nobilitatẽ ipſoꝝ ꝑtinere videt̃
cum in hoc ſint deo ſimiles. ergo multo fortius aïma chri
ſti habet ſuam operationem ſine aliquo habitu. et ſic idẽ
quod prius.

Contra ¶ Sed ꝯtra. Nulla potẽtia paſſiua pt oꝑari niſi ꝑfe-
cta ꝑ operatõem ſui actiui. cũ nihil operet̃ niſi ſm ꝙ eſt
in actu. ſed intellect⁹ poſſibilis quo aïa xpi intelligit erat
potẽtia paſſiua. ergo nõ poterat intelligere niſi ꝑ formaꝫ ſui
actiui hoc eſt intelligibili ꝑfecta. ſed habit⁹ in intellectu
nõ videnẽ aliud eſſe ꝙ̃ ſpẽs intelligibiliũ in ipo. ergo aïa xpi
videbat deũ ⁊ intelligebat alia aliquo medio habitu
¶ Pte. Nõ decuit ꝙ filius dei potentiã aſſumeret intel-
lectiuã niſi ꝑfectã. ꝑficitur aũt potẽtia intellectiua ꝑ ha-
bitũ ſcie. ergo habitualẽ ſciam aſſumpſit

Rñ° ¶ Rñſio dõm ꝙ ad huius q̃ſtionis euidentiã opor-
tet ſcire q̃d ſit habitus. ⁊ ad quid habitib⁹ indigeamus
Quantũ igit̃ in pͥmo aſpectu apparet. habitus ſignifica
re videt̃ aliq̃d potẽtie ſuꝑadditũ. quo ꝑficit̃ ad ſuã opera

Diſtictõ tionẽ. Indiget eñ aliq̃ potẽtia aliquo ſuꝑaddito duplici
rõne. ⁊ ꝓpter cõditõem nature. ⁊ ꝓpter rõem ipſius potẽ-
tie. Nec immerito. cũ actio que a potẽtia ꝓcedit a natura
etiã depẽdeat q̃ eſt potentie origo. Ex pte q̃dem nature
indiget aliq̃ ſuꝑaddito ad oꝑandũ. qñ oꝑatio talis eſt q̃
facultatẽ ⁊ ꝯditõem nature excedit. Sicut ꝯditõeꝫ hũa
ne nature excedit. vt ad deuꝫ q̃ſi ſociali amoꝛe afficiat̃ q̃ſi
hereditatis eius ꝯſoꝛs Vñ ad hãc oꝑatõem indiget nr̃a
affectiua potẽtia habitu charitatis. Ex pte aũt potentie
qñ potẽtia eſt ad talia obiecta oꝛdinata. quoꝝ nullaten⁹
ex ſeipã pt ꝑfectũ actũ habere. Sicut potẽtia viſiua eſt oꝛ
dinata ad cognoſcendũ oẽs coloꝛes. nõ aũt fuit poſſibile
vt eſſent in oꝛgano viſiuo omnes coloꝛes in actu. et ideo
aliter eſt oꝛdinatũ. vt ſcꝫ potentie viſiue poſſit ſuꝑaddi ſi
militudo cuiuſlibet coloꝛis. ⁊ ſic in actũ ꝓgrediatur viſio

nis. ¶ Sciendũ tñ ꝙ illud qð addit̃ potẽtie. qñqꝫ recipit̃ Nota
in ea ꝑ modũ habitus. qñqꝫ ꝑ modũ paſſionis. Per mo-
dum q̃dem paſſionis qñ receptũ non manet in recipien-
te nec efficit̃ eius q̃litas. ſed q̃ſi quodã cõtactu ab aliquo
agente patiẽs immutat̃ ⁊ ſubito trãſit. ſicut phs dt in pre
dicamentis. ruboꝛem paſſionẽ ⁊ non paſſibilẽ qualitatem
quãdo quis ꝓpter verecundiã in ruboꝛẽ ſubito mutat̃.
Tunc vero recipitur per modũ habitus quãdo illud re
ceptum efficit̃ quaſi connaturale recipienti. Et inde eſt ꝙ
habitus dr a pho qualitas difficulter mobilis Inde etiã
eſt ꝙ oꝑationes ex habitu ꝓcedentes delectabiles ſunt.
et in promptu habent̃. ⁊ faciliter exercent̃. ⁊ ſunt quaſi cõ
naturales effecte. Ea igit̃ que ſuꝑaddunt̃ in potẽtijs ſen
ſitiuis nõ ſuꝑaddunt̃ per modũ habitus. ſed ꝑ modum
paſſionis. in potentijs vero intellectiue aïe ꝑ modũ habi
tus. qꝛ ſenſitiua ps agit̃ inſtinctu nature magis ꝙ̃ agit.
intellectiua aũt ps eſt dña actus ſui. ⁊ ideo ꝯpetit ei ha-
bere ꝓmptitudinẽ ad actũ vt poſſit oꝑari cũ libet. Patet
etiã ex p̃dictis ꝙ potentia ꝑfectioꝛ eſt quando recipit ali
quid ꝑ modũ habitus ꝙ̃ ſi recipiat aliquid ꝑ modũ paſ-
ſionis ſolũ. Et ideo illud quod ſuꝑadditũ eſt aïe chriſti
opoꝛtet ibi ponere ꝑ modũ habitus. Ex vtraqꝫ aũt pre-
dictaꝝ rationũ opoꝛtet in aïa chriſti ponere aliquid ſuꝑ-
additũ. Rõne q̃dem nature qꝛ videre diuinã eſſentiam
eſt ſupra cõditiõem cuiuſlibet nature create. Unde nulla
creatura poteſt ad hoc ꝑtingere niſi aliquo lumine eleuet̃
in illã beatã viſioneꝫ. qð quidẽ lumẽ recipit̃ ꝑ modũ paſſi-
onis quaſi ꝑtranſeundo vt in raptis. In chriſto aũt fuit
vt habitus ipſam animã beatificans a pͥncipio ſue crea-
tionis Rõne vero potentie intellectus humane aïe eſt in
potẽtia ad oĩa entia Impoſſibile eſt aũt aliquod ens cre
atum eſſe qð ſit ꝑfecte actus. ⁊ ſimilitudo oĩm entiũ. qꝛ
ſic infinite poſſideret naturã entitatis. vnde ſolus deus ſi
ne aliquo addito ꝑ ſeipſum poteſt oĩa intelligere. Qui
libet aũt intellectus creatus intelligit ꝑ aliquas ſpẽs ſuꝑ
additas vel acq̃ſitas. ſicut in nobis accidit. vl̃ cõmunica
tas vel infuſas. ſicut in angelis. Et quicq̃d angelis com
petit ex cõditione nature. hoc multo excellẽtius aïe chri-
ſti fuit collatũ ex plenitudine gratie. vt omniũ rerum ſpe
cies inditas in ſe haberet a ſui creatione. ſed mediantibus
his ſpeciebꝫ nõ ꝯgnoſcebat verbũ. ſed ſolũmodo res crea
tas. Sic igit̃ dicendũ ꝙ anima chriſti in cognitõe qua ver
bum videbat. indiguit habitu qui eſt lumen. non vt per
quod fieret aliquod intelligibile actu. ſicut eſt in nobis lu
men intellectus agẽtis. ſed vt ꝑ quod eleuaret̃ intellect⁹
creatus in id quod eſt ſupra ſe. quantũ vero ad cognitio
nem aliaꝝ creaturaꝝ habuit habitũ q̃ eſt collectio ſpecie
rum oꝛdinataꝝ ad cognoſcendũ

¶ Ad pͥmũ igit̃ dõꝫ ꝙ aïa xpi videt verbũ ſine medio Ad .j.
qð ſit ſiĩtudo rei viſe. ſicut ſpẽs in oculo ẽ ſiĩtudo viſibil̃
vel ſicut ſpeculũ ẽ ſiĩtudo rei ſpeculate. non aũt videt ſine
medio qð ſit diſpoſitio videntis. ⁊ ſic nõ valet rõ p̃dicta
¶ Ad. ij. dõm ꝙ cũ dr felicitas nõ eſt in habitu. intelligẽ- Ad 2
dũ eſt de habitu a q̃ nõ ꝓcedit actus. q̃ eñ eſt in habitu
et nõ in actu ſiĩs eſt doꝛmiẽti. Opꝫ tet aũt vt actus ille in
quo felicitas ꝯſiſtit ab aliq̃ habitu ꝓgrediat̃ ſm ſentẽtiaꝫ
phi. alʀ̃ oꝑatio nõ eſſet delectabil̃ ⁊ ꝑfecta. ¶ Ad. iij. di- Ad 3
cendũ ꝙ ſm Dyo. v. ca. de di. no. aliter ẽ in ꝑticipatiõib⁹
et in ꝑticipantib⁹. Participatõnes eñ quãto ſunt ſimpli
cioꝛes tanto nobilioꝛes. ſicut eſſe ꝙ̃ viuere et viuere ꝙ̃ in
telligere. vt fiat compatio inter viuere et eſſe. ſeparando
per intellectum eſſe a viuere. In participantibus autem

quāto aliq̄d eſt magis cōpoſitū·nō dico cōpoſitione ma/
teriali ſed ꝑ receptōnē pluriū participationū·tanto eſt no
bilius q2 in tanto in pluribus deo ſimilatur ¶ Et huiuſ/
modi aſſimilatio eſſe nō poteſt niſi per aliqua a deo rece/
pta Unde ⁊ anima q̄ ſuper naturalē naturā hab3 habit⁹
Ad 4 ꝑficientes ea3 nobilioꝛ eſt ¶ Ad quartū dōm ꝙ verbu3
Maximi intelligendū eſt de accidentibus ſeparabilib⁹ ⁊
nō pertinentib⁹ ad naturā ·q2 ſi huiuſmodi accidentia ha
berent ,eſſent mutabiles et non immateriales et ꝑ ſe ſtan
tes eſſencie Unde ſubiūgit ·ſi em̄ hoc eſſet ·nō vtiq3 ma
neret in ſe ipſa horū eſſencia ,et cōcludit·habitudines ea
rū et ꝟtutes ſūt eſſenciales propter immaterialitatem.⁊
appellat eſſenciale id qđ nunquā eſſenciam derelinquit.
Ad 5 ¶ Ad quintū dōm ꝙ vnio in xp̄o nō terminatur ad oꝑa
tionē ſed ad eſſe.⁊ ideo anime inquātū eſt verbo vnita nō
cōpetit vel videre verbū vel aliqua oꝑatio ſed ſolu3 hoc
eſſe ſc3 in ypoſtaſi verbi immediate loquendo·cōueniūt
aūt ei oꝑationes ratione ſuarū potentiarū et ſue nature
q̄uis aūt tota anima perfectioꝛ ſit q̄3 intellectus agens
non tn̄ quelibet alia anime potētia nobilioꝛ eſt intellectu
agēte Unde non opoꝛtet ꝙ ſi intellectus agens non indi
get habitu ꝙ intellectus poſſibilis non indigeat. Q3 em̄
intellectus agens habitu nō indiget ad ſuā oꝑationē · ex
hoc contingit ꝙ intellect⁹ agens ab intelligibilib⁹ nihil
recipit.ſed magis foꝛmam ſuā eis tribuit faciendo ea in
telligibilia actu. Intellectus aūt poſſibilis ecōuerſo ſe h3
Ad 6. ¶ Ad vi.dōm ꝙ potēcie naturales ſunt determinate ad
vnū et ideo ꝑ ſeipſas poſſunt in ſua obiecta ·nec indigēt
aliquo ſuperaddito ad agendū. Potencie autē rationa/
les ad multa ſe habent et hoc ad eorum nobilitatem ſpe/
ctat. et ideo nō eſt ſimile.

# Tercio queritur. vtꝝ

.1. Chriſtus ſcientiam aliam habuit de rebus q̄3
illam qua ꝯgnouit res in verbo ¶ Et videtur ꝙ non.q2
vt dicit̄ prima coꝛ. xiij Cum venerit qđ ꝑfectū eſt eua/
cuabitur ⁊c̄.ſciētia aūt qua nūc res in ſeipſis cognoſcim⁹
ex parte eſt.vt ibidē dicitur.ergo adueniēte ꝑfecta ſciētia
gloꝛie euacuabit̄ ſicut ⁊ ibi videtur expreſſe velle apl's.ſ3
in criſto fuit cognitō gloꝛie ab initio ſue creatiōis qua ſc3
Solō cognouit res in verbo.ergo nō habet aliam ſciētiā de re/
bus ¶ Sed diceres ꝙ ſciētia euacuabit̄ aduenīēte gloꝛia
nō quantū ad eſſentiā ſed quantū ad modū q̄ nūc intelle/
ctus inquirēdo ⁊ ꝯuertēdo ſe ad fantaſmata ſpeculatur.
2 ¶ Sed cōtra.modus ille eſt de eſſentia ſciētie.ablato em̄
eſſentiali nō pōt rei ſubſtātia manere.ergo nō pōt ſcientia
3 remanere ſcđm ſuā ſubſtātiā mō iſto ceſſante ¶ Pre. ſcđm
phm ſcđo ethi. Oēs habit⁹ ex actibus acq̄ſiti reddūt ſi
miles actus actib⁹ illis ex quib⁹ acquiſiti ſunt.ſed ſciētia
quā nūc habem⁹ acq̄ſita ē ex talib⁹ ꝯſideratōib⁹ quib⁹ ad
fantaſmata ꝯuertimur ⁊ ꝓcedimus cōferēdo.ergo nō pt
talis ſcientia niſi actus tales reddere. Fruſtra ergo ma/
4 neret ſciā tali mō ſcie ceſſante ¶ Pre. Impoſſibile ē duas
foꝛmas eiuſdē ſpeciei in vno ⁊ eodē ſubiecto eſſe.ſed ani/
ma xp̄i vidēs res in verbo habet ſimilitudines rerū q̄s
vidit cū nihil videat̄ niſi ꝑ ſuā ſimilitudinē.ergo nō ē poſ
ſibile ꝙ earūdē reꝝ habeat alias ſimilitudines.⁊ ita nō pt
5 eē alia ſciā in xp̄o niſi illa qua cognouit res in ꝟbo ¶ Pre.
Sciētia ponit̄ in anima xp̄i ꝓpter eius ꝑfectōnē.ſ3 anima
xp̄i ex quo vidit res in verbo ⁊ verbū ipm̄ . nō ē ꝑfectioꝛ
ſiue min⁹ ꝑfecta.ſiue habeat aliā ſciētiā ſiue nō.ergo nō ē
in eo ponere aliā ſciētiam Probatō maioꝛ ē ꝑ Auguſtinū
qui dicit in quarto ꝯfeſſionū . Infelix homo q̄ ſcit omnia
illa ſc3 creaturas.te aūt neſcit. beatus autē qui ſcit te. etiā
ſi illa neſciat.qui aūt te ⁊ illa nouit nō ꝓpter illa beatioꝛ ſ3
propter te ſolū beatus
¶ Sed cōtra. Criſtus fuit angelis perfectioꝛ vt pꝛobat Cōtra
apl's hebꝛe.i.ſed angeli preter cognitionē rerū quā habēt
in verbo.habent etiam rerū cognitōnē in pꝛopꝛia natura
vt patet per Auguſti.ſuper geū.ad lit.ergo multo forti⁹
anima chriſti preter ſcientiā rerū quā habet in verbo ſcit
res in ꝓpria natura. ¶ Prete. Nulla naturaliū ꝑfectionū
xp̄o debuit deeſſe.ſed naturalis ꝑfectō anime humane ē
vt cognoſcat res in ſuo genere.ergo talē ſciētiā de rebus
chriſtus habuit Rſo.
¶ Reſpōſio dōm ꝙ ſicut dictū eſt perfectō ſupernatura
liter ꝯueniēs chriſto nō excludit naturalē eius ꝑfectionē
ſicut vita increata nō excludit animam viuificantē . Co/
gnitō autē qua anima chriſti ꝯgnouit verbum ⁊ res in
verbo eſt ſupernaturalis vt dictū eſt.vnde per hoc nō ex
cluditur quin anima xp̄i habeat omnem perfectōnem na/
turalem . Cuiuſlibet autē exiſtētis in potentia perfectō
naturalis eſt vt in actum reducatur . intellectus autem
poſſibilis naturaliter eſt in potēcia ad intelligibilia.vnde
anteq̄3 in actū reducatur eſt imperfectus.ꝑficitur aūt cu3
in actum reducitur vt rerū noticiam habeat Et ideo qui
dam phi attendētes naturalē ꝑfectionem hominis dixe
rūt vltimā felicitatē hominis in hoc ꝯſiſtere ꝙ in anima
hominis deſcribatur oꝛdo totius vniuerſi . Habuit igit̄
chriſtus hanc ꝑfectōnem vt preter ſciētiam diuinitus in
fuſam res in pꝛopꝛia natura ꝯgnoſceret multo foꝛtius q̄3
homo in ſtatu innocentie vel q̄3 angeli ſcđm cognitōnem
naturalem.
¶ Ad primū igitur dōm.ꝙ circa ſciētiam duplex eſt opi Ad .1.
nio. Una ꝙ ſciētia hic acquiſita remanet quātū ad eſſen/ Opinio pª
tiam habit⁹ ſed tollatur modus quo ſciētia hic vtimur et.b.tho.
et ſcđm hanc procedit ratō illa que tacta eſt in obijciendo
tamē opoꝛtet addere ꝙ cum xp̄s eſſet ꝯpꝛehenſoꝛ ⁊ via
toꝛ habuit vtrunq3 modū ꝯſiderādi.vnum quo angelis
confoꝛmatur vt ſine diſcurſu ꝯſideraret Alium per ꝯuer
ſionem ad fantaſmata quod quidem xp̄o pꝛopꝛiū eſt.vt
ſc3 vtrūq3 modum habeat.cui ꝯpetit eſſe cōpꝛehenſoꝛem Opi. 2ª
vt viatoꝛē ſimul ¶ Alia em̄ opinio eſt ꝙ ſecundū eſſentiā
habitus ſciētia hic acquiſita euacuatur Et ſcđm hanc.q̄3/
uis nō credam eſſe eam veram.poteſt reſponderi .ꝙ ani/
ma chriſti nō habet ſciētiam a ſenſibus acquiſitam ſed in
fuſam qualem angeli habēt per ſpecies concreatas.⁊ ta/
lem ſciētiam conſtat etiam in angelis remanere cū viſio/
ne gloꝛie ¶ Ad ſecundū dicēdū ꝙ modus ille ꝯgnoſcēdi Ad 2
nō eſt ſcientie eſſentialis ex parte ſui ſed ex parte ſubiecti
cui ſcđm ſtatū vie talis modus intelligēdi ꝯpetit. Hoc
aūt ꝑ ſe ſolū eſſentiale eſt ſciētie ſcđm ſeipſam.vt ꝑ eā ſci/
bilia ꝯgnoſcant̄.⁊ iō q̄n variat̄ ſtatus ſubiecti variat̄ mo/
dus cognoſcēdi nō tn̄ habitus ſcie. ¶ Ad terciū dōm ꝙ Ad 3.
vn⁹ actus pt dici alteri ſilis dupl'r Uno° quātū ad ſpe/
ciē actus quā trahit a materia circa quā eſt.⁊ ſic habitus
acquiſitus ſꝑ reddit actū ſimilē illi actui a quo generat⁹
eſt.ſicut foꝛtia faciēdo efficitur aliquis foꝛtis ⁊ foꝛtis ef/
fect⁹ foꝛtes act⁹ facit. Alio mō quātū ad modū q̄ ſequit̄
diſpoſitōnē ſubiecti.⁊ ſic nō opoꝛtet act⁹ ꝑdictos eē ſimi
les.cōſtat em̄ ꝙ act⁹ ex q̄b⁹ foꝛtitudo politica acq̄rit̄ ſt3
actus cū triſticia ⁊ ſine delectatōe effecti Act⁹ āt q̄ ſequit̄
habitū effectū faciliores ſunt ⁊ cum delectatiōe.vel ſaltē

ſine triſticia. Jta etiā videmus in ſciētia ꝙ homo ↄſiderā
do aliqua acq̄rit ſciam illoꝝ ⁊ ſciens illa poteſt eadē ↄſi
derare. tamē alio mō ꝗ̄ ante. quia iam nō inquirit. ſꝫ ↄtē
platur quod prius inquiſierat ⁊ ſic etiā nihil ꝓhibet act⁹
Ad 4 qui procedūt ab habitibus in ſtatu glorie habere alium
modū ¶ Ad quartū dōm ꝙ aīa chriſti ⁊ quelibet alia aīa
nō habet ſimilitudines aliquas eoꝝ que cognoſcit in ver
bo ꝗ̄ ipm̄ verbum quātū ad hoc ꝙ in verbo ↄgnoſcere
dicitur. ꝗ̄uis ex hoc ꝙ in verbo videt poſſit ſibi formare
ſimilitudines eorum q̄ videret. ſicut qui videt aliquid in
ſpeculo videt rem ꝑ formā ſpeculi. Dictū aūt eſt de hoc
Ad 5 plenius in queſtione de angelis ¶ Ad quintū dōm ꝙ bea
titudo hominis ↄſiſtit in cognitōne dei nō aūt in cogniti
one creaturarū. vnde non ē aliquis beatior ꝓpter creatura
rū cognitōnē. ſed ſolū ꝓpter cognitiōem dei. nihilominus
tn̄ ipa creaturarū cognitō ad perfectōnem anime natura
lē pertinet vt dictum eſt

# Quarto querit. vtrū

.1. Quia chriſti ſciat i v̄bo oīa ¶ Et videt ꝙ nō Deꝰ
eīm ſcit infinita. vt dicit aug⁹. ſed aīa chriſti nō pt̄ ſcire in
finita cū ſit finita. ergo aīa chriſti non pōt in verbo ↄgno
ſcere oīa q̄ deus ſcit ¶ Sꝫ di. ꝙ aīa xp̄i ex vnione ad v̄bū
Solo. ↄfortat vt poſſit ifinita ſcire ¶ Sꝫ cōtra. Opatio aīe xp̄i
2 eſt ab ea non mediante verbo ſed mediāte ꝓpria potētia
potētia aūt eius nō eſt infinita. cū eſſencia eius ſit finita
ergo nec opatō eius pt̄ ſe extēdere ad ifinita cognoſcēda
3 ꝗ̄uis verbū cui vnitur ſit infinitū ¶ Prete. Jn vnione di
uine ⁊ humane nature vt Damaſ. dicit qđ increatū ē in
creatū manſit. ⁊ quod creatū eſt manſit creatū. ſed cuiuſli
bet creati ⁊ capacitas ⁊ actō eſt finita. ergo ex vnione ver
bi ad animā chriſti non habuit anima chriſti vt cogno
4 ſcere poſſet infinita. ¶ Pre. Verbo. quia infinitū eſt non
ſolū conuenit cognoſcere infinita. ſed etiā comprehēdere
infinitum ſcilicet deum Si ergo ex vnione ad verbum h̄
habuit anima criſti ꝙ poſſit cognoſcere infinita. pari ra
tione ex eadē vnione habuit ꝙ poſſit ↄprehendere deum
5 quod eſt falſum. ¶. Pre. Opatio illa qua anima chriſti
infinita cognoſcit. aut erat creator aut creatura Si crea
tor ⁊ procedebat ab anima chriſti que eſt creatura. ergo
creator a creatura procedit. quod eſt impoſſibile. Si aūt
eſt creatura. omnis autē creatura eſt finita. ergo operatō
illa ē finita. ergo per eam non ↄgnoſcuntur infinita ¶ Sꝫ
Solo diceres ꝙ ꝗ̄uis illa opatio ſit finita habet tamen eſſen
tiam ad infinita ¶ Sed ↄtra. illa relatō que ad infinita re
6 fertur aut eſt creatura aut creator. ⁊ ꝓceditur poſt eodē
modo vt ſupra ¶ Pre. Si anima chriſti ſcit infinita cuꝫ
7 omne quod cognoſcitur per aliquā ſpeciem ↄgnoſcitur.
aut ↄgnoſcit illa ifinita ꝑ ſpeciē finitā aut ifinitā. ſꝫ nō ꝑ
ſpeciem infinitam quia nulla ſpecies creata eſt infinita
Si aūt per finitam. finita vero ſpecies non eſt infinitorū
Jdeo impoſſibile eſt ꝙ anima chriſti infinita cognoſcat
¶ Sed diceres ꝙ ſpecies qua cognoſcit anima chriſti ꝗ̄
Solo uis ſit creatura habet tamē ex vnione ad verbū dei ꝙ ſit
ratō infinitorum cognoſcēdi ¶ Sed contra Vnio verbi
8 non eleuat creaturam vltra terminos creature. quod eīm
creatum eſt nullo modo poteſt fieri increatum. ſed hoc ē
vltra terminos creature ꝙ ſit aliquid infinitorū ratio. ꝗ̄
ad hoc non eleuatur per vnionē aliqua ſpecies creata.
9 ¶ Prete. Jſidorus dicit ꝙ homo aſſumptus non equa
batur verbo nec ſciētia neqꝫ in aliquo alio. ergo nec in nu
mero ſcitorū ergo ⁊c. ¶ Prete. Duas quātitates equa
les ſcōm longitudinē. ꝗ̄uis nō ſcōm latitudinem poſſu 10
mus dicere aliquo modo equales. ſed ſicut dicitur quā
tum eſſe magnū pluribus dimēſionibus. ita ſciētia dicit
eſſe magna diuerſis ratōnibus. tum propter multitudi
nem ſcitorū. Tum propter claritatē cognitōnis Si igit
ſciētia chriſti anime equetur ſciētie diuine in numero ſci
torum. ꝗ̄uis nō in limpiditate vel claritate cognitionis
poterit dici ꝙ ſcientia anime chriſti ſit equalis aliquo mo
do ſciētie diuine. quod videtur abſurdum ꝙ creatura ali
quo modo equetur creatori ¶ Prete. Chriſtus cum no .11.
ſtra natura aſſumpſit naturales defectus qui nō impedi
ebant finem aſſumptionis ſcꝫ noſtram redemptōnē. ſed
neſciētia multarum rerum nunq̄ꝫ impediuiſſet noſtram
redemptōem. vt ſi chriſtus neſciuiſſet quot lapilli ſunt in
fundo alicuius fluuij. ergo nō eſt dicēdum ꝙ chriſtꝰ oīa
ſciuit ¶ Sed diceres ꝙ ꝗ̄uis taliuꝫ cognitō nō iuuet ad Solutio
finē noſtre redemptōis. tamē horum neſcientia impedi
uiſſet xp̄i perfectiōem ¶ Sed cōtra Sicut neſciētia repu
gnat perfectōni anime. ita fames ⁊ ſitis perfectōni cor 12
poris. ſed chriſtus aſſumpſit famem ⁊ ſitim preter hoc ꝙ
nō obuiabant noſtre redemptōni. ergo pari ratōne mul
torum neſciētiam aſſumere debuit ¶ Prete. Ambro. di 13
cit Omnis natura ſuis certis limitibus ↄprehēditur. ſꝫ
nullū tale extenditur ad infinita. ergo anima chriſti non
cognoſcit infinita ¶ Prete. Sicut ſciētia dei ē infinita ex 14
tēſione inquantū infinita cognoſcit. ita intēſione inquan
tum in ifinitū limpide ↄgnoſcit. ſed ſciētia chriſti nō fuit
infinita intēſione quia ſic in limpiditate adequaretur di
uine eſſentie. ergo nō fuit infinita extenſione. ergo nec ſci
uit infinita nec oīa q̄ deus ſcit
¶ Sed cōtra eſt quod dicitur apocalip. quinto ſup illō Cōtra
dignus ē agnus accipere ſciētiam glo. omnem cognitio
nem quā deus nouit. Ergo chriſti anima ſciuit omnia q̄
deus ſcit ¶ Prete. vno infinito cognito. poſſibile eſt infi
nita cognoſcere. quia ⁊ deus ſua eſſentia que eſt infinita
infinita ↄgnoſcit. ſed anima chriſti videt verbum. quod
eſt infinitum ⁊ per verbum videt alia. ergo poteſt ſcire in
finita ¶ Pre. Ad coloſſē. primo dicit ꝙ in xp̄o omnē ple
nitudinē diuinitatis placuit inhabitare. ſed hoc nō eſſet
niſi haberet omnium noticiā que deus nouit. ergo anima
xp̄i ſcit omnia que deus ſcit ¶ Prete. quicquid alicui cre
ature ↄmunicari poteſt anime xp̄i ↄmunicatum eſt. ſed
habere omnē noticiam eſt creature ↄmunicabile. quia ſm
phm intellectus poſſibilis ē in potentia ad omnia intelli
gibilia Ergo aīe xp̄i ↄmunicatū ē vt oīa videret in v̄bo
¶ Reſpōſio dōm ꝙ ad euidētiā huius q̄ſtionis oportet Rꝫo.
intelligere quid eſt dictu aliquid in verbo videre ¶ Sci
endū igitur ꝙ nihil poteſt videri in aliquo niſi illo modo
quo eſt in illo Cōtingit aūt multa eē in vno dupl'r Vnoº Dul. ſꝫ in
diuiſim ⁊ pluraliter. ſicut plures reſplēdēt in ſpeculo vna vno dupl'r.
q̄ꝫ diuiſim. ⁊ ſic plures hoīes ſunt in domo. Alioº vni
formit ⁊ ſimpl'r. ſicut plures effectꝰ ſꝫ v̄tute in cā vl' etiā
ↄcluſiones i ꝑncipio ⁊ mēbra i ſemine. q̄cūqꝫ aūt aliq̄d in
tuet ↄſequēs ē vt illa videat q̄ in illo ſꝫ multipl'r ⁊ diui
ſim eo ꝙ vnūqđqꝫ eorū ita offert ſicut ⁊ illud vnū in quo
cōtinētur. ⁊ pro tanto qui videt ſpeculū videt formas in
eo reſultātes. ſed qui videt aliquod vnū nō oportet ꝙ vi
deat omnia q̄ ſunt in eo. vniformiter ſiue vnite. niſi quā
do totam virtutem illius vnius cōprehendit. ſicut q̄ vi
det aliqđ ꝑncipiū nō oportet ꝙ videat oēs ↄcluſiōes i eo
v̄tute exiſtētes niſi forte illud cōprehēdat. Res aūt create

ſunt in deo non quidem multipliciter ſed vnite. vt dicit
Dyoniſ. vñ cū dicitur res eſſe in deo magis aſſimulatur
illi modo quo effectus ſunt in ſua cauſa et concluſiones
ſunt in ṗncipio. ꝙ̄ modo illo quo forme ſunt in ſpeculo.
Et ideo non oportet ꝙ qui videt verbū ꝙ videat om/
nia que verbū in ſeipſo videt. vt quidā dixerūt aſſeren/
tes exemplū de formis que videntur in ſpeculo viſo. Ip
ſum eñ verbū ſe cōprehendit. vnde omnia que in ipſo
virtute et vnite ſunt cognoſcit ſe videns. Intellect⁹ au
tem creatus qui verbū non cōprehendit non oportet ꝙ
intelligendo verbū omnia videat que in verbo ſunt Sȝ
tamen in hoc anima xp̄i maiori prerogatiua gaudet ꝙ̄ ali/
us intellectus creatus. videt eñ in verbo omnia preſen/
tia preterita ⁊ futura. Cuius ratio ē. quia cum deus ſit
principiū omniū rerū et finis. duplex habitudo ipſi⁹ ad
creaturas inuenitur. vna ſm̄ quā omnia a deo ꝓcedūt in
eſſe. Alia ſcd̄m quā ad eum ordinātur vt in finem. Que
dam vero tantū per viam aſſimilationis vt irrationales
creature. quedā vero tā per viam aſſimilationis ꝙ̄ per
viam cognitionis pertingēdo ad ipſam diuinā eſſentiā.
Cuilibet eñ nature procedēti a deo inditū eſt vt in bonū
tendat per ſuam oꝑationē. In cuiuſlibet eñ boni execu
tione creatura deo aſſimilat̃. ſed creature rationales ſuꝑ
hoc habent vt ſua oꝑatione ad ipſum deū cognoſcendū
et amandū pertingāt. vnde pre ceteris creaturis beatitu
dinis ſunt capaces. In vtraq̄ȝ aūt harū habitudinū in/
uenitur creaturas creator excedere. Quantū ad primū
quidē. q̄r ſuper oīa que de⁹ fecit ad hec poſſit alia diffi
cilia facere. et nouas ſpecies et noua genera ⁊ alios mū
dos. et tamē nunq̄ȝ id qd̄ factum ē facientis virtutē ade
quare poteſt. Quantū vero ad ſcd̄m. quia creatura quā
tumcunq̄ȝ fiat boni ꝑticeps. nunq̄ȝ tamē ꝑtingit ad hoc
ꝙ bonitatem dei adequat. Quantūcunq̄ȝ eñ creatura
rationalis deū cognoſcat ⁊ amet. nunq̄ȝ tamē eum ita ꝑ/
fecte cognoſcit et amat quantū ipſe cognoſcibilis et dili/
gibilis eſt. Sicut autē creature imꝑfecte eſſent. ſi a deo
procederent et in deū non reordinarētur Ita imꝑfectus
eſſet creaturaꝝ a deo exitus. niſi reditio in deum exituȝ
adequaret. Et ideo vnaqueq̄ȝ creatura quantū partici/
pat de eſſe tantum participat de bonitate. vñ et oportet
vt excellentiſſimi intellectus creati deum cognoſcant vt
eorū cognitio adequetur proceſſui creaturarū a deo Pro
cedunt tamen a deo res et per viam nature et per viam — *Diſtīctō bi/membris.*
gratie. Unde intellectus creati qui ſunt in ſummo crea
turarū conſtituti. ſm̄ conditionē nature. omniū natura
lium in deo et ex deo cognitionem accipiunt ſcȝ angeli.
Criſtus vero conſtitutus ſuꝑ omnē creaturā eſt. etiam
quantū ad dona gratie q̄r de plenitudine eius om̄es ac/
cipimus Jo. iij. ideo in deo ipſe accepit oīm eoꝝ ꝯgnitio
nem q̄ a deo ſcd̄m qd̄cunq̄ȝ tēpus ꝓcedūt. nō ſolū ſcd̄m
ordinē nature ſed ſcd̄m ordinē gratie. Scit igit̃ oīa xp̄i
oēs creaturas nō ſolū quantū ad naturales ꝓprietates
qd̄ etiā angeli habēt. ſed etiā ſm̄ ꝙ ſubſtāt diuine ꝓuidē
tie ordinare in finē ſalutis humane ⁊ donoꝝ gratie. ideo
ſcit ſingularia et oēs ſingulares act⁹ oīm et etiā cordis
abſcōdita. qd̄ de nulla alia creatura dicere oportet. ⁊ tñ
q̄r nō ꝑtingit ad ꝯprehēdendā ipſam diuinā infinitatē.
ideo remanet deo facultas adhuc multa alia faciendi ꝙ̄
ea q̄ anima xp̄i cognoſcit.

*Ad. i.* ¶ Ad p̄mū igitur dicendū ꝙ huic rōni ꝯmuniter reſpō
*Opinio* detur ꝙ de⁹ ſcit quedā ſciētia viſionis ſcȝ q̄ ſunt erūt vel
fuerūt. ⁊ hec non ſunt infinita ſuppoſito principio ⁊ fine
mūdi. q̄ quidē deus ſola dicit̃ viſione videre. q̄r viſio eſt
eorū q̄ in ſe ſubſiſtunt extra intellectū videntis. Quedaȝ
vero ſcit ſciā ſimplicis intelligētie. ſicut illa q̄ poteſt face/
re ꝙ̄uis nunq̄ȝ ſint futura. ⁊ hec ſunt infinita. ⁊ dicitur il
la intelligere ea ratione qua intellectus poteſt ſibi forma
re quidditates eorū q̄ extra eū nō exiſtūt Anima igitur
criſti videt in verbo omnia p̄ſentia p̄terita ⁊ futura non
tamē quecunq̄ȝ deus poteſt facere. ⁊ ita non ſequitur ꝙ
ſciat infinita ¶ Sed iſta reſponſio non ſoluit vim ratōis — *Reprobat*
ſuppoſito eñ ꝙ generatio in futurum in infinitū duraret
quod deus facere poſſet. conſtat ꝙ infiniti homines eēnt
futuri ⁊ omnes deus cognoſceret ſciētia viſionis. vnde
ſi anima chriſti ſciret omnia q̄ deus ſcit ſcientia viſionis
ſequeretur ꝙ ſciret infinita ꝙ̄uis nō ſciret omnia que fa
cere poſſit. quia deus preter infinita indiuidua harū ſpe
cierū finitarū poteſt facere infinitas alias ſpecies ⁊ in ſin
gulis ſpeciebus infinita indiuidua. vt patet p̄cipue in ꝓ
porcionibus numerorū Si eñ in vna ꝓportionis ſpecie
accipiantur indiuidua. in infinitū multiplicabūtur. vt pu
ta in ſpecie dupli eſt ꝓportio duorū ad vnū. quattuor ad
duo ſex ad tria. ⁊ ſic in infinitum. Et iterū ſuper ꝓpor/
tionem dupli eſt alia ſpecies triplum ⁊ dimidiū. et qua/
druplū ⁊ dimidiū. ⁊ quintuplū ⁊ ſic in infinitū. ⁊ tñ vna
queq̄ȝ illarū ꝯtinet indiuidua infinita in potentia Unde
ſi ergo generatio futura in infinitū. ſm̄ has ſpecies. que
ſunt modo finite. duraret adhuc plura deus poſſet face/
re. quia poſſet facere nouas ſpēs. ⁊ hoc in infinitū. Et ſic
patet ꝙ non eſt eiuſdem rationis dicere animam criſti co
gnoſcere infinita ⁊ cognoſcere omnia que deus p̄t facere
¶ Prete. Deus cognoſcēdo ſciētia viſionis omnes crea
turas comprehēdit eas ⁊ ſic ſcit quicquid eſt in creature
potētia In potētia creaturarū ē infinitū. ſicut patet in di
uiſione ꝯtinui. ⁊ in appoſitōe numerorū Unde cū anima
criſti etiā creaturas comp̄hendat ſcit infinita que ſunt in
creaturis in potētia. Et p̄terea ſi anime damnatorū ſunt
perpetue. ⁊ in eis cogitatōnes erunt volubiles quarum
nullam ignorat deus. ſcit ergo deus ſciā viſionis infinita
futura. vnde ſi anima criſti ſciat omnia que ſcit deus ſciā
viſionis. oportȝ etiā dicere ꝙ ſciat infinita ¶ Et iō aliter — *Opi. b. tho.*
dōm eſt ꝙ in rebus inuenimus aliqd̄ qd̄ ſimpliciter ē mo
dis omnibus īfinitum ſicut eſt deus. aliquid etiā qd̄ om
nibus modis ē finitū. ſicut res materiales. Aliquid etiā
qd̄ ē quodāmō finitū ⁊ quodāmō infinitū. ſicut q̄libet ſub
ſtātia īmaterialis. ē q̄dē finita inquātū habet eē limitatū
ad ꝓpriam naturā eo ꝙ nulla creata natura quantūcunq̄ȝ
immaterialis ē ſuū eē ſȝ eē participat. eſt tñ infinita ꝑ re/
motionē illius terminatōis ſm̄ quā forma terminatur
ex ipō qd̄ in materia recipit̃. cū omne receptū ſit in reci/
piēte ꝑ modū recipiētis Scd̄m hoc igitur ꝙ res aliqua
eſt infinita. ſm̄ hoc per ſuam actionem ꝯparatur ad infini
tum Illud enim qd̄ eſt infinitum ſm̄ eſſe. propter imma/
terialitatem. vt deus. ⁊ propter eius operatōnem cōpa/
ratur ad infinitum ⁊ ſm̄ materiam ſiue quantitatem et
ſm̄ naturā ſpēi vel gn̄is Vñ de⁹ p̄t cognoſcere īfinita idi
uidua vel infinitas ſpēs q̄r cognoſcit oīa q̄ p̄t facere ⁊ p̄t
in infinitū nouas ſpēs facere. ⁊ p̄ter hoc cū aliq̄d ſcd̄m ħ
agat ſm̄ qd̄ ē actu ſicut eē dei ē infinitū. ita ⁊ ei⁹ actō hȝ
efficatiā infinitā Res aūt naturalis neutromō hȝ ꝯpara
tionē ad infinita. neq̄ȝ ſcȝ ad īfinita ſm̄ quātitatē vl̄ mate
riā. neq̄ȝ ad īfinita ſm̄ ſpēs Sic pȝ ī viſu q̄ ē ꝟt⁹ q̄dā mate
rialis. ⁊ iō nō p̄t quālibet ſpeciē cognoſcere. ſȝ determina
tā ſcȝ colorē. nec p̄t īfinita cognoſcere niſi ꝑ ſucceſſionē eo

ꝙ cū ſit materialis.actō eius materialis eſt.⁊ attingit ad
ea q̄ ſunt infinita ſm quantitatē ꝯtinuam vel diſcretā q̄
eſt infinitas materialis eo mō quo ſunt infinita.ſcꝫ mate
ria.numerādo ptē poſt partem. Et ideo impoſſibile ē ꝙ
vnqꝫ ꝑueniat ad ꝯgnitōnem infinitorū īdiuiduorū Et q̄
intellectus noſter in ſtatu iſto a ſenſu accipit .inde ē etiaꝫ
ꝙ nec etiā infinita hoc mō ipſe cognoſcere poteſt . Sub-
ſtantie vero immateriales q̄ ſunt q̄dammō infinite ⁊ q̄-
dammō finite.q̄ eē finitū habēt.oportꝫ ꝙ earū oꝑatio ⁊
ſit efficatie finite ⁊ ꝯpetur ad naturas infinitas q̄ nullo
modo materiales ſunt.ideo earū oꝑatio ſe extēdit ad in
finita materialiter. vñ etiā intellectus.noſter vt dr̄ cōmē.
in.iij.de aīa.oſtēditur quodāmō infinitꝰ inquantū ꝯgno
ſcit vniuerſale in quo infinita ſingularia cognoſcūtur.ſed
hoc deficit ꝙ ſpecies vniuerſalis quā intellectꝰ apprehen
dit vtputa hoīs non ē ꝑfecta ratō ꝯgnoſcēdi quodlibet
ſingulare in ſua ſingularitate Si aūt eēt tunc intellectus
noſter.dato ꝙ eſſent infiniti homines.cognoſcet infinita
materialiter ꝑ vnam virtutē finitā q̄ eſt natura humana
In infinitis eīn hominibꝫ q̄uis ſit infinitum ſcdm quan
titatē vel materiam.non eſt infinitum ſcdm ſpeciem Qđ
patet ex hoc ꝙ adhuc extra infinitos homines poſſunt
eſſe alie ſpecies.proprium aūt obiectū intellectus ē natu
ra ſpeciei. nō aūt materia Similiter qui ꝯgnoſceret per
animal.animalis naturā.omnes ſpecies animalis in ſua
ſpecialitate.dato etiam ꝙ ſpecies animalis eſſent actu in
finite.adhuc ꝯgnoſceret infinitam ſpeciem.ſed finitā na-
turam.quia preter naturā animalis adhuc ē natura la-
pidis Ita etiam cū anima criſti ꝯgnoſcit verbū quod eſt
ſufficiēs ratō cognoſcēdi omnia indiuidua in ſua ſingula
ritate ⁊ omnes ſpecies in ſua ſpecialitate. nihil prohibet
q̄uis ſint infinita ſcdm eē.quin cognoſcat infinita non ta
Ad.2. men apprehēdet naturam infinitā ¶ Ad ſcdm dōm ꝙ ex
vnione ad verbū anima chriſti nō eleuatur vltra limites
creature Unde nec ſcit infinita.nec habēs virtutem infi-
nitam.nec eius oꝑatō eſt infinita per ſe.q̄uis infinita co-
gnoſcat Cognoſcit eīn illa īfinita finita efficatia.vnde nō
Ad 3. remanet infinita niſi materialiter Et per hoc patet ſolu
Ad 4 tio ad terciū ¶ Ad quartū dōm ꝙ ꝯprehēſio infiniti non
poteſt eſſe niſi per actōnem que ſit efficacie infinite Tūc
eīn deus ꝯprehēditur ab intellectu aliquo.quando intel
lectus habet tantam efficaciam in intelligendo.quantam
habet deus vt intelligatur. Unde non pōt ꝯprehēdi niſi
ab intellectu increato.ſed ꝯgnitō infinitorum non requi
rit efficaciam infinitam in oꝑatōne intellectus. vt ex di-
Ad 5 ctis patet ⁊ ideo ratō non ſequitur ¶ Ad quintum ⁊ ſex
Ad 6 tum patet ſolutō ex dictis ¶ Ad ſeptimū dicēdum ꝙ ani
Ad 7 ma chriſti cognoſcit infinita modo ꝑdicto per ſpeciē in-
creatam id eſt per eſſentiam ipſam diuinam.que quidem
cū infinita ſit nihil prohibet quin ſit infinitorum ratio
Ad 8 Ad octauum patꝫ reſponſio ex dictis ¶ Ad nonum.dicē
Ad 9. dum ꝙ homo aſſumptus non equatur verbo in numero
ſcitorum q̄uis ſciat infinita q̄ adhuc non ſeq̄tur ꝙ ſciat
oīa illa que deus poteſt facere vt ex dictis patet.dato eti
am ꝙ omnino ſciret omnia que ſcit verbum adhuc non
equaret̄ in numero ſcitorū quātū ad modū ſciendi q̄uis
Ad.10 eēt eq̄lis nūerꝰ vtrobiqꝫ ¶ Ad.x.dōm ꝙ q̄ntitati dimē-
ſiue q̄libet dimēſio ꝑ ſe ꝯpetit ⁊ iō ſm quācūqꝫ vnū corpꝰ
alteri eq̄tur.pt̄ dici ei eē eq̄le .ſꝫ quātitas ſcientie que at-
tenditur penes numerum ſcitorum eſt ei quaſi ꝑ accñs
et materialis.et precipue quādo in multis ſcitis vna eſt
ratio ſciendi. Secus eīn eſſet ſi diuerſis rationibus co
gnoſcerētur.ſed illa quātitas que ē ex efficatia cognitio
nis ſciētie ꝑ ſe cōpetit.q̄ talis quātitas attendit̄ ſm exi
tum operationis intellectualis ab intellectuali virtute.
et ideo non eſt ſimile. ¶ Ad vndecimū dicendū ꝙ filius Ad 11.
dei nō aſſumpſit omnes defectus qui ei potuerūt ineſſe
ſine impedimēto humane redemptionis. ſed hoc mani-
feſtum eſt ꝙ illos tantū aſſumpſit quorū aſſumptio ad
redemptionē humani generis cōpetens erat . Et tamē
quecūqꝫ neſcientia eſſet defectus redemptionē impedi-
ens.quia in redemptore per quē gratia et veritas in to
tum humanū genus diffundenda erat req̄rebatur ple-
nitudo gratie et veritatis cui quilibet ſcientie defectus
preiudicare poterat ¶ Ad duodecimū dicendū ꝙ criſtꝰ Ad 12.
per infirmitatē corporis venit infirmitatē anime ſanare
que conſiſtit in defectu gratie et cognitionis. Unde q̄-
uis defectus corporales corporꝪ aſſumpſit . tamen defe
ctus gratie et ſcientie aſſumere non debuit. ¶ Ad.xiij. Ad 13
patet reſponſio ex dictis. ¶ Ad.xiiij.dicendū ꝙ quanti Ad 14
tas extēſionis vt ex dictis patet etiā eſt accidētalis quā
titas.quātitas autē intenſiua eſt ſcientie eſſentialis vt
ex dictis patet. Et ideo non eſt ſimile.

## Quinto querit̄. vtrum

anima criſti ſciat omnia illa q̄ deus poteſt fa- .i.
cere. ¶ Et videtur ꝙ ſic . Quicunqꝫ ſcit maius poteſt
ſcire minus.ſed deus eſt maius q̄ quicqꝫ poteſt facere.
quia quicq̄d poteſt facere creatū eſt.ergo cū aīa criſti co
gnoſcat deum multo magis poteſt cognoſcere q̄cquid
deus poteſt facere. ¶ Sed dice.ꝙ q̄uis deꝰ ſciat maiꝰ Solo.
tamē anima criſti ordinata eſt ad cognitionē dei nō aūt
ad cognitionē omniū que deus poteſt facere ¶ Sed cō 2
tra q̄uis deus in ſe ſit magis cognoſcibilis q̄ creatu-
ra.ipſa tamē creatura ē magis cognoſcibilis quo ad nos
q̄ deus.ſed quicq̄d deus poteſt facere ē creatura . ergo
anima magis nata eſt cognoſcere quicq̄d deus poteſt fa
cere q̄ ipſum deū ¶ Preterea. Anima criſti videt diuinā
virtutem ſicut diuinā eſſentiam.dicitur aūt ꝙ videt eſ- 3
ſentiam totam ſed non totaliter.ergo videt etiā virtutē
totam ſed non totaliter.ſed nō poteſt videri tota virtus
niſi videatur ad quecūqꝫ ſe poteſt extēdere.ergo anima
criſti cognoſcit omnia que deus poteſt facere. ¶ Preterea. 4
Quicq̄d deus poteſt facere poteſt manifeſtare.ſed quic
quid poteſt manifeſtari alicui creature criſto manifeſta-
tum eſt.ergo quicq̄d deus poteſt facere eſt criſto manife
ſtatum. ¶ Preterea. Illud eſt cōmunicabile alicui quod non 5
dicit defectū in cōmunicāte.nec in eo cui cōmunicat̄ .ſed
conferre aīe criſti omnē ſcientiā quā deus poteſt facere.
non dicit aliquē defectū in deo.cū hoc ad maximā libe-
ralitatem ipſius ꝑtinere videatur . Nec etiam in anima
criſti.cū ad maximā eius perfectionē ꝑtineat . ergo hoc
cōmunicabile fuit anime criſti et ita fuit ei cōmunicatū.
¶ Preterea. Si anima criſti neſcit oīa quecūqꝫ poteſt face- 6
re deus.dato ꝙ deus quicq̄d de nouo faceret.aīa xpi ne
ſciret illud.niſi de nouo addiſceret.ſed inconueniēs ē po
nere ꝙ anima xpi aliquid exiſtentiū ignoraret. vel ꝙ ali-
quid de nouo addiſcat.ergo anima xpi ſcit oīa que deꝰ
facere poteſt.
¶ Sed contra. Si anima xpi ſcit q̄cquid deꝰ poteſt face Cōtra
re.omne illud qđ deus poteſt facere ad animā xpi termi
natur . ſed aīa xpi eſt finita . cū ergo deus infinita poſſit
facere ſequeret̄ ꝙ infinitū terminaretur ad finitum.quod

eſt impoſſibile.ergo et primū ſcꝫ ꝙ anima xp̄i poſſit ſci-
2 re quicquid deus poteſt facere. ¶ Prete. Sicut eſſen-
tia diuina eſt infinita ita et diuina virtus. ſed aīa xp̄i nō
poteſt comprehēdere eſſentiā diuinam ratione ſue infi-
nitatis.ergo nec diuinam virtutem.⁊ ſic non poteſt co-
3 gnoſcere quicq̄d deus poteſt facere ¶ Pre. Quāto ali
quid perfectius cognoſcitur ab aliquo.tanto in eo plu-
ra ꝯgnoſcūtur.ſed deus perfectius cognoſcit ſeipſuꝫ q̄ꝫ
anima xp̄i.ergo plura ī eo ꝯgnoſcit q̄ꝫ anima xp̄i in ver-
bo.ſed nihil aliud cognoſcit q̄ꝫ quod eſt vel fuit vel fu-
turū eſt.vel potuit eſſe vel fuiſſe vel futurū eſſe.ergo ani
ma xp̄i non cognouit omnia illa.
¶ Rꝫº ¶ Reſpōſio dicēdū.ꝙ circa illā queſtionē aliq̄ diuer
Opio q̄ ſimode opinati ſunt. Quidam em̄ dicūt ꝙ non ſolū aīa
rūdam. xp̄i ſed etiam q̄libet aīa videt in verbo quicq̄d in eo vi-
Repbaº deri poteſt.hoc eſt.non ſolū ea que ſunt vel erunt vel fue
runt.ſed etiā q̄cūq; deus poteſt facere. Qui quidē in h̄
decepti ſunt quia exiſtimabāt modū videndi res in ver
bo ſimilem modo vidēdi res in ſpeculo materiali.in quo
imagines rerū ſcd̄m ſuā multitudinē et diuerſitatem re-
ſultant. In deo autē rerum rationes ſunt vnite⁊ ſimpli
citer vniformes.vt dicit Dyoniſ. Si aūt eſſent in eo ꝑ
viam multitudinis et diuerſitatis.tūc omne qḋ in eo co
gnoſci poteſt eo viſo cognoſceretur. ⁊ ita ab omnibꝫ vi-
dentibus deū per eſſentiam.oīa videntur que deus pōt
facere cū omnia iſta in deo cognoſci poſſunt. ¶ Sed qꝛ
expreſſe aliqui deū per eſſentiam videtium dicuntur ali
quid neſcire.ſicut patet de angelis quoꝝ vnus ab alio il
Opio.ij. luminatur ſcd̄m Dyoniſ. Inde eſt ꝙ quidam hanc co
gnitionis perfectionem non omnibꝫ deum videntibus.ſꝫ
anime xp̄i ſoli attribuūt vt ſcꝫ ipſa ſola ſciret omnia que
deus poteſt facere. ¶ Sed qꝛ nō videbatur conueniēs
ꝙ opatio infinita creature finite attribueretur. Nec hoc
poſſit eſſe ſine operatione infinita.vt oīa videātur que
Alia opi. deus facere poteſt. Ideo quidam dixerūt ꝙ aīa xp̄i nō
videt actu omnia que deus facere poteſt.videt tamē in
habitu.ita em̄ perfecte verbū cognoſcit vt quicq̄d velit
cognoſcere cōuertendo ſe ad verbū eius ꝯgnitionem in
Repbaº verbo accipiat. q̄uis nō ſemper oīa ſpeculetur ī actu
que in verbo cognoſcere poteſt. ¶ Sed illud non vide
tur eſſe verū quia anima xp̄i et quilibet beatus quantū
ad viſionem beatā qua videt verbū et res in verbo non
patitur ſucceſſionem in intelligēdo. quia ſm̄ Auguſti.
xij.de trinita. In patria non erunt volubiles cogitatio-
nes. vn̄ oporteret ponere ꝙ anima xp̄i oīa que videt
habitu in verbo.actu etiam in eo videat. ⁊ huic conſo-
nat dictum phi.qui vltimā felicitatem vult eſſe non ſm̄
habitū tantū ſed ſm̄ actum. ¶ Prete. Sicut eſt incon-
ueniens ponere vnā opationem creatam extendentē ſe
ad omnia que deus poteſt facere. Ita etiam eſt incōue
Opi.btī niens ponere reſpectu eorundē habitū creatum. ¶ Et
Thome ideo dicendū ſm̄ alios ꝙ aīa xp̄i non cognoſcit omnia q̄
deus facere poteſt Cuius ratio ē.qꝛ in cognoſcēdo duo
ſunt conſiderāda ſcꝫ id qḋ cognoſcitur.⁊ modus ꝯgno
ſcendi. In quoꝝ vno contingit q̄nq; aliquos cōuenire
qui in altero differūt.ſicut cū vnū et idem eſt quod a di
uerſis cognoſcit̄. ab vno tamen minus ⁊ ab altero ma-
gis. Illud aūt qḋ per ſe offertur ad cognoſcendū ptinet
ad illud qḋ cognoſcit̄.quod aūt in alio cognoſcitur per-
tinet ad modū cognoſcēdi eius in quo cognoſcit̄. ſicut
ſi quis cognoſcat aliqḋ principiū et in eo accipiat cogni-
tionem aliquarū cōcluſionū.illaꝝ concluſionū cognitio
dependet ex modo cognoſcēdi principiū. quanto em̄ ali
quis principiū pfectius cognoſcit tanto ꝯcluſiones plu
res in eo intuetur. Sed quantumcunq; tenuiter princi-
pium cognoſcat ſemꝑ ſubſtantia ipſius ꝑncipij remanet
cognita ei. Et ideo eius cognitio non determinat aliquē
modū cognoſcēdi ſicut determinabat ꝯgnitio concluſio
num que in eo cognoſcebātur. Et inde eſt ꝙ eorū quibꝫ
offertur principiū vnū.oēs ipſam ſubſtantiā principij
cognoſcūt non aūt equales numero vel eaſdē concluſio-
nes.ſed in hoc differt ſicut et in modo ꝯgnoſcendi prin
cipiū. Omnes aūt qui deum ꝑ eſſentiā vident dicuntur
totam eſſentiā videre dei.qꝛ nihil eſt eſſentie qḋ ab aliq̄
eoꝝ non ſit viſum cum eſſentia diuina ptem non habeat
non tamē oēs eam totaliter vidēt.ſicut ipſe ſolus ſe to
taliter videt.vt ſcꝫ modus cognitionis adequetur mo-
do rei ꝯgnite.quāta eſt em̄ ꝯgnoſcibilitas diuine eſſen-
tie.tāta ē efficatia diuini intellect9 in cognoſcendo. hoc
aūt non poteſt dici de aliquo intellectu creato.qꝛ nullus
intellectus creatus ptingit ad hoc vt ita perfecte videat
diuinā eſſentiam ſicut ipſa viſibilis eſt.ratione cuius in
tellectus nullus creatus poteſt eam ꝯprehēdere.ſed in-
ter intellectus creatos vnus alio pfectius diuinā eſſenti
am videt. Et ita patet ꝙ ex quo ꝯgnoſcere aliq̄d in ver
bo dependet ex modo cognitionis verbi.ſicut impoſſi-
bile ē ꝙ ptingat ad perfectū modū ꝯgnoſcendi verbum
vt cognoſcibile eſt.ita impoſſibile ē vt aliq̄s intellectus
creatus cognoſcat oīa q̄ in verbo cognoſci poſſunt. et
hec ſunt omnia q̄ deus poteſt facere. Vn̄ impoſſibile eſt
ꝙ aīa xp̄i ſciat oīa illa q̄ deus poteſt facere. ſicut impoſſi
bile eſt ꝙ cōprehendat virtutē diuinā. Tunc em̄ vna-
queq; res ꝯprehendit̄ qn̄ eius diffinitio ſcitur. diffini-
tio em̄ eſt virtus ꝯprehendēs rem.cuiuſlibet aūt virtu-
tis diffinitio ſumitur ex his ad q̄ virtus ſe extendit Vn̄
ſi anima xp̄i ſciret oīa ad que virtus dei ſe extendit.com
prehenderet omnino virtutē dei.qḋ eſt ōnino īpoſſibile Ad .i.
¶ Ad primū igitur dicendū ꝙ quicq̄d poteſt deus
facere minus ē q̄ꝫ ipſe deus.et facilius poſſet ab ipſa ani
ma xp̄i cognoſci ſi aīe xp̄i per ſe offerreretur q̄cquid de9
poteſt facere ſicut ꝑ ſe ei repreſentat̄ ipſe deus. nūc autē
ea q̄ deus poteſt facere vel q̄ fecit nō offerūtur anime xp̄i
in ſeipſis ſed in verbo.⁊ ideo ratio nō ſequitur. ¶ Ad.ij. Ad 2
dicendū ꝙ ſemꝑ illud per qḋ alteꝝ ꝯgnoſcitur. ſe habet
in ratione magis noti.⁊ ideo q̄uis ſm̄ aliquē modū co-
gnoſcendi creatura ſit magis nota quo ad nos q̄ꝫ deus.
tamē in illo modo ꝯgnitionis quo res vidētur in verbo
ipſum verbū eſt magis notū q̄ꝫ res in verbo viſe.vn̄ ra-
tio non ſeq̄tur. ¶ Ad.iij.dicendū. ꝙ virtus dupliciter Ad 3
in verbo ꝯſiderari poteſt. ſcꝫ quantū ad ipſam ſubſtan
tiam virtutis.⁊ ſic anima xp̄i videt totam diuinā virtu
tem ſicut et totam eſſentiā. Vel quantū ad ea ad que
extendūt virtutes ſe.ex quibꝫ etiam quātitas virtutis
conſideratur.⁊ ſic nō videt totā virtutem quia ſic eſt cō
prehendere virtutem vt dictū eſt. ¶ Ad quartū dicēdū Ad 4
ꝙ ſicut non poteſt eſſe ꝙ ſit factum q̄cquid deus poteſt
facere.qꝛ ſic deus feciſſet tot ꝙ non poſſet plura. ⁊ ſic ei9
potentia eſſet limitata ad creaturas actu exiſtentes. ita
nō poteſt poni ꝙ alicui creature ſit manifeſtatū q̄cquid Ad 5
deus poteſt manifeſtare. ¶ Ad quintū dicendū.ꝙ pone
re animā xp̄i ꝯgnoſcere omnia q̄ deus poteſt facere im-
portat defectū ex pte ipſius dei ſcꝫ ipſuꝫ deū cōprehēdi
ab ipſa anima xp̄i.qḋ derogat infinitati eius. ¶ Ad ſex Ad 6
tum dicendū.ꝙ hoc modo oportet ad hanc queſtionem

reſpondere ſicut ad argumenta de p̄deſtinatione. q̄uis
eñ poſſibile ſit eũ q̄ eſt predeſtinatus dãnari q̄ꝫ cito tñ
ponitur eſſe dãnatus. ſimul ponitur cũ hoc nõ fuiſſe pre
deſtinat⁹. qꝛ illa duo nõ poſſunt ſimul ſtare ꝙ ſit p̄deſtia
tus ⁊ dãnetur. Similiter dico ꝙ cũ anima xp̄i ſciat oĩa q̄
deus p̄uidet ſe facturꝫ. ſimul cũ hoc ꝙ ponitur aliq̄d ali
ud deũ facere. ponitur illud deũ preuidiſſe ſe facturum ⁊
animã xp̄i illud ſcire. ⁊ ſic nõ eſt neceſſariũ ꝙ ponamus
in aĩa xp̄i alicui⁹ rei ignorantiã. vel ꝙ addiſcat de nouo.

## Sexto queritur. vtrũ

cognitione illa qua aĩa xp̄i ſcit res in ꝓpria natu
1. ra ſciat omĩa. Et videtur ꝙ ſic. Capacitas eñ aĩe nõ de
terminatur ad certũ numerũ ſcibiliũ. Si igiť capacitas
anime xp̄i per ſcientiã rerũ in ꝓprio genere ſufficiẽter im/
pleta ẽ. oportet ponere ꝙ ſcd̃m hanc ſcientiam omnia co
2 gnoſcat. ¶ Pre. Omĩe illud quod ẽ in potẽtia eſt imꝑfe/
ctum anteq̄ꝫ ad actũ reducať. ſed intellect⁹ poſſibilis q̄
anime xp̄i nõ defuit eſt quo eſt oĩa fieri vt diciť in .iij. de
aĩa. ergo cũ intellect⁹ xp̄i nõ fuerit imꝑfectus videtur ꝙ
3 omniũ intelligibiliũ noticiã habuit. ¶ Pre. Nunq̄ꝫ pti
net ad ꝑfectionẽ ſciẽtie nõ poſſe proficere in ſcientia niſi
ſcd̃m ſcientiã oĩa cognoſcãtur. ſed aĩa xp̄i quantũ ad ha/
bitũ ſciẽtie ꝓficere non potuit ſicut cõmuniter diciť. ḡ
ſm ſciẽtiã qua ↄgnoſcit res in ꝓprio genere oĩa ↄgnouit

Contra ¶ Sed contra. anima xp̄i res in propria natura co/
gnouit per habitũ ſciẽtie creatũ. ſed habitus ſciẽtie crea
tus non poteſt eſſe ſimilitudo omniũ. ergo aĩa xp̄i non
Rño potuit omĩa cognoſcere ſm illũ modũ ſcientie.

¶ Reſpõſio dicendũ. ꝙ illa ſciẽtia rerũ in ꝓprio gene
re ideo ponitur in aĩa xp̄i. vt ex dictis patet. vt nulla na
turaliũ ꝑfectionũ ei deeſſe inueniatur. ⁊ ideo tantũ ꝑ hãc
ſcientiam ſciuit quantũ naturalis anime cognitio ſe ex/
tendere poteſt. non ſolum in hac vita. ſed etiam poſt mor
tem. eo ꝙ xp̄s fuit ſimul ſcd̃m animã viator ⁊ compre/
henſor. Sed quedã ſunt ad que naturalis cognitio nul
lo modo extendere ſe poteſt. ſicut eſt ipſa diuina eſſentia.
futura ↄtingentia. cogitationes cordiũ. ⁊ alia huiuſmo/
di. Et hoꝝ anima xp̄i nõ habuit ſcientiã ꝑ modũ illum.
ſed quia cognouit ea in verbo. non aũt ↄgnitione ꝓphe/
tie. quia ꝓphetia eſt quedã participatio imꝑfecta illi⁹ vi
ſionis qua videtur res in verbo. q̄ cũ in xp̄o perfecta fu
it imꝑfectio ꝓphetie in xp̄o locum nõ habuit. Patet igiť
ꝙ xp̄s hanc ſcientiam habuit pleniorem q̄ꝫ adam. quia
adam per hanc ſcientiã non cognoſcebat ſubſtãtias ſepa
ratas creatas. aĩa vero xp̄i cognoſcebat. Ad hoc eñ ſe
extendit naturalis cognitio anime ſeꝑate. non aũt con/
Ad .i. iuncte corpori corruptibili.

¶ Ad primũ dicendũ. ꝙ capacitas humane anime ſe
extendit ad determinatũ genus cognoſcibiliũ. non autẽ
Ad 2 ad determinatũ numerũ in illo genere. ¶ Ad .ij. dicen/
dum. ꝙ intellectus poſſibilis eſt in potẽtia ad oĩa intelli
gibilia recipiẽda q̄ poſſunt fieri ꝑ intellectũ agentẽ. de q̄
et ph̄s dicit. ꝙ intellectus agens eſt quo anima eſt om/
nia facere. Hec autem ſunt q̄ a fantaſmatibꝫ abſtrahunť
et in quorũ cognitionem poſſumus per principia natu/
raliter cognita. et ideo tantum ad hec intellectus poſſi/
bilis eſt in potentia naturali. Horũ autem omniũ ſcd̃m
hanc ſcientiam. noticiam xp̄s habuit. vnde in eius intel
Ad 3 lectu nulla imꝑfectio fuit. ¶ Ad tertium dicendũ. ꝙ ꝓ
tanto etiam xp̄s in hac ſcientia quantũ ad habitum pro

ficere nõ potuit. quia talis ſm rationem generis ad plu
ra ſe extendere nõ poteſt q̄ꝫ xp̄s per eam ſciret. Dicitur
autem in euangelio ſapientia profeciſſe quantũ ad expe/
rientiam eorum que habitu ſciebat.

¶ Materia. xxi. de bono.

## Queſtio. xxi. de bono.

⁊ habet ſex queſtiões. Prima. vtrũ bonũ
addat aliq̄d ſupra ens. Secũda. vtrũ ens ⁊
bonũ conuertatur ſm ſuppoſita. Tertia. vtrũ bonũ ſm
rationem ſit prius q̄ꝫ verũ. Quarta. vtrũ omnia ſint bo/
na bonitate prima. Quinta. vtrũ bonũ creatum ſit bo/
num per ſuam eſſentiam. Sexta. vtrũ bonũ creature ſit
in modo ſpetie et ordine vt dicit Auguſtinus.

## Queſtio eſt de bono.

Et primo queritur. vtrũ bonum
addat aliquid ſupra ens. Et videtur .1.
ꝙ ſic. Vnũq̄dq̄ꝫ eñ eſt ens ꝑ ſuã eſ/
ſentiam. creatura non ẽ bona ꝑ eſſen
tiam ſed ꝑ participationẽ. ḡ bonũ ali
quid addit aliud ſm rẽ ſuꝑ ens ¶ Pre. Cũ bonũ in ſua 2
ratione includat ens. et tamen bonũ ſm ſuam rationem
diſtinguitur ab ente. oportet ꝙ ratio boni addat ſupra
rationem entis. ſed nõ poteſt dici ꝙ addit ſuper ens ali
quã negationem ſicut vnum. q̄d addat ſuꝑ ens indiui/
ſionem. quia tota ratio boni in poſitione conſiſtit. aliq̄d
ergo poſitiue addit bonũ ſuper ens. et ita videtur ꝙ ali/
quid realiter addat ¶ Sꝫ dice. ꝙ addit reſpectũ ad finẽ
¶ Sed contra. ſm hoc eñ bonum nihil aliud eſſet q̄ꝫ
ens relatum. ſed ens relatum concernit determinatum
genus entis q̄d eſt ad aliquid. ergo bonum eſt in aliquo
vno predicamento determinato. q̄d eſt contra ph̄m in
primo ethycorũ. vbi ponit bonum in omnibus generibꝫ
¶ Prete. Vt poteſt accipi ex dictis Dyoniſ. iiij. capitu. 4
de diuinis nominibus. bonum eſt diffuſiuum ſui eſſe. er
go per hoc eſt aliquod bonum q̄d eſt diffuſiuum ſui. ſed
diffundere importat actionem quãdam. actio autem ab
eſſentia procedit mediante virtute. ergo aliquid dicitur
eſſe bonum ratione virtutis addite ad eſſentiaꝫ. ⁊ ſic bo
num aliquid ponit realiter ſuper ens. ¶ Prete. Quan 5
to magis receditur ab vno primo ſimplici. tanto maior
in rebus differentia inuenitur. ſed ens ⁊ bonum in deo
ſunt vnum re et diſtinguũtur ratione. ergo in creaturis
diſtinguũtur plus q̄ꝫ ratione et ita diſtinguũtur re. cum
ſupra diſtinctionem rationis nõ ſit alia diſtinctio niſi rei
diſtinctio. ¶ Prete. Accidentalia realiter addunt ſupra 6
eſſentiam rei. ſed bonitas rei eſt creature accidẽtalis. ali/
as nõ poſſet bonitatem amittere. ergo bonum addit ali
quid ſupra ens ¶ Prete. Omne illud quod dicitur per 7
informationem alicuius addit aliquid realiter ſuper il/
lud. eo ꝙ nihil informatur ſeipſo. ſed bonum dicitur per
informationem. vt dicit Commenta. libri de cauſis. er/
go bonum addit aliquid ſupra ens. Sed diceres. ꝙ 8
bonum determinat ens ſcd̃m rationem. ¶ Sed contra
aut illi rationi reſpondet aliquid in re. aut nihil. Si ni/
hil ſequitur ꝙ ratio illa ſit caſſa et vana. Si autem ali/
quid reſpondet in re. habetur propoſitum ꝙ bonũ rea/
liter addat aliquid ſupra ens. ¶ Prete. Relatio ſpecifi 9

tatur ſcd̄m illud ad quod dicitur. ſed bonum dicitur ad determinatū genus. ſcʒ ad finem. ergo bonum dicit ſpe‐cificatiuam relationem. ſed omne ens ſpecificatum ad‐
10 dit aliquid ſupra ens cõmune. ergo ⁊c̄. ¶ Preterea. Sicut bonum et ens cõuertūtur. ita homo ⁊ riſibile. ſed riſibi‐le q̄uis cõuertatur cum homine. addit tamen ſupra hominem realiter ſcʒ ipſam hominis ꝓprietatem que ē de genere accidētium. ergo et bonum realiter addit aliq̄d ſuper ens.

Inſtātie ¶ Sed contra eſt quod Auguſti. dicit. ꝙ inquātum
1. deus eſt bonus. ſumus. inquantū ſumus. boni ſumus. ergo videtur ꝙ bonum non addit aliquid ſuper ens.
2 ¶ Preterea. Quecū̄ꝗ ita ſe habent ꝙ vnū addat ſuper al‐terum re vel ratione. vnum eoꝝ poteſt intelligi ſine altero. ſed ens non poteſt intelligi ſine bono. ergo bonū non addit ſuper ens nec re nec ratione. Probatio medie. Plus poteſt deus facere q̄ homo intelligere. ſed nō poteſt deus facere ꝙ ſit aliquod ens qđ non ſit bonū. quia hoc ipſo ꝙ eſt a bono bonū eſt. quod patet ꝑ Boe. in li‐bro de ebdo. ergo nec intellectus intelligere hoc poteſt

Rſo. ¶ Reſpōſio dicendū. ꝙ tripliciter poteſt aliquid addere ſuper alterū. Uno modo ꝙ addat aliquā rem que ſit extra eſſentiam illius rei cui dicitur addi. ſicut album addit aliquid ſupra corpus. quia eſſe albedinis ē preter eſſentiam corporis. Alio modo dicitur aliquid addere ſuper alterū per modum cõtrahendi et determinādi. ſicut homo addit aliquid ſuper animal. non q̄dem ita ꝙ ſit in homine aliqua res que ſit penitus extra eſſentiam ani‐malis. alias opoꝛteret dicere ꝙ non totū qđ eſt homo ē animal. Licet animal eſſet pars hominis ſi animal ꝑ hominem ↄtrahitur. quia illud qđ determinate et actuali‐ter cõtinetur in ratione hominis implicite et quaſi potē‐tialiter cõtinetur in ratione animalis. ſicut de ratione hominis eſt ꝙ habeat animā rationalem. De ratione ani‐malis eſt ꝙ habeat animam. non determinādo ad rationalem vel irrationalem. iſta tamen determinatio ratione cuius homo ſuper animal addere dicitur in aliqua re fundatur. ¶ Tertio modo dicitur aliquid addere ſuper al‐terum ſcd̄m rationē tantū. quādo ſcilicet aliquid ē de ratione vnius quod nō eſt de ratione alterius. quod tamē nihil eſt in rerū natura. ſed in ratione tātū. ſiue per illud cõtrahatur illud cui dicitur addi ſiue non ¶ Cecum em̄ aliquid addit ſuper hominē ſcʒ cecitatem que non eſt aliquod ens in natura. ſed rationis tantū ſcd̄m ꝙ ens ē cõ‐prehendens priuationes. et tamen per hoc homo con‐trahitur. non em̄ omnis homo cecus eſt. ſed non ſemꝑ vt cum dicimus talpam cecam nō fit per hoc additum aliqua contractio. Non aūt poteſt eſſe ꝙ ſupra ens vni‐uerſale bonū aliquid addat primo modo. q̄uis ſcđo modo poſſit fieri additio aliqua ſuper aliquod ens ꝑticulare. Nulla em̄ res nature eſt que ſit extra entis eſſentiaʒ vniuerſalis. q̄uis aliqua res ſit extra eſſentiam hui' entis. Scđo modo inueniūtur aliqua addere ſupra ens. quia ens cõtrahitur per decem genera quoꝝ vnumqđ q̄ addit aliquid ſupra ens. non quidē aliquod accidens vel differētiam que eſt extra eſſentiam entis. ſed deter‐minatum modū eſſendi qui fundatur in ipſa exiſtentia vel eſſentia rei. Sic autem bonum non addit aliquid ſupra ens. cū bonum diuidatur equaliter in decem gene‐ra ſicut ens. vt patet in primo ethycoꝝ. Et ideo opoꝛtet vel ꝙ nihil addat ſupra ens. vel addat aliquid quod ſit in ratione tantum. Si em̄ aliquid reale adderetur opoꝛteret ꝙ per rationem boni cõtraheretur ens ad aliquod ſpeciale genus. Cum aūt ens ſit illud quod cadit primo in conceptione mentis. vt dicit Auicen. opoꝛtet ꝙ omne aliud nomen vel ſit ſynonimū enti. quod de bono dici nō poteſt cum non nugatoꝛie dicatur ens bonum. Uel addit aliquid ad minus ſm̄ rationem. et ſic opoꝛtet ꝙ bo‐num ex quo non contrahit ens addat aliquid ſuper ens quod ſit rationis tātum. ¶ Id autem quod ē rationis Diſtinctio
tātū poteſt eſſe dupliciter. ſcilicet negatio vel aliqua re‐latio. Omnis em̄ poſitio abſoluta aliquid in rerum na‐tura exiſtens ſignificat. Sic ergo ſuper ens qđ eſt prima cõceptio intellect' vnū addit illud qđ eſt rōnis tm̄ ſcʒ negationeʒ tm̄. dicitur em̄ vnū quod ē ens indiuiſum. Sʒ verū et bonum poſitiue dicūtur. vnde non poſſunt addere niſi relationem que ſit rationis tantū. Illa em̄ relatio ſcd̄m ph̄m in quinto Metaphyſ. dicitur eſſe rationis tā‐tum. ſcd̄m quam dicitur referri illud quod non depen‐det ab alio ad quod refertur. ſed ecõuerſo eſt illa relatio quedam dependentia. ſicut patet in ſcientia ⁊ ſcibili. ſenſu et ſenſibili. ſciētia em̄ dependet a ſcibili. ſed non econ‐uerſo. Unde relatio qua ſcientia refertur ad ſcibile ē realis. relatio vero qua ſcibile ad ſcientiam refertur eſt rationis tātum. Dicitur em̄ ſcibile relatiuū ſm̄ ph̄m. nō q̄a ipſum referatur. ſed quia aliquid refertur ad ipſum. Et ita eſt in omnibus alijs que ſe habent vt menſura ⁊ men‐ſuratum. vel perfectiuū et perfectibile. Opoꝛtet igitur ꝙ verum et bonū ſuper intellectum entis addant reſpectū perfectiui. In quolibet em̄ ente eſt duo cõſiderare. ſcilicet ipſam rationem ſpeciei et eſſe ipſum quo aliquid ſubſi‐ſtit in ſpecie illa. Et ſic aliquod ens poteſt eſſe perfectiuū dupliciter. vno modo ſcd̄m rationem ſpeciei tantum. ⁊ ſic ab ente ꝑficitur intellectus qui percipit rationē entis non tamen eſt ens in eo ſcd̄m eſſe naturale. et ideo hunc modum perficiendi addit verum ſuper ens. verum em̄ eſt in mente. vt dicit ph̄s in ſexto metaphyſ. ꝙ vnumqđ q̄ ens in tātum dicitur verum inquantū confoꝛmatum eſt vel confoꝛmabile intellectui. et ideo omnes recte dif‐finientes verum ponunt in eius diffinitione intellectum. Alio modo ens eſt perfectiuū alterius. non ſolum ſcd̄m rationem ſpeciei. ſed etiam ſcd̄m eſſe quod habet in rerū natura. Et per hunc modum eſt perfectiuū bonum. bo‐num em̄ eſt in rebus vt dicit ph̄s ſexto metaphyſ. In‐quantum em̄ vnum ens eſt ſcd̄m eſſe ſuum perfectiuum alterius. et ↄſummatiuū habet rationem finis reſpectu illius qui ab eo perficitur. Et inde eſt ꝙ omnes recte dif‐finientes bonum. ponunt in ratione eius aliquid quod pertinet ad habitudinem finis. vnde ph̄s dicit in p̄mo ethycoꝛum. ꝙ bonum optime diffinierunt dicentes ꝙ bonum eſt qđ omnia appetunt. Sic ergo primo et prin‐cipaliter dicitur bonum ens perfectiuū alterius per modum finis. ſed ſcđario dicitur aliquid bonum quod ē ductiuum in finem prout vtile dicitur bonum. vel quod natum eſt conſequi finem. ſicut et ſanum dicitur non ſoluʒ habens ſanitatem. ſed perficiens et conſeruās et ſigni‐ficans.

¶ Ad primū igitur dicēdum. ꝙ cum ens dicatur abſolu‐ Ad 1.
te. bonum vero ſuperaddat habitudinem cauſe finalis ipſa eſſentia rei abſolute conſiderata ſufficit ad hoc ꝙ ꝑ eam aliquid dicatur ens. non autem ad hoc vt per eam aliquid dicatur bonum. Sicut em̄ in alijs generib' cauſarum habitudo ſecunde cauſe dependet ab habitudine prime cauſe. prime vero cauſe habitudo non dependet

ex aliquo alio. ita etiam ē in cauſis finalib9. quia ſecundi
fines participant habitudinē cauſe finalis ex ordine ad
vltimū finem. Ipſe autem vltimus finis habet hanc ha-
bitudinem ex ſeipſo. ⁊ inde eſt ꝙ eſſentia dei que eſt vl-
timus finis rerum ſufficit ad hoc ꝙ per eam dicatur de-
us bonus. ſed eſſentia creature poſita nō dicitur res bo-
na niſi ex habitudine ad deum ex quo habet habitudinē
cauſe finalis. Et pro tāto dicitur ꝙ creatura non eſt bo-
na per eſſentiam. ſed per participationem. vno modo ſci-
licet inquantum ipſa eſſentia ſcđm rationem intelligen-
di conſideratur vt quid aliud ꝗ̃ habitudo ad deum a
quo habet rationem cauſe finalis ⁊ ad quem ordinatur
vt ad finem. Sed ſcđm alium modum creatura poteſt
dici per eſſentiam bona inquātum eſſentia creature non
inuenitur ſine habitudine ad dei bonitatem. Et hoc in-
Ad 2 tendit Boecius in libro de ebdo. ¶ Ad ſecūdum dicē-
dum. ꝙ non ſolum negatio dicit id qđ eſt rationis tan-
Ad 3 tum. ſed etiam quedam relatio vt dictum eſt. ¶ Ad ter-
tium dicendum. ꝙ omnis relatio realis eſt in genere de-
terminato. ſed relationes nō reales poſſunt circuire om-
ne ens. ¶ Ad quartum dicendum. ꝙ diffundere licet
Ad 4 ſcđm proprietatem vocabuli videatur importare opera-
tionem cauſe efficientis. tamen largo modo poteſt im-
portare habitudinem cuiuſcunqꝫ cauſe ſicut influere ⁊ fa-
cere et alia huiuſmodi. Cum autem dicitur ꝙ bonū eſt
diffuſiuum ſcđm ſui rationem. non eſt intelligenda diffu-
ſio ſcđm ꝙ importat operationem cauſe efficientis. ſed
ſcđm ꝙ importat habitudinem cauſe finalis. et talis dif-
fuſio non eſt mediante aliqua virtute ſuperaddita. Di-
citur autem bonum diffuſiuū ſm genus cauſe finalis et
non cauſe efficientis. Tum quia efficiens inquantum
huiuſmodi non ē rei menſura ⁊ perfectio. ſed magis ini-
tium. tum quia effectus participat cauſam efficientem
ſm aſſimilationem forme tātum. ſed finem conſequitur
res ſm eſſe totum ſuum. ⁊ in hoc conſiſtit tota ratio bo-
ni. ¶ Ad quintū dicendū. ꝙ dupliciter aliqua poſſunt
Ad 5 eſſe vnum in deo ſcđm rem. vno modo ex parte eius in
quo ſunt tantum. ⁊ non ex propria ratione. ſicut ſcientia
et potentia. non eñ ſcientia ex hoc ꝙ ſcientia. eſt idē qđ
potētia ſcđm rem. ſed ex hoc ꝙ eſt diuina. et que ſic ſunt
vnum re in deo. in creaturis inueniūtur differre ſcđm rē
Alio modo ex ipſa ratione eoꝝ que dicūtur eſſe vnum
realiter in deo. et ſic bonum et ens ſunt vnum in deo rea-
liter. quia de ratione boni eſt ꝙ non differat ſcđm rē ab
ente. ⁊ ideo vbicunqꝫ inuenitur bonum et ens ſunt idē
Ad 6 ſcđm rem. ¶ Ad ſextum dicēdum. ꝙ ſicut ens quoddā
eſt eſſentiale et quoddam accidētale. ita quoddā eſt bo-
num eſſentiale ⁊ bonum quoddā accidentale. Et ideo
eodem modo amittit aliquid bonitatem ſicut eſſe ſub-
Ad 7 ſtantiale vel accidentale. ¶ Ad ſeptimū dicēdum. ꝙ ex
habitudine predicta cōtingit ꝙ bonum ſm rationem di-
Ad 8 catur ens determinatiue vel informatiue. ¶ Ad octa-
uū dicendum. ꝙ iſti rationi aliquid reſpondet in re. ſcili-
cet realis dependentia eius quod eſt ad finem ipſum. ſi-
Ad 9 cut eſt in alijs rationis relationibus. ¶ Ad nonum di-
cendum. ꝙ ꝗ̄uis bonum dicat aliquā ſpecialem habitu-
dinem ſcilicet finis. tamen illa habitudo competit cuili-
bet enti. nec ponit aliquid ſcđm rem in ente. vnde ratio
Ad 10 non ſequitur. ¶ Ad decimū dicēdum. ꝙ riſibile ꝗ̄uis
conuertatur cum homine. tamen addit aliquā naturam
extraneam ſuper hominē que eſt preter eſſentiam homi-
nis. ſic autem nihil poteſt addi ſuper ens vt dictum eſt.

¶ Primū vero quod in contrariū obijcitur concedi- Solones
mus. quia bonum ſcđm ꝙ bonum nō addit aliquid ſm instātiaꝝ
rem ſupra ens. ¶ Scđm vero probat. ꝙ nec etiam ſcđm Ad .i.
rationem. Ideo ad ſcđm dicendū. ꝙ dupliciter poteſt in- Ad 2
telligi aliquid ſine altero. vno modo per modum enun-
ciandi dum ſcilicet intelligitur vnum eſſe ſine altero. ⁊ h̄
modo quicquid intellectus poteſt intelligere ſine altero
deus poteſt facere. Sic autem ens non poteſt intelligi ſi-
ne bono vt ſcilicet intellectus intelligat aliquid eſſe ens
et non bonum. Alio modo poteſt intelligi aliquid ſine al-
tero per modum diffiniendi. vt ſcilicet intelligatur vnū
nō cointellecto altero. ſicut ſi animal intelligatur ſine ho-
mine et omnibus alijs ſpeciebus. ⁊ ſic ens poteſt intelli-
gi ſine bono. Nec tamē ſequitur ꝙ de9 poſſet facere ens
ſine bono. quia hoc ipſum quod eſt facere eſt producere
aliquid in eſſe.

## Secūdo querit. vtrū

ens et bonum cōuertātur ſcđm ſuppoſita. Et .i.
videtur ꝙ non. Oppoſita eñ nata ſunt fieri circa idem.
bonum autem ⁊ malū ſunt oppoſita. cum ergo malū nō
ſit natum in omnibus eſſe. quia vt dicit Auicen. ꝙ vltra
orbem lune non eſt malum. videtur ꝙ nec bonū in omni-
bus entibus inueniatur. ⁊ ita bonum cum ente non con-
uertitur. ¶ Prete. Quecūqꝫ ita ſe habent ꝙ vnum ali- 2
quid ad plura ſe extendit ꝗ̃ aliud. non ſunt conuertibi-
lia ad inuicem. ſed ſicut in. iiij. capitu. de di. no. Commē.
dicit Maximus. aliqđ bonum ad plura ſe extendit ꝗ̃
ens. extendit eñ ſe ad non entia que per bonum vocan-
tur in eſſe. ergo bonum et eſſe non ſunt conuertibilia.
¶ Prete. Sicut dicit Algazel. bonum eſt perfectio cu9 3
apprehenſio eſt delectabilis. ſed non omne ens habet per-
fectionem. materia eñ prima non habet ꝑfectionem ali-
quā. ergo nec omne ens bonum eſt. ¶ Prete. In mathe- 4.
maticis eſt ens non autem ibi eſt bonum. vt patet per
phm in tertio metaphyſice. ergo bonū et ens non con-
uertūtur. ¶ Prete. In libro de cauſis dicitur. ꝙ prima 5
rerum creataꝝ eſt eſſe. ſed ſcđm phm in predicamen. pri-
us eſt a quo non cōuertitur conſequētia ſubſiſtendi. er-
go ab ente non cōuertitur cōſequentia ad bonum. ⁊ ita
ens et bonū non conuertūtur. ¶ Prete. Diuiſum non 6
cōuertitur cum aliquo diuidētium. ſicut animal cum ra-
tionali. ſed ens diuiditur per bonū ⁊ malum cum multa
entia mala dicantur. ergo bonum ⁊ ens non conuertun-
tur. ¶ Prete. Priuatio ſm phm in decimo metaphyſ. 7
dicitur ens quodāmodo. ſed nullo modo poteſt dici bo-
num. alias malum cuius ratio in priuatione boni ꝯſiſtit
eſſet bonum. ergo bonū ⁊ ens non conuertūtur. ¶ Pre. 8
Scđm Boe. in libro de ebdo. propter hoc omnia dicun-
tur eſſe bona. quia ſunt a bono quod eſt deus. ſed boni-
tas dei eſt ipſa ſapientia ſua et ſua iuſtitia. ergo eadem ra-
tione omnia que ſunt a deo eſſent ſapientia ⁊ iuſtitia. qđ
eſt falſum. ergo ⁊ primū ſcꝫ ꝙ omnia ſunt bona.
¶ Sed contra. Nihil tendit niſi in ſuum ſimile. ſed Contra
omne ens tendit in bonum vt Boe. dicit in libro de eb-
do. ergo omne ens eſt bonum. nec poteſt aliquod eē bo-
num niſi aliquo modo ſit. ergo bonum ⁊ ens conuertun-
tur. ¶ Prete. A bono non poteſt aliquid eſſe niſi bonū
ſed omne ens procedit a diuina bonitate. ergo om̄e ens
eſt bonum. ⁊ ſic idem qđ prius.

Rꝫº. ¶ Reſpōſio dicendū. ꝙ cū ratio boni in hoc cōſiſtit
ꝙ aliqd ſit perfectiuū alteriꝰ per modū finis oīe illud
qḋ inuenitur habere rationem finis habet etiam rationē
Diſtictiō boni. ¶ Duo autē ſunt de ratione finis. vt ſcilicet ſit ap-
petitum vel deſideratum ab his que ad finem nondum
attingunt. ⁊ vt ſit dilectum et quaſi delectabile ab his q̄
finem participant cum eiuſdem rationis ſit tendere in fi-
nem et in fine requieſcere. ſicut per eandem naturam la-
pis mouetur ad medium et quieſcit in medio. Hec au-
tem duo inueniūtur competere ipſi eſſe que eīn nondū
eſſe participant. in eſſe quodā naturali appetitu tendūt
Unde et materia appetit formā ſcōm phm primo phy-
ſicorum. Omnia autem dum iam eſſe habēt illud eſſe ſu-
um naturaliter amant et ipſum tota virtute conſeruant
Unde Boecius dicit in tertio de Conſol. Dedit diuina
prouidentia creatis a ſe hanc rebus maximam manēdi
cauſā vt quo ad poſſunt naturaliter manere deſiderēt.
quare nihil eſt quod vllo modo queas dubitare cuncta
que ſunt naturaliter appetere conſtantiam permanen-
di deuitare perniciē. Ipſum igitur eſſe habet rationē bo-
ni. vnde ſicut impoſſibile eſt ꝙ ſit aliquod ens quod nō
habeat eſſe. ita neceſſe eſt vt omne ens ſit bonum. ex hoc
ipſo ꝙ eſſe habet. q̄uis eīn et in quibuſdam entibꝰ mul-
te rationes bonitatis ſuperaddātur ſuper ſuū eſſe quo
ſubſiſtant. cum autem bonum rationem entis includat
vt ex predictis patet. impoſſibile eſt aliquod eſſe bonum
quod non ſit ens. Et ita relinquitur ꝙ bonum ⁊ ens cō-
uertuntur.
Ad .1. ¶ Ad primū igitur dicendum. ꝙ bonum et malum
opponūtur per modum habitus et priuationis. non ta-
men oportet ꝙ cuicunq̄ ineſt habitus nata ſit ineſſe pri-
uatio. ⁊ ideo non oportet vt in quibuſcunq̄ natum ē eſſe
bonum natum ſit eſſe malum. In contrarijs etiā quan
do vnum ineſt per naturam alterum nō eſt natum ineſſe
eidem ſcōm phyloſophum in predicamentis. bonū au-
tem cuilibet enti naturaliter ineſt. cum dicatur bonū ex
Ad 2 ipſo naturali ſuo eſſe. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ bo-
num non ſe extendit ad non entia per predicationem. ſed
per cauſalitatem inquātum non entia appetunt bonū. vt
dicamus non entia ea que ſunt in potentia ⁊ non in actu
ſed eſſe forte non habet cauſalitatem. niſi ſcōm rationem
cauſe exemplaris. que quidem cauſe non ſe extendunt ni
Ad 3 ſi ad ea que actu eſſe participant. ¶ Ad tertium dicen-
dum. ꝙ ſicut materia prima eſt ens in potentia et non in
actu. ita eſt perfecta in potentia ⁊ non in actu. bona in po
Ad 4 tentia ⁊ non in actu. ¶ Ad quartum dicendum. ꝙ ea
que mathematicus conſiderat ſcōm eſſe quod habent in
rebus ſunt bona. ipſum eīn eſſe linee vel numeri bonum
eſt. ſed a mathematico non conſiderātur ſcōm eſſe ſuum
ſed ſolum ſcōm rationem ſpeciei. Conſiderat eīn ea ab-
ſtracte. non autem ſunt abſtracta ſm eſſe. ſed ſolum ſm
rationem. Dictum eſt eīn ꝙ bonum nō ſequitur ſpeciei
rationem. niſi ſm eſſe quod habet in re aliqua. ⁊ ideo ra-
tio boni non competit linee vel numero ſm hoc ꝙ cadūt
in conſideratione mathematici q̄uis linea et numerus
Ad 5 bona ſint. ¶ Ad quintum dicēdum. ꝙ ens non dicitur
Ad 6 prius illo modo dicendi prius quem obiectio tangit. ſed
alio modo. ſicut abſolutum reſpectiuo. ¶ Ad ſextum di-
cēdum. ꝙ aliquid poteſt dici bonum ex ſuo eſſe ⁊ ex ſua
proprietate vel habitudine ſuperaddita. ſicut dicit̄ ho-
mo bonus et inquātum eſt iuſtus et caſtus vel ordina-
tus ad beatitudinem. Ratione igitur prime bonitatis
ens conuertitur cum bono et econuerſo. ſed ratione ſcḋe
bonum diuidit ens. ¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ priua- Ad 7
tio non dicitur ens nature. ſed ſolummodo ens rationis
et ſic etiam eſt bonum rationis Nam priuatio ratione co-
gnoſcitur. ⁊ quodcunq̄ tale bonum eſt. et mali cognitio
ſcōm Boeciū bono deeſſe non poteſt. ¶ Ad octauū dicē- Ad 8
dum. ꝙ ſcōm Boecium aliquid dicitur eſſe bonū ex ipſo
ſuo eſſe. ſed iuſtum dicitur eſſe ratione alicuius ſue actio-
nis. eſſe autem in omnia que a deo procedunt diffundi-
tur. non autem omnia participant illud agere ad qḋ iu-
ſtitia ordinatur. q̄uis eīn in deo ſit idē agere quod eſſe
ac per hoc ſua iuſtitia ſit ſua bonitas. tamē in creaturis
aliud eſt agere. aliud eſſe. vnde eſſe poteſt communicari
alicui cui agere non cōmunicatur. ⁊ quibus vtrunq̄ cō-
municatur non ſunt idem in eſſe agere ⁊ eſſe. vnde ⁊ ho-
mines qui ſunt iuſti ⁊ boni ſunt quidem boni inquantū
ſunt. ſed non iuſti inquantum ſunt. ſed inquātum habēt
habitum quēdā ad agere. Et ſimiliter poteſt dici de ſa-
pientia ⁊ alijs huiuſmodi ¶ Uel aliter dicendum ſcōm
eundem. ꝙ iuſtum ⁊ ſapiens ⁊ alia huiuſmodi ſunt que-
dam ſpecialia bona. cum ſint quedā ſpeciales perfectio-
nes. bonū autem aliquod perfectum abſolute deſignat.
Ab ipſo igitur deo procedunt res perfecte non eodem
modo perfectionis quo deus perfectus eſt. quia quod
fit non eſt ſcōm modum agentis. ſed ſcōm modum finis
Nec omnia que a deo perfectionem accipiūt eodem mo-
do accipiunt. ⁊ ideo ſicut deo ⁊ creaturis omnibus com-
mune eſt eſſe perfectum abſolute. non autem eſſe pfectū
hoc vel illo modo. ita eſſe bonum deo conuenit ⁊ omni-
bus creaturis. ſed habere hanc bonitatem que eſt ſapiē-
tia vel que eſt iuſtitia. non oportet ꝙ ſit omnibus com-
mune. ſed quedam deo tātum conueniunt. vt eternitas
et omnipotētia. quedam vero quibuſdā creaturis et deo
vt ſapientia ⁊ iuſtitia ⁊ huiuſmodi.

## Tertio querit̄. vtrū

bonum ſit prius ſm rationem q̄ verum. Et
videtur ꝙ ſic Illud eīn quod eſt in rebus eſt prius eo qḋ 1
eſt tantum in apprehenſione. eo ꝙ ⁊ apprehenſio noſtra
cauſatur ⁊ menſuratur a rebus. ſed ſcōm phm. vi. meta-
phyſ. bonum eſt in rebus. verum autem in mente. ergo
bonum eſt prius q̄ verū ſcōm rationem. ¶ Preterea. Pri- 2
us eſt aliquid in ſe perfectum ſcōm rationem q̄ ſit alteri-
us perfectiuū. ſed bonum dicitur aliquid inquātum eſt
in ſe pfectum. verū autem inquātum eſt pfectiuū alteri-
us. ergo bonum eſt prius q̄ verum. ¶ Preterea. Bonum
dicitur p ordinem ad cauſam finalem. verū autem per or- 3
dinem ad cauſam formalem. ſed cauſa finalis eſt prior q̄
cauſa formalis. quia finis eſt cauſa cauſarū. ergo bonum
eſt prius vero ¶ Preterea. Bonum particulare poſterius
eſt q̄ bonum vniuerſale. ſed verum eſt quoddam parti- 4.
culare bonum. eſt eīn bonum intellectus vt dicit phs in
ſexto ethycoꝝ. ergo bonum naturaliter ē prius ſcōm ra-
tionem q̄ verum. ¶ Preterea. Bonum habet rationem fi- 5
nis. ſed finis eſt prior in intentione. ergo intentio boni ē
prior intentione veri.
¶ Sed contra. Bonum eſt perfectiuū affectus. ve- Inſtātie
rum autē intellectus. intellectus vero naturaliter pre-
cedit affectum. ergo ⁊ verum bonū. ¶ Preterea. Quanto 2
aliquid eſt immaterialius tanto eſt prius. ſed verum eſt

inmaterialius ꝙ̃ bonū, quia bonū eſt in rebus materia
lib⁹. verũ aũt ſolū in mẽte. ꝗ̃ verũ naturaliter ẽ pꝰus bono
Rñº. ¶ Reſponſio dicẽdum. ꝙ tam verū ꝙ̃ bonū ſcḋz ꝙ
dictum eſt habet rationẽ ꝑfectionū ſiue ꝑfectoꝝ. Ordo
aũt inter ꝑfectiones aliquas poteſt attendi dupliciter.
vno modo ex parte ipſaruz ꝑfectionum. Alio modo ex
Diſtictõ parte ꝑfectibilium. Conſiderãdo ergo verũ ⁊ bonū ſcḋz
ſe. ſic verū eſt prius bono ſcḋm rationem. cum verum ſit
perfectiuū alicuius ſcḋm rationem ſpeciei. bonū autẽ nõ
ſolum ſcḋm rationẽ ſpeciei. ſed etiam ſm̃ eſſe quod ha/
bet in re. ⁊ ita plura includit in ſe ratio boni ꝙ̃ ratio ve/
ri. ⁊ ſic ſe habet quodãmodo ꝑ additionẽ ad illam. ⁊ ſic
bonū preſupponit verū. verū aũt preſupponit vnum. cuz
veri ratio ex apprehenſione intellectus perficiatur. vnde
vnūquodq̄ eſt intelligibile inquãtum eſt vnuz. qui em̃
non intelligit vnū nihil intelligit. vt dicit phs in quarto
metaphyſ. Vñ iſtoꝝ nominū tranſcendẽtium talis eſt
ordo. ſi ſcḋm ſe cõſiderãtur primo eſt ens. deinde vnum.
deinde verū. ⁊ poſt verū bonum. Si aũt attendatur or/
do inter verū ⁊ bonum ex parte ꝑfectibilium. ſic ecõuer
ſo bonum eſt naturaliter prius ꝙ̃ verū duplici ratione.
Primo. quia ꝑfectio boni ad plura ſe extendit ꝙ̃ ꝑfectio
veri. vero em̃ non ſunt nata perfici niſi illa q̄ poſſunt ali
quod ens recipe in ſeipſis. vel in ſeipſis habere ſm̃ ſuam
rationem ⁊ non ſm̃ illud eſſe qḋ ens habet in ſeipſo. ⁊ hu
iuſmodi ſunt ſolū ea que inmaterialiter aliq̄d recipiunt.
vt ſunt cognoſcitiua. ſpecies em̃ lapidis eſt in anima nõ
aũt ſcḋm eſſe qḋ habet in lapide. ¶ Sed a bono nata ſunt
perfici illa etiam q̄ ſcḋm materiale eſſe aliq̄d recipiũt. cū
ratio boni in hoc conſiſtat ꝙ aliquid ſit perfectiuū alteri
us tam ſcḋm ratõnem ſpeciei ꝙ̃ etiam ſcḋm eſſe vt dictū
eſt prius. ⁊ ideo omnia appetunt bonū. ſed non oīa co
gnoſcunt verū. in vtroq̄ em̃ oſtenditur habitudo perfe
ctibilis ad ꝑfectionem que eſt bonū ⁊ verū. ſcilicet in ap/
petitu boni ⁊ in cognitione veri. Scḋo. quia illa etiaz q̄
nata ſunt ꝑfici vero ⁊ bono ꝑ prius perficiũtur bono ꝙ̃
vero. ex hoc em̃ ꝙ eſſe participãt ꝑficiũtur a bono vt di/
ctum eſt. Ex hoc em̃ ꝙ cognoſcũt ꝑficiũtur vero. cogni
tio aũt eſt poſterior ꝙ̃ eſſe. vnde ⁊ in hac ꝯſideratõne ex
ꝑte perfectibiliū bonum precedit verum.
Ad 1. ¶ Ad primū ergo dicendum. ꝙ ratio illa procedit de
ordine boni ⁊ veri ex parte ꝑfectibiliū. non aũt ex ꝑte ipſi
us boni ⁊ veri. mens em̃ ſola ẽ ꝑfectibilis vero. ſed om/
Ad 2 nis res ꝑfectibilis eſt bono ¶ Ad. ij. dḋm. ꝙ bonū nõ ſo
lum habet rationẽ ꝑfectiui. ſed etiã ꝑfectiui ſicut ⁊ verū vt
Ad 3 prius dictū eſt. ⁊ ideo nõ ſequitur ratio. ¶ Ad. iij. dḋm.
ꝙ finis ẽ prior in cauſando ꝙ̃ aliqua aliarum cauſarum
cauſatum enim perficitur per ſuam cauſam. vnde ratio
illa procedit ſm̃ ordinem perfectibilis ad perfectionem
in quo eſt prius. ſed abſolute conſiderando formã ⁊ finẽ
Ad 4 cum ipſa forma ſit finis prior eſt forma in ſe conſiderata
ꝙ̃ ſm̃ ꝙ eſt alterius finis. ratio aũt veri ex ipſa ſpecie con
ſurgit. prout eſt intellecta ſicut eſt. ¶ Ad quartū dicen/
dum. ꝙ verum dicitur eſſe quoddam bonū inquantum
habet eſſe in aliquo perfectibili ſpeciali. ⁊ ſic etiaz hec ob
Ad 5 iectio ꝑtinet ad ordinem perfectibilis ad ꝑfectionem
¶ Ad quintū dicendum. ꝙ finis dicitur eſſe prior inten
tione his que ſunt ad finẽ non alijs cauſis niſi ſm̃ ꝙ ipſe
ſunt ad finem. ⁊ ſic ſoluendum eſt ſicut ad tertiū. Eſt ta/
men ſciẽdum. ꝙ cum dicitur ꝙ finis ẽ prior in intẽtione
intentio ſumitur pro actu mentis qui eſt intendere. cum
autem comparamus intentionem boni ⁊ veri. intentio
ſumitur pro ratione quã ſignificat diffinitio. vnde diffi/
nitio equiuoce accipitur vtrobiq̄.
¶ Ad primū in contrariū obiectum dicẽdum. ꝙ ali/ Solo in ſtantiaꝝ
quid eſt natum ꝑfici bono non ſolum mediante affectu. Ad 1.
ſed etiam inquãtum habet eſſe. vnde ꝙ̃uis intellectus ſit
prior affectu. non ſequitur ꝙ per prius ꝑficiatur aliquid
vero ꝙ̃ bono. ¶ Ad ſecũdum dicẽdum. ꝙ ratio illa pro Ad 2
cedit de vero ⁊ bono prout ſm̃ ſe cõſiderantur. vnde con
cedenda eſt.

## Quarto querit̃. vtruz

omnia ſint bona bonitate prima. Et videt̃ ꝙ 1.
ſic. Quia ſcḋm Boe. in libro de ebdo. ſi intelligamus ꝑ
impoſſibile deum eſſe abſtracta ꝑ intellectum bonitate.
ſequitur omnia illa eſſe entia. nõ autem bona. intellecta
autem in deo bonitate. ſequitur omnia eſſe bona ſicut en
tia. ergo omnia dicũtur bona bonitate prima.
¶ Sed diceres. ꝙ hoc ideo ꝯtingit. ꝙ nõ intellecta bo/ Solutio
nitate in deo non eſt bonitas in alijs creaturis. quia bo/
nitas creature cauſatur a bonitate dei. non quia denomi
netur res bona bonitate dei formaliter. ¶ Sed contra. 2
Qñcũq̄ denominatur aliquid aliquale ex ſolo reſpectu
ad alterū. nõ denominabitur tale ꝑ aliquid ſibi formali
ter inherens. ſed ꝑ illud quod eſt extra ipſum ad quod
refertur. ſicut vrina q̄ dicitur ſana ex hoc ꝙ ſignificat ſa/
nitatem animalis. non denominatur ſana ab aliqua ſani
tate ſibi inherente. ſed a ſanitate animalis quã ſignificat.
Sed creatura dicitur eſſe bona per reſpectum ad primã
bonitatem. quia ſm̃ hoc vnūquodq̄ dicitur bonū quod
a primo bono defluxit. vt dicit Boe. in libro de ebdo. er/
go creatura non denomiatur bona ab aliqua formali bo
nitate i ipſa exiſtẽte. ſed ab ipſa bonitate diuina. ¶ Pre. 3
Aug⁹. dicit octauo de tri. Bonum ẽ hoc ⁊ bonum eſt il/
lud. tolle hoc ⁊ illud ⁊ vide ipſum bonum. ſi potes ita de
um videbis. non aũt alio bono bonum. ſed bonum oīs
boni. ſed ipſo bono quod eſt omnis boni bonum dicũtur
omnia bona. ergo diuina bonitate de qua loquitur oīa 4
dicũtur bona. ¶ Preterea. Cum omnis creatura ſit bona
aut ẽ bona bonitate ſibi inherẽte. aut ſolum bonitate pri/
ma. Si aũt bonitate ſibi inherẽte. cum etiam illa ſit que/
dam creatura ⁊ ipſa bona erit. aut ergo ſe bonitate aut
alia. ſi ſe bonitate. ergo eſt bonitas prima. hec em̃ eſt ra/
tio primi boni vt ex autoritate Aug⁹. iaz dicta patet. ꝙ
ſeipſo ſit bonum. ⁊ ſic habetur propoſitū ꝙ creatura ſit
bona bonitate prima. Si aũt illa bonitas ẽ bona bonita
te alia. eadẽ queſtio remanet de illa. aut ergo erit procede
re in infinitū quod eſt impoſſibile. aut erit deuenire ad ali
quã bonitatẽ creatam denominãtem que eſt bona ſeipſa
et hec ẽ bonitas prima. ergo oportet ꝙ omnis creatura 5
ſit bona bonitate prima. ¶ Pre. Scḋm Anſelmū. Om
ne verū eſt verū veritate prima. ſed ſicut veritas pma ſe
habet ad vera. ita bonitas prima ſe habet ad bona. ergo
omnia ſunt bona bonitate prima. ¶ Pre. Quod nõ po 6
teſt in minus non poteſt in maius. ſed minus eſt eſſe ꝙ̃
eſſe bonū. ſed creatura nõ põt ſe eẽ. cū oīe eẽ ſit a deo. ꝗ̃
nec eẽ bonū. ꝗ̃ bonitas qua aliquid dicitur eẽ bonū nõ 7
eſt bonitas creata ¶ Pre. Scḋm Hila. Eſſe eſt propri
um deo. ſed ꝓprium eſt quod vni ſoli conuenit. ergo nul
lum eſt aliud eſſe ꝙ̃ ipſe deus. ſed oīa ſunt bona inquã
tum habent eſſe. ergo omnia ſunt bona diuino eſſe quod
eſt eius bonitas. ¶ Pre. Bonitas prima nihil addit ſu 8

pꝛa bonitatem. alias bonitas pꝛima eſſet compoſita. ſed
verum eſt omnia eſſe bona bonitate. ergo verum eſt om
Solō nia eſſe bona bonitate pꝛima ¶ Sed diceres. ꝙ bonitas
pꝛima addit ſupꝛa bonitatem abſolutam ſcðm rationē
9 et non ſcðm rem. ¶ Sed contra. ratio cui non reſpōdet
aliquid in re eſt caſſa ⁊ vana. ſed non ē ratio caſſa qua in
telligimus bonitatem pꝛimā. ergo ſi addit aliq̄d ſm ra
tionē, addit etiam aliq̄d ſcðm rem. qð eſt impoſſibile. ⁊
ſic nec etiam ſcðm rationē addet. ⁊ ita dicetur eſſe bona
bonitate pꝛima. ſicut ⁊ bonitate abſoluta.
Contra ¶ Sed contra. Om̄ia ſunt bona inquātum entia. q꞉
1. ſm Aug⁹. inquantū ſumus boni ſumus. ſed non dicun
tur omnia entia foꝛmaliter ꝑ eſſentiā pꝛimā. ſed ꝑ eſſenti
am creatam. ergo nec omnia ſunt bona foꝛmaliter boni
2 tate pꝛima. ſed bonitate creata. ¶ Pꝛete. Vertibile nō in
foꝛmatur inuertibili cū ſint oppoſita. ſed omnis creatura
eſt vertibilis. bonitas autē pꝛima eſt inuertibilis. ergo
creatura non dicitur eſſe bona foꝛmaliter bonitate ꝑma.
¶ Pꝛete. Omnis foꝛma eſt pꝛopoꝛtionata ſuo perfecti
3. bili. ſed bonitas pꝛima cum ſit infinita. non poteſt eſſe ꝓ
poꝛtionata creature cum ſit finita. ergo creatura non di
citur bona foꝛmalit̄ loquēdo bonitate pꝛima. ¶ Pꝛete.
4. Scðm Aug⁹. viij. de trinita. omnia creata participatio
ne boni bona ſunt. ſed participatio boni non eſt ipſa bo
nitas pꝛima. ipſa em̄ eſt totalis ⁊ perfecta bonitas. ergo
5 non omnia ſunt bona bonitate pꝛima foꝛmaliter ¶ Pꝛe.
Creatura dicitur habere veſtigium trinitatis ſm ꝙ eſt
vna ⁊ vera ⁊ bona. ⁊ ſic bonum ꝑtinet ad veſtigiū. ſed
veſtigiū ⁊ partes eius ſunt aliquid creatum. ergo crea
6 tura eſt bona bonitate creata. ¶ Pꝛete. Bonitas ꝑma
eſt ſimpliciſſima. ergo nec in ſe compoſita nec alij compo
nibilis. ⁊ ita nō poteſt eſſe alicui⁹ foꝛma. cum foꝛma ve
niat in cōpoſitionem eius cuius eſt foꝛma. ſed bonitas
qua aliqua dicūtur eſſe bona eſt foꝛma quedā. cum om̄e
eſſe ſit a foꝛma. ergo creature non ſunt bone bonitate pꝛi
ma foꝛmaliter.
R̄ſo ¶ Reſponſio dicēdum. ꝙ circa hanc queſtionem di
Opīo uerſimode aliqui poſuerūt. Quidam em̄ friuolis ratio
nibus ducti adeo decepti fuerūt ꝙ ponerent deū eſſe de
ſubſtantia cuiuſlibet rei. quoꝝ quidam poſuerunt deum
eſſe idem quod materia pꝛima. vt dauid de dynanto.
Quidam aūt poſuerunt ipſum eſſe foꝛmā cuiuſlibet rei
Repba° ¶ Cuius quidē erroꝛis ſtatim falſitas aperitur. hoc em̄
omnes de deo loquentes intelligunt ꝙ eſt omniū pꝛin
cipium effectiuum. cum opoꝛteat ipſa entia ab vno ipſo
pꝛimo ente effluere. cauſa autem efficiens ſm doctrinā
phi in ſcðo phyſicoꝝ. cum cauſa materiali non coincidit
in idem. cū habeant cōtrarias rationes. vnūquodq꞉ em̄
eſt agens ſcðm ꝙ eſt actu. materie vero ratio eſt in potē
tia eſſe. efficiens vero ⁊ foꝛma effectus ſunt idem ſpecie.
inquantū omne agens agit ſibi ſimile. ſed nō idem nume
ro. quia nō poteſt idem eſſe faciens ⁊ factū. Ex quo pa
tet ꝙ ipſa diuina eſſentia nec꞉ eſt materia alicuius rei. ne
c꞉ foꝛma vt ea poſſit dici creatura foꝛmaliter bona. ſicut
foꝛma coniuncta. ſed queuibet eſt dei quedā ſimilitudo.
Opi. pla ¶ Et ideo platonici dixerunt. ꝙ ōnia ſunt bona foꝛmalit̄
bonitate pꝛima. non ſicut foꝛma ꝯiuncta. ſed ſicut foꝛma
ſeparata. ¶ Ad cuius intellectum ſciendū eſt. ꝙ Pla
to ea que poſſunt ſeparari ſm intellectum ponebat etiam
ſm eſſe ſeparata. ⁊ ideo ſicut homo poteſt intelligi ꝑter
ſoꝛtem ⁊ platonem. ita ponebat hominē eſſe pꝛeter ſoꝛtē
et platonem. quē dicebat per ſe hominē. ⁊ ydeā homi
nis cuius participatione ſoꝛtes ⁊ plato dicebātur homi
nes. Sicut aūt inueniebat hominē ꝯmunem ſoꝛti ⁊ pla
toni ⁊ in omnibꝫ huiuſmodi. ita inueniebat bonū eſſe cō
mune omnibꝫ bonis. ⁊ poſſe intelligi bonum non intelli
gendo hoc vel illud bonū. vnde ponebat bonū eſſe ſepa
ratum pꝛeter oīa bona ꝑticularia. ⁊ hoc ponebat bonū ꝑ
ſe ſiue ydeā cuius ꝑticipatione om̄ia bona dicerent̄. vt
patet ꝑ phm in ꝑmo ethy. Sed ſcðm eū hoc differebat
inter ydeā boni ⁊ ydeā hominis. ꝙ ydea hominis nō ſe
extēdebat ad oīa. ydea aūt boni ſe extendit ad oīa. etiam
ad ydeas. nā etiā ipſa ydea boni eſt aliquid bonū. ⁊ ita
opoꝛteret dicere ꝙ ipſū ꝑ ſe bonū eſſet vniuerſale rerū
omniū pꝛincipiū qð eſt deus. vnde ſequitur ſcðm hanc
poſitionē. ꝙ oīa denominētur bona ipſa bonitate pꝛima
que ē deus. ſicut ſoꝛtes ⁊ plato. ſm Platonē dicūtur ho
mines ꝑticipatōe hoīs ſeparati nō ꝑ humanitatē eis inhe
rentē. Et hāc poſitionē ſecuti ſūt aliquo mō poꝛritaniſte
dicebant em̄ ꝙ de creatura ꝑdicam⁹ bonū ſimplr̄. vt cū
dicim⁹ homo ē bon⁹. ⁊ bonū aliquo ſuꝑaddito. vt cum
oēs dicim⁹ ſoꝛtes ē bon⁹ hō. Dicebāt igit̄. ꝙ creatura
eſt bona ſimplr̄ nō aliq̄ bonitate inherente. ſed bonitate
ꝑma quaſi ipſa bonitas abſoluta ⁊ ꝯmunis eſſet boni
tas diuina. ſed cū dicit̄ creatura ē bonū hoc vel illud. de
nominatur abſolute creatura. q꞉ ꝑticulares bonitates
creature create ſunt ſicut ydee ꝑticulares ſm platonem
¶ Sꝫ hec opinio a pho repꝛobat̄ multiplicit̄. tū ex hoc Repba°
ꝙ quidditates ⁊ foꝛme reꝝ inſunt ipſis rebꝫ ꝑticularibꝫ
et nō ſunt ab eis ſeparate vt ꝓbatur multiplicit̄ in. vij. me
taphyſ. Tū etiā ſuppoſitis ydeis ꝙ ſpecialiter illa poſi
tio nō habeat locū de bono. q꞉ bonū nō vniuoce dicit̄ de
bonis. ⁊ in talibꝫ nō aſſignat̄ vna idea ſm platonē. ꝑ quā
viā pꝛocedit cōtra eū phs ꝑmo ethy. Specialiter tamē
quantū ad ꝓpoſitum pertinet apparet falſitas ꝑdicte po
ſitionis ex hoc ꝙ omne agens inuenit̄ ſibi ſimile agere.
vnde ſi ipſa bonitas ſit effectiua omniū bonoꝝ. opoꝛtet
ꝙ ſimilitudinē ſuā impꝛimat in rebꝫ effectis. ⁊ ſic vnum
quodq꞉ ē dicere bonū. ſicut foꝛma inherēte ꝑ ſimilitudi
nem ſummi boni ſibi inditā. ⁊ vlterius ꝑ bonitatē ꝑmā
ſicut ꝑ exēplar ⁊ effectiuū om̄is bonitatis create. ⁊ quā
tum ad hoc opinio platonis ſuſtineri pōt. ¶ Sic igitur
dicimus ſcðm communē opinionem. ꝙ omnia ſunt bo
na bonitate creata foꝛmaliter. ſicut foꝛma inherente. bo
nitate vero increata ſicut foꝛma exemplari.
¶ Ad pꝛimū igitur dicendum. ꝙ ſicut tactum eſt pꝛi Ad .1.
us. pꝛo tanto creature non eſſent bone niſi bonitas intel
ligeretur in deo. quia bonitas creature exemplatur a di
uina bonitate vnde nō ſequitur. ꝙ creatura dicatur bo Ad .2.
na bonitate increata. niſi ſicut foꝛma exemplari. ¶ Ad
ſecūdum dicendum. ꝙ dupliciter denominatur aliq̄d ꝑ
reſpectū ad alterū. vno mō quando ipſe reſpect⁹ ē ratio
denomiationis. ⁊ ſic vrina dicit̄ ſana ꝑ reſpectū ad ſani
tatē animalis. ratio em̄ ſani ſm ꝙ de vrina ꝑdicatur ē ſi
gnū ſanitatis aīalis. ⁊ i talibꝫ qð denominat̄ ꝑ reſpectū
ad alterum non denominatur ab aliqua foꝛma ſibi inhe
rente. ſed ab aliquo extrinſeco ad qð refertur. Alio mo
do denominatur aliquid per reſpectum ad alterum quā
do reſpectus non eſt ratio denominationis. ſed cauſa.
Sicut ſi aer dicatur lucens a ſole non ꝙ ipſum referri ae
rem ad ſolem ſit lucere aeris. ſed quia directe oppoſitio
aeris ad ſolem eſt cauſa ꝙ luceat. ⁊ hoc modo creatura
dicitur eſſe bona per reſpectum ad deum. vnde ratio nō
ſequitur. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ Aug⁹. in multis Ad 3

opinionem Platonis ſequitur quantū fieri poteſt ſm
fidei veritatē. ⁊ ideo verba ſua ſunt ſic intelligēda. ꝙ ipſa
diuina bonitas dicatur eſſe bonum omnis boni. inquan
tum eſt cauſa efficiens prima ⁊ exēplaris omnis boni ſi-
ne hoc ꝙ excludatur bonitas creata qua creature deno-
Ad 4 minātur bone ſicut forma inherēte. ¶ Ad quartū dicen
dum. ꝙ aliter ſe habet in formis generalib⁹. ⁊ aliter in for
mis ſpecialibus. In formis eñ ſpecialibus non recipit
predicatio concreti de abſtracto. vt dicatur albedo ē alba
et calor eſt calidus. vt patet ꝑ Dyoniſ. iiij. ca. de di. no.
ſed in formis generalib⁹ huiuſmodi predicatio recipitur
dicimus eñ ꝙ eſſentia eſt ens. ⁊ bonitas eſt bona. ⁊ vni
tas eſt vna. ⁊ ſic de alijs. Cuius ratio ē. quia id qđ ꝑmo
cadit in apprehenſione intellect⁹ ē ens. vnde oportet ꝙ
cuicūq; apprehenſo ꝑ intellectum intellectus attribuat
hoc qđ eſt ens. ⁊ ideo cum apprehendat eſſentiam alicu
ius entis dicit illam eſſentiam eſſe ens. ⁊ ſimiliter vnā-
quāq; formā generalem et ſpecialem vt bonitas eſt ens
albedo eſt ens. ⁊ ſic de alijs. ⁊ quedā ſunt que concomi
tantur rationem entis inſeꝑabiliter. vt vnum bonum et
huiuſmodi. oportet ꝙ hoc etiam de quolibet apprehenſo
ꝑdicetur ea ratione qua ens. vnde dicimus eſſentia eſt
vna ⁊ bona. ſilr dicimus vnitas. eſt vna et bona et ita eti
am de bonitate ⁊ albedine. ⁊ qualibet forma generali et
ſpeciali. Sed quia album eſt ſpeciale nō concomitatur in
ſeꝑabiliter rationem entis. vnde poteſt apprehendi for-
ma albedinis ſine hoc ꝙ attribuatur ei eſſe album vnde
non cogimur dicere albedo eſt alba. album eñ vno mo
do dicitur ens ⁊ bonum et vnum ⁊ alia huiuſmodi que
de quolibet apprehenſo neceſſe ē dici. Multipliciter eñ
aliquid dicitur ens quia in ſe ſubſiſtit. Aliquid quia eſt
principium ſubſiſtendi. vt forma. Aliquid quia ē diſpo
ſitio ſubſiſtentis. vt qualitas. Aliqđ quia eſt ſubſiſten-
tis priuatio. vt cecitas. ⁊ ideo cum dicimus eſſentia eſt
ens. ſi procedatur. ergo eſt aliquo ens vel a ſe vel alio.
proceſſus nō ſequitur. quia nō dicebatur hoc modo ens
ſicut aliquid ſubſiſtens in eſſe ſuo eſt ens. ſed ſicut quo
aliquid eſt. vnde non oportet querere quo aliquo ipſa
eſſencia ſit. ſed quomodo aliqđ alterū eſt ꝑ eſſentiam. Si
militer cum dicitur bonitas eſt bona nō hoc modo dici
tur bona quaſi in bonitate ſubſiſtens. ſed hoc modo quo
bonū dicimus illud quo aliquid bonū eſt. ⁊ ſic nō opor
tet querere vtrū bonitas ſit bona ſe bonitate vel alia. ſed
vtrum illa bonitate ſit aliquid bonum quod ſit alterum
ab ipſa bonitate. ſicut ē in creaturis. vel quod ſit idē cū
Ad 5 ipſa bonitate ſicut eſt in deo. ¶ Ad quintū dicēdum. ꝙ
ſimiliter ē diſtinguēdum de veritate. ſcilicet ꝙ oīa ſunt
vera veritate prima ſicut exēplari primo. cū tamen ſint
vera veritate creata ſicut forma inherēte. Sed tamē alia
ratio eſt de veritate ⁊ bonitate. ipſa enim ratio veritatis
in quadam adequatione ſiue cōmenſuratione conſiſtit.
denominatur eñ aliquid mēſuratum vel commenſura-
tum ab aliquo exteriori. ſicut pānus ab vlna. ⁊ ſcđm hūc
modum intelligit Anſelm⁹ omnia eſſe vera veritate pri
ma. inquantū ſcilicet vnumquodq; eſt ens cōmenſuratū
diuino intellectui implendo illud ad quod diuina proui
dentia ipſum ordinauit vel preſciuit. Ratio autem bo-
nitatis non conſiſtit in commenſuratione. vnde non eſt
Ad 6 ſimile. ¶ Ad ſextum dicendum. ꝙ creatura non poteſt
eſſe hoc modo. quia a ſeipſa eſſe habeat. poteſt tamē alia
ratione eſſe ꝙ ſit principium formale eſſendi. ſic eñ que
libet forma ineſſe poteſt. ⁊ per hunc modum etiam boni-
tas creata poteſt ineſſe bono tanq; formale principium
¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ cum dicitur eſſe eſt propri Ad 7
um dei. non eſt intelligēdum ꝙ nullum aliud eſſe ſit niſi
increatum. ſed ꝙ ſolum illud eſſe proprie dicitur eſſe in
quantum ratione ſue immutationis non nouit fuiſſe vel
futurum eſſe. eſſe autem creature dicitur eſſe per quan-
dam ſimilitudinem ad illud primum eſſe cum habeat
ꝑmixtionem eius qđ eſt futurum eſſe vel fuiſſe ratione
mutabilitatis creature. Vel poteſt dici ꝙ eſſe eſt propri
um deo. quia ſolus deus eſt ſuum eſſe. q̄uis alia eſſe ha
beant quod eſſe non eſt eſſe diuinū. ¶ Ad. viij. dicendū. Ad 8
ꝙ bonitas prima nihil addit ſcđm rem ſupra bonitatē
abſolutam. addit aūt aliqđ ſcđm rationem. ¶ Ad. ix. di Ad 9
cendū. ꝙ ſicut dicit Cōmentator in libro de cauſis. ipſa
bonitas ꝑma ex hoc ipſo indiuiduatur. et a cūctis alijs
diuiditur ꝙ nō aliquā additionem recipit. non aūt ē de
ratione bonitatis abſolute. vt recipiat additionē vel nō
recipiat. Si eñ eſſet de ratione eius recipere additionē
tunc quelibet bonitas additionē reciperet. ⁊ nulla eſſet
bonitas pura. Similiter etiā ſi eſſet de ratione eius nō
recipere additionē. nulla bonitas reciperet. ⁊ omnis boni-
tas eſſet bonitas pura. ſicut etiam de ratione animalis
non eſt rationale nec irrationale. ideo hoc ipſum quod
non eſt poſſe recipere additionem ꝯcomitatur bonitatem
abſolutam. ⁊ diſtinguit primā bonitatem que ē bonitas
pura ab alijs bonitatib⁹. hoc aūt quod eſt nō recipere ad
ditionem cum ſit negatio eſt ens rationis ⁊ fundatur ſu
per ſimplicitatē bonitatis prime. vnde non ſequitur ꝙ
ratio ſit caſſa ⁊ vana.

## QVinto queritur. vtrū
bonū creatū ſit bonū per ſuam eſſentiam. Et
videtur ꝙ ſic. Illud eñ ſine quo res non poteſt eſſe vide 1
tur ei eſſentiale. ſed creatura ſine bonitate eē nō poteſt. q2
nō poteſt eē aliqđ creatū a deo qđ nō ſit bonū. ergo crea
tura ē bona ꝑ eſſentiam. ¶ Pre. Creatura ab eodē ha- 2
bet eſſe et eē bonū. quia ex hoc ipſo ꝙ habet eſſe bona ē vt
prius oſtenſum eſt. ſed creatura habet eē ꝑ ſuam eſſentiā
ergo eſt bona ꝑ ſuam eſſentiam. ¶ Pre. Quicqđ cōue
nit alicui inquantū huiuſmodi hoc ē ei eſſentiale. ſed bo
num ꝯuenit creature inquantū eſt. quia ſicut dicit Au-
guſti. inquantū ſumus. boni ſumus. ergo creatura ē bo-
na ꝑ ſui eſſentiā. ¶ Pre. Cum bonitas ſit quedā forma 4
creata creaturis inherēs vt oſtenſum eſt. aut erit forma
ſubſtātialis aut accidentalis. ſi accidētalis aliqñ ſine ea
creatura eſſe poterit. qđ de creatura dici nō poteſt. relin-
quitur ergo ꝙ ſit forma ſubſtātialis. ſed oīs talis for-
ma vel ē eſſentia rei vel pars eſſentie. ergo creatura ē bo
na ꝑ ſuam eſſentiā. ¶ Pre. Scđm Boe. in libro de ebđ. 5
Creature ſunt bone inquantū a primo bono fluxerūt.
ſed ꝑ ſuā eſſentiam fluxerūt a primo bono. ergo ꝑ eſſen-
tiam ſuā ſunt bone. ¶ Pre. Semꝑ denominās ē ſimpli 6
cius vel eque ſimplex denominato. ſed nulla forma addita
eſſentie ē ſimplicior vel eque ſimplex ipſi eſſentie. ḡ nulla
forma ſuꝑaddita eētie denomiat ipſā eſſentiā. non eñ
poſſum⁹ dicere ꝙ eētia ſit alba. ſed ipſa eētia rei deno-
minat bonitate. qlibet eñ eētia bona ē. ḡ bonitas non ē
forma ſuꝑaddita eſſentie. ⁊ ſic quelibet creatura ē bona
per ſuam eſſentiam. ¶ Prete. Sicut vnum conuertitur 7
cū ente ita ⁊ bonū. ſed vnitas a qua dicit vnū qđ cōuer
titur cū ente nō dicit aliquā formā ſuꝑadditā eētie rei.

vt dicit Cōmē. in. iiij. metaphy. ſed vnaqueqꝫ res ē vna
per ſuā eſſentiā. ergo vnaqueqꝫ res ē bona ꝑ ſuā eſſentiam.
8 ¶ Preterea. Si creatura eſt bona per bonitatem aliquā ſu
peradditam eſſentie. cum omne qđ eſt bonuꝫ ſit. illa eti
am bonitas cum ſit res quedam. bona erit. non autem
bonitate alia. ſed per ſuam eſſentiam. quia ſic iretur in in
finitum. ergo eadem ratione poterit dici ꝙ creatura ipſa
eſſet bona per eſſentiam ſuam.
Cōtra ¶ Sed contra. Nihil qđ de aliquo dicitur per parti
cipationem conuenit ei per ſuam eſſentiam. ſed creatura
dicitur bona ꝑ participationē. vt dicit Aug°. viij. de tri
nitate. ergo creatura non eſt bona ꝑ ſuam eſſentiam
¶ Preterea. Omne illud qđ eſt bonum per eſſentiam ſuā
eſt ſubſtantiale bonum. ſed creata non ſunt ſubſtantia⸗
lia bona. vt patet per Boe. in libro de ebdo. ergo crea⸗
tura non eſt bona ꝑ eſſentiam. ¶ Preterea. De quocunqꝫ
predicatur aliquid eſſentialiter oppoſitum eius de eo ꝑ
dicari non poteſt. ſed oppoſitum boni predicatur de crea
tura aliqua. ſcꝫ malum. ergo nō eſt bona per eſſentiam.
Rŋ°. ¶ Reſponſio dicēdum. ꝙ ſm tres autores oportet
dicere creaturas non eſſe bonas per eſſentiam. ſed ꝑ par
ticipationem. ſcꝫ ſm Auguſti. Boe. et autorem libri de
cauſis. qui dicūt ſolum deum eſſe bonitatem primā. ſed
tamen diuerſis rationibus ad vnam poſitionem mouen
tur. ¶ Ad cuius euidētiam ſciendum eſt. ꝙ ſicut ex di
Boitas ctis patet. ſicut ens multiplicatur per accidentale et eſ⸗
diuina et ſentiale ſic et bonitas. Sed tamē hoc inter vtrunqꝫ dif
creature fert ꝙ aliquid dicitur ens abſolute. propter eſſe ſuū ſub⸗
differunt ſtantiale. ſed propter eſſe ſuum accidentale non dicitur
abſolute. Unde cum generatio ſit motus ad eſſe cuꝫ ali
quis accipit eſſe ſuum ſubſtantiale dicitur generari ſim⸗
pliciter. cum vero accipit eſſe accidentale dicitur genera
ri ſm quid. et ſimiliter eſt de corruptione per quam eſſe
amittitur. De bono autē eſt econuerſo. nam ſm ſubſtā
tialem bonitatem dicitur aliquid bonū ſm quid. ſm ve
ro bonitatem accidētalem dicitur aliquid bonū ſimplici
ter. vnde hominem iniuſtū non dicimus eſſe bonū ſim⸗
pliciter. ſed ſm quid inquātum eſt homo. hominem ve⸗
ro iuſtum ſimpliciter bonū dicimus. Cuius diuerſita⸗
tis illa ratio eſt. nam vnumqđqꝫ dicitur ens inquantuꝫ
abſolute conſideratur. bonū vero vt ex dictis patet per
reſpectum ad alia. In ſeipſo aūt ꝑficitur aliquid vt ſub
ſtat per eſſentialia principia. ſed vt debito modo ſe habe
at ad omnia que ſunt extra ipſum nō perficitur niſi me⸗
diātibus accidentibꝫ ſuperadditis eſſentie. quia operatio
nes quibꝫ vnū alteri coniūgitur ab eſſentia mediantibus
virtutibꝫ eſſentie ſuꝑadditis progrediūtur. vnde abſo⸗
lute nihil bonitateꝫ obtinet niſi quod ꝯpletū eſt ſm ſub
ſtātiam. et ſcđm accidentia principalia. Quicqđ creatu⸗
ra perfectionis habet ex eſſentialibꝫ principijs et acciden
tibus ſimul cōiunctis. hoc totum deus habet ꝑ vnū eſſe
ſimplex. Eius eñ eſſentia eſt eius bonitas. ſapiētia. et iu
ſtitia et fortitudo. et omnia huiuſmodi que in nobis ſunt
eſſentie ſuperaddita. et ideo ipſa abſoluta bonitas idem
eſt in deo qđ eſſentia. In nobis aūt cōſideratur ſm ea ꝗ
ſuꝑaddūtur eſſentie. et pro tanto bonitas ꝯpleta et abſo
luta et augetur et minuitur et totaliter aufertur. nō aūt
in deo. cūius ſubſtātialis bonitas in nobis ſemꝑ mane⸗
at. Et ſcđm hūc modū videtur Aug°. dicere. ꝙ deus ē
bonus per eſſentiam. nos aūt ꝑ participationē. Sed ad
huc inter dei bonitatem et noſtrā alia differentia inueni
tur. Eſſentialis eñ bonitas non attēditur ſm cōſidera⸗
tionem nature abſolutam. ſed ſcđm eſſe ipſius. Humani
tas aūt nō habet rationē boni vel bonitatis. niſi inquātū
eſſe habet. ipſa eñ naturalis diuina eſſentia eſt eius eſſe
natura aūt vel eſſentia cuiuſlibet rei create non ē ſuū eſſe.
ſed eſſe participās ab alio. et ſic in deo eſt eſſe purū. quia
ipſe deus ē ſuum eſſe ſubſiſtens. in creatura aūt ē eſſe re
ceptū vel participatū. vnde dato ꝙ bonitas abſoluta di
ceretur de re creata ſcđm eſſe ſuū ſubſtantiale. nihilomi
nus adhuc remanet habere bonitatē ꝑ participationem
ſicut et habere eſſe participatū. deus aūt eſt bonitas per
eſſentiam inquātū eius eſſentia ē ſuum eſſe. Et hec vide
tur eſſe intentio phi in libro de cauſis ꝗ dicit ſolam boni⸗
tatem diuinā eſſe bonitatē purā. ¶ Sed adhuc alia dif⸗
ferentia inuenitur inter diuinā bonitatē et creature. Bo
nitas eñ habet rationē cauſe finalis. deus autē habet ra⸗
tionem cauſe finalis. cū ſit omniū vltimus finis et ꝑmū
principiū. Ex quibꝫ oportet vt omnis alius finis nō ha
beat habitudinē vel rationē finis niſi ſm ordineꝫ ad cau
ſam primā. qꝛ cauſa ſcđa non influit in cauſatum niſi pre
ſuppoſito influxu cauſe prime. vt patet in libro de cauſis.
Unde et bonū qđ habet rationē finis non poteſt dici de
creatura niſi preſuppoſito ordine creatoris ad creaturaꝫ.
Dato igitur ꝙ creatura eſſet ipſum ſuū eſſe ſicut et deus
adhuc tamē eſſe creature non haberet rationeꝫ boni. niſi
preſuppoſito ordine ad creaturā. et pro tanto adhuc di⸗
ceretur bona ꝑ participationē. et nō abſolute in eo ꝙ ē. ſcꝫ
eſſe diuinū qđ habet rationē boni nō preſuppoſito aliquo
alio. habet rationē boni ꝑ ſeipſum. et hec videtur eſſe intē
tio Boecij in libro de ebdo.
¶ Ad ꝑmū igitur dicendū. ꝙ creatura nō poteſt eē nō Ad 1
bona ſine bonitate eſſentiali ꝗ eſt bonitas ſm quid. pōt
tamē nō eſſe bona bonitate accidētali. ꝗ eſt bonitas ab⸗
ſoluta et ſimpliciter. Et ꝑma ipſa bonitas ꝗ attenditur ſm
eſſe ſubſtātiale nō eſt ipſa eſſentia rei ſed eſſe participatū
et hoc etiā preſuppoſito ordine ad ꝑmū eē ꝑ ſe ſubſiſtēs
¶ Ad. ij. dicendū. ꝙ ab eo a quo res habet eſſe. habet eē Ad 2
bonū ſm quid. ſcꝫ eſſe ſubſtātiale. non aūt ab eodeꝫ for
maliter habet eſſe ſimpliciter. et eſſe bonū ſimpliciter vt Ad 3
ex dictis patet. et ꝓpter hoc ratio non ſequitur. Et ſimiliter Ad 4
dicendū eſt ad. iij. et ad. iiij. ¶ Ad. v. dicendū. ꝙ creatu⸗ Ad 5
ra non ſolū eſt a deo ſm eſſentiā ſuam. ſed etiā ſm eſſe ſu
um in quo ꝑcipue cōſiſtit relatio bonitatis ſubſtātialis.
et etiam ſm ꝑfectiones ſuꝑadditas in quibꝫ cōſiſtit bo
nitas abſoluta. et hec nō ſunt eſſentia rei. Et preterea ipſe
reſpectus quo eſſentia rei refertur ad deū vt ad princi⸗
pium eſt aliud ꝙ̄ eſſentia. ¶ Ad. vi. dicendū. ꝙ hoc mō Ad 6
eſſentia denominatur bona ſicut et ens. vnde ſicut habet eē
per participationē. et ita bona eſt ꝑ participationē. Eſſe
eñ eſt bonū cōmuniter acceptū et ſimplicius ꝙ̄ eſſentia
qꝛ cōmunius. cū eſſe et bonū dicātur nō ſolū de eſſentia
ſed etiam de eo qđ ꝑ eſſentiā ſubſiſtit. et iterū de ipſis ac
cidētibus ¶ Ad. vij. dicendū. ꝙ vnū quod ꝯuertitur cū Ad 7
ente dicitur ſm rationē negationis quā addit ſupra ens
bonū aūt non addit negationē ſupra ens. ſed eius ratio
in poſitione conſiſtit. et ideo non eſt ſimile. ¶ Ad octa⸗ Ad 8
uū dicendum. ꝙ hoc modo bonitas rei dicitur bona ſi⸗
cut eſſe rei dicitur ens. non quia eius ſit aliqđ aliud eſſe.
ſed quia per hoc eſſe res eſſe dicitur. et quia hac bonitate
res bona dicitur. vnde ſicut non ſequitur ꝙ ipſa ſubſtā⸗
tia rei non dicatur per eſſe aliud ꝙ ipſa non ſit. quia eius
eſſe non dicitur ens per aliquod eſſe aliud ab ipſa. Ita
etiam predicta ratio non ſequitur de bonitate. ſequi⸗

tur aūt de vnitate de qua introducit eam Commen.iiij.
metaphyſ. quia vnum indifferēter ſe habet ad hoc ꝙ re
ſpitiat eſſentiam vel eſſe Unde eſſentia rei eſt vna per ſe
ipſam non propter eſſe ſuum. et ita non eſt vna per ali/
quā ꝑticipationem ſicut accidit de ente et bono.

**Sexto querit̄. vtrꝫ bo**
.i. nū creature ſit in ſpē mō et ordie. ſicut Aug⁹. dī
Et videt̄ ꝙ non Qd̄ habet bonū habet rōnem finis ſm
phm. ſed tota ratio finis ꝯſiſtit in ordine. ḡ ꝛ tota rō bo
2 ni conſiſtit in ordine. et ita alia duo ſuperfluūt. ¶ Pre.
Ens bonū et vnū differūt ſm intentiones. ſed ratio en
tis conſiſtit in ſpecie. vnius vero conſiſtit in modo. ergo
3 ratio boni non conſiſtit in modo et ſpecie. ¶ Pre. Spe
cies nominat cauſam formalem. ſed in hoc diſtinguitur
verum ꝛ bonum ſcd̄m quoſdam. quia verum dicit̄ ſcd̄z
rationem cauſe formalis. bonum vero ſcd̄m ratione cau
ſe finalis. ergo ſpecies non pertinet ad rationem boni
¶ Prete. Bonum ꝛ malum cum ſint oppoſita attēdū/
4. tur circa idem. ſed ſicut dicit Auguſti. in libro. lxxxiij. q.
malum ſpeciei priuatione repertuꝫ eſt. ergo tota ratio bo
ni in poſitione ſpeciei conſiſtit. et ſuperfluere videt̄ mo/
5 dus et ordo. ¶ Prete. Modus eſt de conſequētibus
rem. ſed bonitas aliqua ē de eſſentia rei. ergo modus nō
6 eſt de ratione boni. ¶ Prete. Quod deus poteſt facere
per vnum non faciet per plura. ſed deus potuit facere
creaturam per vnum iſtorū. quia quodlibet horum ha/
bet rationem quādam bonitatis. ergo nō oportet ꝙ qd̄/
libet iſtorum trium requiratur ad rationem boni. ergo
in quolibet iſtorum ſunt illa tria. et non dicitur vnū con/
7 tra aliud diuidi. ¶ Prete. Si illa tria ſint bona. oportet
ꝙ habeant modum ſpeciem et ordinē. ergo modi ē mo
8 dus. ſpeciei ſpecies ꝛ ſic in infinitum. ¶ Prete. Mod⁹
ſpecies ꝛ ordo diminuūtur per peccatum ſcd̄m Aug⁹.
ſed bonum ſubſtantiale rei non diminuitur ꝑ peccatum
ergo ratio boni vniuerſaliter non conſiſtit in tribus pre/
dictis. ¶ Prete. Id quod eſt de ratione boni non reci/
9 pit predicationem mali. ſed hec tria recipiunt predicatio
nem mali. ſcd̄m Aug⁹. in libro de natura boni. dicitur
eñ malus modus mala ſpecies. ergo ratio boni non cō/
10 ſiſtit in tribus predictis. ¶ Prete. Ambroſ. dicit in
Exam̄. ꝙ natura lucis non eſt in numero pondere ꝛ mē
ſura vt alia creatura. ſed ex his tribus. vt dicit Auguſti.
cōſtituūtur tria predicta. cum ergo lux ſit bona. ratō bo
ni nō includit tria predicta. ¶ Prete. Scd̄m Bernar.
.xi. Modus charitatis ē non habere modū. ꝛ tamen chari
tas bona eſt bona. ergo nō requirit tria predicta.
Contra ¶ Sed cōtra eſt qd̄ dicit Aug⁹. in li. de natura boni
ꝙ vbi hec tria ſunt magna magnū bonū eſt. vbi ꝑua par
uū. vbi nulla nullū. ergo ratio boni conſiſtit in his tribꝫ.
¶ Prete. Aug⁹. dicit in eodē li. ꝙ ſcd̄m hoc aliqua di/
cūtur bona. quia ſunt ordinata moderata et ſpecificata.
¶ Prete. Creatura dei bona eſt ſm reſpectum ad deuꝫ
vt vult Boe. in libro de ebdo. ſed deus habet habitudi
nem ad creaturā triplicis cauſe. ſcꝫ efficientis finalis et
formalis id eſt exēplaris. ergo creatura dicitur eſſe bona
ſm habitudinē ad deū in ratione triplicis cauſe. Et ſm
hoc ꝙ cōparatur ad cauſam efficiētem. habet modum a
deo prefixum. Ut aūt cōparat̄ ad eū vt ad cauſam exem
plarem habet ſpeciē. Ut aūt cōparat̄ ad eū vt ad finē ha
bet ordinē. ergo bonū creature conſiſtit in modo ordine
et ſpecie. ¶ Prete. Omnes creature ordināt̄ur in deū
mediante rationali creatura q̄ eſt ſola capax beatitudinis
hoc aūt eſt inquantū a rationali creatura ꝯgnoſcit̄. ergo
cū creatura ſit bona ex hoc ꝙ ordinatur in deū ad hoc ꝙ
ſit bona tria requirūtur. ꝙ ſit exiſtens ſcꝫ ꝛ ꝙ ſit cogno
ſcibilis. et ꝙ ſit ordinata. Eſt aūt exiſtens ꝑ aliquē mo/
dum. ꝯgnoſcibilis ꝑ ſpeciem. ordinata aūt per ordinem
ergo in his tribus ꝯſiſtit bonū creature. ¶ Pre. Sapi.
xi. dicitur. ꝙ omnia in numero pōdere et menſura ꝯſtitu
iſti. ſed ſm Aug⁹. iiij. ſuꝑ Geñ. ad lit. menſura cuiuſlibet
rei modū prefigit. numerus ſpeciē prebet. pondus vero
dat ordinē. ergo in his tribus modo ſpecie et ordine bo
nitas creature conſiſtit cum creatura ſcd̄m hoc ſit bona
ꝙ a deo diſpoſita.
¶ Reſponſio dicendū. ꝙ ratio boni in tribꝫ p̄dictis Rſ°
conſiſtit ſicut Aug⁹. dicit. ¶ Ad huius aūt euidentiaꝫ
ſciendū eſt. ꝙ aliqd̄ nomē poteſt reſpectū importare du/ Nom ē i
pliciter. Uno modo ſic ꝙ nomen imponat̄ ad ſignifican portat re
dum ipſuꝫ reſpectū. ſicut hoc nomen pater vel filius aut ſpectum
paternitas ipſa. Quedā nomina vero dicūtur importare duplicit̄
reſpectum. qꝛ ſignificāt rem alicuius generis quā comi
tatur reſpectus. q̄uis nomē non ſit impoſitū ad ipſum
reſpectum ſignificandū. ſicut hoc nomen ſciencia eſt im/
poſitum ad ſignificādum qualitatem quandā. quā ſeq
tur quidam reſpectus. non aūt ad ſignificandū ipſuꝫ re
ſpectum. Et per hunc modū ratio boni reſpectum impli
cat. non quia ipſum nomen boni ſignificet ipſum reſpe/
ctum ſolum. ſed qꝛ ſignificat id ad qd̄ ſeqtur reſpect⁹ cū
reſpectu ipſo. Reſpectus aūt importatus in nomine bo
ni eſt habitudo perfectiui ſm ꝙ aliquid natū eſt ꝑficere.
non ſolū rationem ſpeciei. ſed etiā ſm eſſe qd̄ habet in re
bus. hoc eñ mō finis ꝑficit ea que ſunt ad finē. Cū aūt
creature non ſint ſuū eſſe. oportet ꝙ habeant eſſe receptū
et per hoc eaꝝ eſſe eſt finitū et terminatū per menſuram
eius in quo recipitur. Sic igitur inter illa tria q̄ Aug⁹.
ponit vltimū ſcꝫ ordo. eſt reſpectus quē nomen boni im
portat. ſed alia duo ſcꝫ ſpecies ꝛ modus cauſant illū re/
ſpectū. ſpecies eñ ꝑtinet ad ipſam rationē ſpeciei. q̄ qui
dem ſm ꝙ eſſe habet. in aliquo recipit̄ ꝑ aliquē modū de
terminatū. cū omē qd̄ eſt in aliq̄ ſit in eo ꝑ modū recipiē
tis. Ita igit̄ vnūqdqꝫ bonū eſt inquantū ē ꝑfectiuū ſm
rationē ſpeciei ꝛ eſſe ſimul. ꝛ ſic bona habēt modū ſpecieꝫ
et ordinē. ſpeciē quidē quātū ad ipſaꝫ rationem ſpēi. mo
dū quātū ad eſſe. ordinē aūt quātū ad ipſaꝫ habitudineꝫ
perfectiui.
¶ Ad ꝑmū igit̄ dd̄m. ꝙ rō illa ꝓcederet. ſi nomē bo Ad .i.
ni eēt ipoſitū ad ſignificādū ipſaꝫ habitudinē. qd̄ falſuꝫ ē
vt ex dictis patet. ꝛ ꝓpt̄ hoc rō nō ſeqtur. ¶ Ad. ij. dd̄m Ad 2
ꝙ bonū nō differt rōne ab ente ꝛ vno q̄ſi habeāt oppoſi/
tas rōnes. ſed qꝛ rō boni includit rōem entis ꝛ vnius et
aliqd̄ addit. ¶ Ad. iij. dd̄m. ſm phm. viij. meth. ꝙ ſi Ad 3
cut i numeris q̄libet vnitas addita vel remota variat ſpe
ciem numeri. ita ꝛ in diffinitionibꝫ qd̄libet additū vel
remotū diuerſaꝫ ſpeciē ꝯſtituit. Ex ipſa igit̄ ſpē in tātū
cōſtituit̄ rō veri inquātū veꝝ eſt ꝑfectiuū ſm rōem ſpē
tm̄. vt ex dictis patet. Sꝫ ex ſpecie ſimul ꝛ numero ꝯſti
tuitur rō boni qd̄ ē ꝑfectiuū nō ſolū ſcd̄m ſpeciē. ſed etiā
ſm eſſe. ¶ Ad. iiij. dd̄m. ꝙ cū dicit Aug⁹. ꝙ totū malū Ad 4
repertū eſt de ſpēi priuatione nō excludit alia duo. qꝛ vt
ipſe in eodē li. dicit. vbi ē aliq̄ ſpecies ibi neceſſario ē ali/
quis modus. ordo etiā ꝯſequitur ſpeciē et modū. ſed ta
men nomīat ſpeciē. quia alia duo ipſam ſpēm ꝯſequūtur

Ad 5 ¶ Ad quintũ dicendũ. ꝙ vbicũqȝ eſt aliquid receptuȝ
opoꝛtet ibi eſſe modũ. cum receptũ limitet̃ ſcd̃m recipi-
ens. Et ideo cũ eſſe creature tam eſſentiale ꝙ̃ accidẽta-
le ſit receptũ. modus non ſolũ inuenitur in accidẽtalibꝫ.
Ad 6 ſed etiam in ſubſtãtialibꝫ. ¶ Ad. vi. dicendũ. ꝙ cum in
iſtis tribus ratio boni ↄſtituatur non potuit a deo fieri
qd̃ eſſet aliqd̃ bonũ nõ habens ſpeciẽ modũ ⁊ oꝛdinem.
Ad 7 ſicut ab eo fieri nõ potuit ꝙ eſſet aliquis homo q̃ nõ eſſet
animal rationale. ¶ Ad ſeptimũ dicendũ. ꝙ etiam ſpeci
es modus et oꝛdo ſingulũ hoꝝ eſt bonũ. non illo modo
dicendi bonũ quo ſubſiſtens in bonitate ẽ bonum. ſed q̃
principiũ bonitatis bonũ eſt. Unde nõ opoꝛtet ꝙ ſingu
lum eoꝛũ habeat ſpeciem modũ et oꝛdinẽ. ſicut non opoꝛ
tet ꝙ foꝛma habeat foꝛmã ꝙ̃uis ſit ens et omne ens ſit
per foꝛmã. Et hoc eſt ꝙ quidã dicũt. cum dicitur oĩa
habere ſpeciem modũ et oꝛdinẽ. intelligitur de creatis et
Ad 8 non de cõcreatis. ¶ Ad octauũ dicendũ. ꝙ quidam di-
cunt ſpeciem modũ et oꝛdinẽ ſm ꝙ ↄſtituũt bonũ natu
re. ⁊ ſcd̃m ꝙ diminuũtur per peccatũ pꝛout pertinet ad
bonum moꝛis eſſe eadẽ. ſed differre ſm rationẽ. Sicut
patet in volũtate. quia ipſa eadeȝ poteſt ↄſiderari inquã
tum natura quedã. ⁊ ſic ſunt in ea ſpecies modus et oꝛ-
do conſtituẽtia bonũ nature. Uel inquantũ eſt volũtas
pꝛout habet oꝛdinẽ ad gratiam. ⁊ ſic attribuitur ei modꝰ
oꝛdo ⁊ ſpecies. que poſſunt diminui ꝑ peccatũ que con-
ſtituunt bonũ moꝛis. Uel poteſt melius dici. ꝙ cum bo
num ↄſequitur eſſe. ⁊ bonum per ſpeciẽ ⁊ modum et oꝛ
dinem conſtituatur. ſicut aliud eſt ſubſtãtiale eſſe et ali-
ud accidentale. Et ita conſtat eſſe aliam foꝛmã ſubſtan
tialem et accidentalẽ. ⁊ vtrũqȝ pꝛopꝛiũ habet modum et
Ad 9 pꝛopꝛiũ oꝛdinem. ¶ Ad nonũ dicendũ. ꝙ ſcd̃m Augꝰ.
in libꝛo de natura boni. modus ſpecies ⁊ oꝛdo. non ideo
dicũtur mala. quia in ſe mala ſint. ſed qꝛ vel minoꝛa ſunt
ꝙ̃ eſſe habeant vel quia nõ accomodãtur quibꝫ accomo-
danda ſunt. ⁊ ideo ex aliq̃ priuatione circa modũ ſpecieȝ
Ad 10 et oꝛdinẽ dicũtur mala. non aũt ex ſeipſis. ¶ Ad. x. di-
cendũ. ꝙ verbũ Ambꝛo. nõ eſt intelligendũ ꝙ lux omni
no careat modo. cũ habeat limitatam ſpeciẽ et virtuteȝ.
ſed quia nõ determinat̃ reſpectu aliquoꝝ coꝛpoꝛalium.
eo ꝙ ad oĩa coꝛpoꝛalia ſe extendit inquantũ nata ſunt
omnia vel illuminari vel alios effectus per lucem recipe
Ad .ii. re. vt pꝫ ꝑ Dyoniſ. in. iiij. ca. de di. no. ¶ Ad. xi. dm̃
ꝙ caritas ſm ſuũ eẽ qd̃ habet in ſubiecto. habet modũ ⁊
ſic creatura q̃dã eſt. ꝑut aũt cõpat̃ ad bonũ infinitũ qd̃
deꝰ ẽ nõ habet modũ vltra quẽ caritas nr̃a non pꝛocedit.

### ¶ Materia. xxij. de appetitu boni et voluntate.

## Queſtio. xxij. ẽ de ap-

petitu boni ⁊ voluntate. ⁊ habet quindecim
queſtiones. Pꝛima. vtꝝ oĩa appetant bonũ
Secũda. vtꝝ oĩa appetãt ipſum deũ. Tertia. vtꝝ appeti
tus ſit q̃dã ſpecialis potẽtia aĩe Quarta. vtꝝ volũtas in
rationabilibꝫ ſit alia potẽtia ꝓter appetitiuã ſenſitiue ꝑ-
tis. Quĩta. vtꝝ volũtas aliq̃d de neceſſitate velit. Sex
ta. vtꝝ volũtas de neceſſitate velit q̃cq̃d vult. Septima
vtrũ aliq̃s mereatur volendo id qd̃ de neceſſitate vult.
Octaua. vtrũ deꝰ poſſit cogere volũtatẽ. Nona. vtruȝ
aliq̃ creatura poſſit ĩmutare volũtatẽ vel impꝛimere ali-
quid in ipſaȝ. Decima. vtꝝ volũtas et intellectus ſint
eadẽ potẽtia. Undecima. vtꝝ volũtas ſit altioꝛ potẽtia
ꝙ̃ intellectꝰ vel ecõuerſo. Duodecima. vtꝝ volũtas mo
ueat intellectũ ⁊ alias vires aĩe. Decimatertia. vtrũ intẽ
tio ſit actus volũtatis. Decimaquarta. vtrũ eodẽ mo-
tu volũtas velit finẽ ⁊ intẽdat ea q̃ ſunt ad finẽ. Decima
quinta. vtrũ electio ſit actus voluntatis.

## Queſtio eſt de ap-

petitu boni ⁊ volũtate. Et q̃rit̃ pͥmo
vtrũ oĩa bonũ appetãt. Et videt̃ ꝙ 1.
nõ. Eodẽ eñ modo ens ſe habet ad
veꝝ et bonũ. cũ ↄuertat̃ cũ vtroqȝ. ſi
cut ergo ↄgnitio ſe habet ad verũ. ſic
appetitus ad bonũ. nõ aũt oĩe ens ↄgnoſcit veꝝ. ergo
nec oĩe ens appetit bonũ. ¶ Pꝛe. Remoto pꝛioꝛi remo 2
uetur poſteriꝰ. ſed in aĩali ↄgnitio appetitũ p̃cedit. Co-
gnitio aũt nullo mõ ſe extẽdit ad inaĩata vt dicamꝰ ea co
gnoſcere naturalit̃. ergo nec appetitꝰ ad eadẽ ſe extendit
vt dicamus ea naturalit̃ appetere bonũ. ¶ Pꝛe. Scd̃m 3
Boetiũ in li. de ebdo. Unũqđqȝ dicit̃ appetere aliud in
quantũ eſt ſibi ſimile. ſi res igitur aliq̃ appetat ſibi bonũ.
opoꝛtet ꝙ ſit ſimilis bono. cũ aũt ſimilia ſint quoꝝ eſt q̃
litas ⁊ foꝛma vna. opoꝛtet foꝛmã boni eſſe in appetẽte bo
num. ſed nõ põt eſſe ꝙ ſit ibi ſm eſſe nature. qꝛ iam vlte
rius bonũ nõ appeteret. qd̃ eñ habet q̃s iam nõ appetit.
ergo opoꝛtet ꝙ in appetente bonũ foꝛma boni pꝛeexiſtat
ꝑ modũ intẽtionis. Sed in quocũqȝ ẽ aliq̃d ꝑ hũc mo-
dũ. illud ẽ ↄgnoſcẽs. ergo appetitꝰ boni nõ põt eſſe niſi ĩ co
gnoſcentibꝫ. ⁊ ſic idẽ qd̃ pꝛius. ¶ Pꝛe. Si oĩa bonũ appe 4.
tũt. hoc opoꝛtet intelligi de bono qd̃ oĩa poſſunt habere. qꝛ
nihil appetit rõnabilit̃ ⁊ naturalit̃ qd̃ impoſſibile ẽ ipſum
habere. ſed bonũ extendẽs ſe ad oĩa entia nõ eſt niſi eſſe. ergo
idẽ eſt dicere oĩa bonũ appetere ⁊ eſſe. ſed nõ oĩa appetũt
eſſe. immo vt videt̃ nulla. qꝛ oĩa eſſe habẽt ⁊ nihil appetit
niſi qd̃ nõ habet. vt pꝫ ꝑ Augꝰ. in li. de tri. et ꝑ pħm in pͥ
mo phyſ. ergo non oĩa bonũ appetũt ¶ Pꝛe. Unũ ⁊ bonũ 5
et verũ equalit̃ ↄuertũtur. ſed nõ oĩa entia appetũt vnũ
et verũ. ergo nec bonũ ¶ Pꝛe. Scd̃m pħm q̃dã habẽtes 6
rectã rationẽ ↄtra rationẽ operãtur. nõ aũt operarent̃ ni
ſi appeterẽt vel vellẽt. qd̃ aũt ↄtra rationẽ eſt malũ eſt. ergo
quidã appetũt malũ. nõ igitur oĩa appetũt bonũ ¶ Pꝛe.
Bonũ qd̃ oĩa appetere dicũt̃ ſm Cõmẽ. in pͥmo ethy 7
coꝝ eſt eſſe. ſꝫ quidã nõ appetũt eſſe. ſed magis non eſſe.
vt dãnati q̃ ⁊ moꝛtẽ aĩe deſiderãt vt penitꝰ nõ eſſent. ergo
nõ oĩa bonũ appetũt ¶ Pꝛe. Sicut vires appꝛehẽſiue cõ 8
parãtur ad ſua obiecta. ita etiã appetitiue. ſed vis appꝛe
hẽſiua debet eſſe denudata a ſpecie ſui obiecti ad hoc vt co
gnoſcat ſicut pupilla a coloꝛe. ergo appetẽs bonũ debet eſſe
denudatũ a ſpecie boni. ſꝫ oĩa habẽt ſpeciẽ boni. ergo nihil
appetit bonũ. ¶ Pꝛe. Operari aliq̃d ꝓpt̃ finẽ ↄuenit crea-
toꝛi. ⁊ creature agẽti a ꝓpoſito. ſꝫ creatoꝛ agẽs a ꝓpoſito 9
et creatura. vt hõ artificialit̃ operãdo ꝓpt̃ finẽ aut deſide
rando vel diligẽdo bonũ habẽt ↄgnitionẽ boni vel finis.
Ergo ⁊ natura q̃ eſt media inter duo. vtpote pꝛeſuppo
nẽs opus creationis ⁊ p̃ſuppoſita in opere artis. ſi debe
at appetere bonũ ꝓpt̃ qd̃ operat̃ opoꝛtet ꝙ ipſuȝ cogno-
ſcat. ſꝫ nõ ↄgnoſcit. ergo etiã naturalia nõ appetũt bonũ
¶ Pꝛe. Omne illud qd̃ appetit̃ querit̃. ſed ſm Plato. ni
hil põt queri cuiꝰ noticia nõ habet̃. ſicut ſi aliq̃s quereret 10
ſeruũ fugitiuũ niſi eiꝰ noticiã habeat cũ iuenit iuenire ne
ſciret. ergo illa q̃ non habent ↄgnitionẽ boni non appetunt.

.xi. ¶ Pꝛete. Appetere finem ē eius quod oꝛdinatur in finē
ſed vltimus finis qui eſt deus nō oꝛdinatur in finem. er⸗
go non appetit finem vel bonū ⁊ ita non appetūt bonum
.xii. omnia. ¶ Pꝛete. Natura determīata eſt ad vnū. ſi ergo
res naturaliter appetant bonū. non deberēt aliquid ali⸗
ud naturaliter appetere. ſed naturaliter oīa appetunt
pacem. vt patet per Auguſti. in. xiiij. de ciui. dei. Et per
Dyoniſ. in. xiij. ca. de di. no. Et iterū pulcrū oīa appetūt
vt etiam patet p Dyoniſ. in. iiij. ca de di. no. ergo nō om
.xiij. nia appetunt bonū naturaliter. ¶ Pꝛete. Sicut aliquis
appetit finem quē non habet. ita delectatur in eo iā habi⸗
to. ſed non dicimus res inaīatas delectari in bono. ergo
Contra — non debet dici ꝙ bonū appetant.

¶ Sed contra eſt quod Dyoniſius dicit in quarto
capitulo de diuinis nominibus. Exiſtentia pulcrum et
bonum deſiderant ⁊ oīa quecūqꝫ faciūt. ꝓpter hoc ꝙ vi
detur eis bonū faciūt. ⁊ omniū exiſtentiū intentio prin⸗
cipium et finem bonū habet. ¶ Pre. Philoſophus dicit
in pꝛimo Ethi. ꝙ quidā bonū bene diffiniūt dicentes ꝙ
bonū eſt qđ oīa appetūt ¶ Pre. Omne qđ agit agit ꝓp⸗
ter finē. vt ptꝫ p phꝫ in. ij. Methaphyſ. ſed qđ agit ꝓpter
aliqđ appetit illud. ergo oīa appetunt finē et bonū qđ ha
bet rationē finis. ¶ Pre. Omnia appetūt ſuā pfectiōnē. ſꝫ
vnūqđqꝫ ex h ꝙ fit pfectū eſt bonū. ḡ oīa appetūt bonū
Rñ° ¶ Reſpōſio dicendū. ꝙ oīa bonū appetūt non ſolum
habentia cognitionē. ſed etiā que ſunt ꝯgnitionis exper
Opinio falſa — tia. ¶ Ad cuius euidentiā ſciendum eſt. ꝙ quidā anti
qui phi poſuerūt effectus euenictes in natura ex neceſſi
tate precedentiū cauſarū ꝓuenire. non ita ꝙ cauſe natu⸗
rales eſſent hoc modo diſpoſite ꝓpter couenientiā taliū
Reprobat — effectuū. ¶ Quod phs in. ij. Phyſ. ex hoc imp̄robat. qꝛ
ſcđm hoc huiuſmodi couenientie et vtilitates cum non
eſſent modo aliquo intente caſu ꝓuenirēt. ⁊ ſic non acci
derēt in maioꝛi pte ſed in minoꝛi. ſicut et cetera que caſu
accidere dicimus. Unde neceſſe eſt dicere ꝙ omnes res
naturales ſint oꝛdinate et diſpoſite ad ſuos effectus cō
Dupl'r aliqđ dirigit i finem — uenientes ¶ Dupliciter aūt ꝯtingit aliqđ oꝛdinari ⁊ di
rigi in aliqđ ſicut in finem Uno mō per ſeipſuꝫ. ſicut ho
mo ſeipſum dirigit ad locū quo tendit. Alio mō ab al⸗
tero ſicut ſagitta que a ſagittāte dirigitur ad determina
tum locū. Et ſe quidē in finem dirigi nō poſſunt niſi illa
que finem cognoſcūt. opoꝛtet enī dirigens habere cogni
tionem eius in qđ dirigatur. Sed ab alio poſſunt dirigi
in finem determinatū etiā que finem nō cognoſcūt. ſicut
patet de ſagitta. Sed hoc dupliciter ꝯtingit. Qñqꝫ enī
id quod dirigitur in finē ſolūmodo ipellitur et mouetur
a dirigente ſine hoc ꝙ aliquā foꝛmā a dirigēte conſequa
tur p quā ei cōpetat talis directio vel inclinatio. et talis
inclinatio eſt violenta. ſicut ſagitta inclinatur a ſagittan
te ad ſignū determinatū. Aliqñ aūt id quod dirigit vel
inclinatur in finem conſeqtur a dirigente vel a mouente
aliquā foꝛmā per quā ſibi talis inclinatio ꝯpetit. vnde ⁊
talis inclinatio erit naturalis quaſi habens pꝛincipiū na
turale. ſicut ille qui dedit lapidi grauitatē inclinauit ad
hoc ꝙ deoꝛſum naturaliter ferretur. p quē modum gene
rās ē motoꝛ in grauib⁹ ⁊ leuib⁹ ſm phm in. viij. phyſico
rū. Et p hūc modū oīa naturalia in ea q̄ eis ꝯueniūt ſūt
inclinata habētia aliqđ qđ eſt inclinationis pncipiū ra⸗
tione cuius inclinatio eoꝝ eſt naturalis. ita ꝙ quodāmō
ipſa vadāt ⁊ nō ſolū ducātur in fines debitos. violenta
enī tantum ducūtur quia nihil conferūt mouenti. ſed na
turalia etiam vadunt in finem inquātū cooperant incli⸗
nāti et dirigenti p pꝛincipiū eis inditū. Qđ aūt dirigitur
vel inclinatur ad aliqđ ab alio. in id inclinatur qđ eſt in
tentum ab eo q̄ inclinat vel dirigit. ſicut in idem ſignuꝫ
ſagitta dirigit qđ ſagittatoꝛ intendit. Unde cū oīa na
turalia naturali quadā inclinatione inclinata ſint ad fi⸗
nes ſuos a pmo motoꝛe qui eſt deus. opoꝛtet ꝙ id in qđ
vnūquodqꝫ naturaliter inclinatur ſit illud qđ volitum ē
vel intentū a deo. Deus aūt cū non habeat aliū ſue volū
tatis finē niſi ſeipſuꝫ et ipſe ſit ipſa bonitat ſ eēntia. opoꝛ
tet ꝙ oīa alia ſint inclinata in bonū naturaliter. Appete
re aūt nihil aliud ē q̄ʒ ad aliqđ petere. id eſt tēdere in ali
quid ad ipſum oꝛdinatū. Unde cū oīa ſint oꝛdinata ⁊ di
recta a deo in bonū. et hoc mō ꝙ vnicuiqꝫ inſit pncipiū
per qđ ipſuꝫ intēdit in bonū quaſi petēs ipſum bonum.
opoꝛtet dicere ꝙ naturaliter oīa bonū appetant. Si enī
eſſent oīa inclinata in bonū ſine hoc ꝙ haberēt in ſe aliqđ
inclinationis pncipiū poſſent dici ducta in bonū. ſed nō
appetētia bonū. Sed ratione inditi pncipij dicūtur om⸗
nia appetere bonū quaſi ſponte tēdētia in bonū. Propt
qđ etiā dicit Sap. vij. ꝙ diuina ſapiētia diſponit omnia
ſuauiter. qꝛ vnumqđqꝫ ex ſuo motu tendit in illud in qđ
diuinitus eſt oꝛdinatum.

¶ Ad pmū igit dicendū. ꝙ veꝝ et bonū quodāmo — Ad .i.
do ſe habent ſimiliter ad ens ⁊ quodāmodo diſſimiliter
Scđm vero pꝛedicationis ꝯuerſionē ſilr. ſicut enī vnū⸗
quodqꝫ eſt bonū ita et verū. Sed ſm oꝛdinē cauſe pfici
entis diſſimilit. nō enī veꝝ habet cauſe pficiētis oꝛdineꝫ
ad oīa entia ſicut bonum. quia ſcꝫ pfectio veri attendit
ſm rationē ſpeciei ſolū. vñ immaterialia ſola poſſunt pfi
ci vero. qꝛ ipſa tantū poſſunt recipe rationē ſpeciei ſine
eſſe materiali. bonū vero cū ſit perfectiuū ſcđm rationem
ſpeciei et eſſe ſimul. poteſt pficere tā materialia q̄ʒ imma
terialia. ⁊ ideo oīa poſſunt appetere bonū. ſed nō oīa co⸗
gnoſcere verū ¶ Ad. ij. dicendū. ꝙ quidā dicūt ꝙ ſicut — Ad 2
omnibus appetitus naturalis ineſt ita ⁊ cognitio natu⸗
ralis ¶ Sꝫ hoc nō pōt eſſe verū. qꝛ cū cognitio ſit p aſſi — Repbat
milationē. ſimilitudo in eſſe nature non facit cognitionē
ſed magis impedit. ratione cuius opoꝛtet oꝛgana ſenſu
um a ſpecieb⁹ ſenſibiliū eſſe denudata vt poſſint eas re
cipere ſcđm eſſe ſpirituale qđ cognitionē cauſat. Unde
illa q̄ nullo modo poſſunt aliqđ recipe niſi materiale eſſe
nullo modo poſſunt ꝯgnoſcere. appetere tamen poſſunt
inquantū oꝛdinātur in aliquā rem in eſſe nature exiſten⸗
tem ¶ Appetitus enim non reſpicit de neceſſitate eſſe ſpi
rituale ſicut cognitio. vñ poteſt eſſe appetitus naturalis
ſed nō cognitio naturalis Nec tñ per hoc phibetur quin
appetitus in aīalib⁹ ꝯgnitionē ſeqtur. quia etiā in rebus
naturalib⁹ ſeqtur appꝛehenſionē vel ꝯgnitionē. nō tamē
ipſoꝝ appetentiū. ſed illius q̄ ea in finē oꝛdinat. ¶ Ad — Ad 3
tertiū dicendū. ꝙ omne qđ appetit aliquid. appetit illud
inquantū habet ſimilitudinē aliquā cum ipſo. Nec illa ſi
militudo ſufficit q̄ eſt ſm eſſe ſpirituale. alias opoꝛteret
ꝙ animal appeteret q̄cquid ꝯgnoſcit. ſed opoꝛtet ꝙ ſit
ſimilitudo ſm eſſe nature. Sed hec ſimilitudo attendit
dupliciť. Uno mō ſm ꝙ foꝛma vni⁹ ſm actū pfectū eſt
in alio. ⁊ tūc ex hoc ꝙ aliqđ ſic aſſimilat fini nō tendit in
finē. ſed q̄eſcit in finē. Alio mō ſm ꝙ foꝛma vnius eſt in
alio incōplete id ē in potētia. Et ſic ſm ꝙ aliqđ habet in
ſe foꝛmā finis et boni in potētia tēdit in bonū vel finem
et appetit ipſuꝫ. Et ſcđm hūc modū materia dicit appe⸗
tere foꝛmā inquātū ē in ea foꝛma in potētia. Et ideo quā
to iſta potentia ē magis pfecta ⁊ ꝓpinquioꝛ actui. tanto

cauſat vehementiorem inclinatōem. Ex quo cōtingit ꝙ
oīs motus naturalis in fine intendit quādo id qđ ten
Ad 4 dit in finem iam eſt fini ſimilius. ¶ Ad .iiij. dōm. ꝙ cum
dicit. oīa bonū appetūt. nō oportʒ bonum determinari
ad hoc vel illud. ſed in ꝯmunitate accipi. qꝛ vnūqđqʒ ap
petit ſibi bonū naturaliter ꝯueniens. ſi tamē ad aliquod
vnū bonū determinet. hoc vnū erit eſſe. Nec hoc ꝓhibet
ꝑ hoc ꝙ oīa eſſe habent. qꝛ que habent eſſe appetūt eius
ꝯtinuatōem. et qđ habet eſſe in actu vno mō. habet eſſe
in potentia alio mō. ſicut aer eſt actu aer. ꝛ potētia ignis.
Ad 5 ſic qđ habet eſſe actu appetit eſſe actu. ¶ Ad .v. dōm. ꝙ
vnū ꝛ verum nō habent rōnem finis ſicut ꝛ bonū. ꝛ ideo
Ad 6 nec etiā rōnem appetibilis dicunt. ¶ Ad .vi. dōm. ꝙ illi
etiā qui operant ꝯtra rōnem appetunt bonū ꝑ ſe. vtputa
qui fornicat attendit ad id qđ eſt bonū ꝛ delectabile ſm
ſenſum. ſed ꝙ ſit malum ſm rōnem. hoc eſt pter eius in/
tentionem. vnde bonū eſt deſideratū ꝑ ſe. malum autē ꝑ
Ad 7 accidens ¶ Ad .vij. dōm. ꝙ ſicut aliquid ſe habet ad ħ
ꝙ ſit bonū. ita ꝙ ſit appetibile ꝛ delectabile Dictū eſt eñ
ſupra ꝙ ſm eſſe ſubſtātiale nō dr aliquid bonū ſimplr ꝛ
abſolute. niſi ſupaddātur alie pfectiōes debite. Et ideo
ipſum eſſe ſubſtātiale nō eſt abſolute appetibile niſi debi
tis pfectionib adiūctis. Unde dicit phus in pmo ethi.
Omnib delectabile eſt eſſe. nō oportʒ aūt recipere ma/
lam vitam ꝛ corruptaʒ neqʒ in triſticijs. hec eñ eſt mala
ſimplr ꝛ ſimplr fugienda. ꝗuis ſit appetibilis ſm quid.
Eiuſdē aūt rōnis eſt in appetendo ꝛ fugiendo aliqđ eſſe
bonū ꝛ corruptiuū mali. vel eſſe malū ꝛ corruptiuū boni.
vnde ipſum carere malo bonum dicimus ſm phm in .v.
ethi. Non eſſe igit accipit rōnem boni inꝗ̄tum tollit eſſe
in malicia vel in triſticia. qđ eſt malum ſimplr. licet ſit bo
nū ſm quid. et ꝑ hūc modū non eſſe pt deſiderari ſub rō
Ad 8 ne boni. ¶ Ad .viij. dōm. ꝙ in apprehenſiuis potentijs
nō ſemꝑ hoc eſt verum ꝙ potentia totaliter denudetur
a ſpecie ſui obiecti. hoc eñ fallit in illis potentijs. que ha
bent obiectū vniuerſale. ſicut eſt intellectus. cuius obie/
ctum eſt qđ quid eſt. cum tamen habeat quidditatē opor
tet tñ ꝙ ſit denudatus a formis illis quas recipit. Fallit
etiā in tactu ꝓpter ħ. qꝛ etſi hñt ſpecialia obiecta. ſtʒ tñ de
necītate aīalis. vñ organū eius non pt eſſe omino abſqʒ
calido ꝛ frigido. eſt tñ quodāmodo pter calidum ꝛ frigi/
dum inꝗ̄tum eſt medie ꝯplexionatum. medium aūt neu
trum extremorū eſt. Appetitus aūt habet obiectum ſcilʒ
bonū. vnde nō eſt denudatus totaliter a bono. ſed a bo/
no quod appetit. habet tamen illud in potentia. et ſm ħ
aſſimilatur illi. ſicut potentia apprehenſiua eſt in potētia
Ad 9 ad ſpēm ſui obiecti. ¶ Ad .ix. dōm. ꝙ ſicut ex dictis pa/
tet in omni dirigente in fineʒ requiritur cognitio finis. na
tura autem non dirigit in finem ſed dirigitur. deus autē
eſt agens a propoſito quodlibet dirigens in finem. ꝛ ideo
oportʒ ꝙ habeat finis cognitionem. non autem res natu
Ad 10 ralis. ¶ Ad decimū dicendum. ꝙ ratio illa recte proce/
dit de eo quod appetit finem. quaſi ſeipſum dirigens in fi
nem. quia in eo requiritur ꝙ ſciat cum ad finem perue/
Ad 11 tum fuerit. non autem in eo oportet qđ tñ in fineʒ dirigit
¶ Ad vndecimū dicendum. ꝙ per quam naturam ali/
quid tendit in finem quem nōdum habet. per eandē de/
lectatur in fine cum iam habet. ſicut per eandem naturā
terra mouetur deorſum et quieſcit ibi. Fini ergo vltimo
non competit tendere in finem. ſed ſeipſo fine frui. et hoc
licet proprie appetitus dici non poſſet eſt tamen quod/
dam ad genus appetitus pertinens a quo omnis appeti
tus deriuatur. ex hoc eñ ꝙ deus ſeipſo fruitur alia in ſe
dirigit. ¶ Ad duodecimū dōm. ꝙ appetitum terminari Ad 12
ad bonum et pacem ꝛ pulcrum. non eſt eum terminari in
diuerſa. Ex hoc eñ ipſo ꝙ aliquid appetit bonum. appe
tit ſimul ꝛ pulcrum ꝛ pacem. pulcrum quidem inꝗ̄tum
eſt in ſeipſo modificatum ꝛ ſpecificatum. quod in ratione
boni includitur. ſed bonum addit ordineʒ perfectiui ad
alia. Unde quicūqʒ appetit bonum. appetit hoc ipſo pul/
crum Pax autē ꝯimportat remotionem perturbantium
et impedientium adeptionem boni. ex hoc ipō ꝙ aliquid
deſideratur. deſideratur etiam remotio impedimentorū
eius. vnde in eodem appetitu appetitur bonum pulcrū
et pax. ¶ Ad decimūtercium dicendū. ꝙ delectatio in Ad 13
ſui ratōne includit rationem boni quod delectat. ꝛ ꝓpter
hoc nō pñt delectari in fine debito. niſi ea que cognoſcūt
finem. ſed appetitus non importat cognitionem in appe/
tente. vt ex dictis patet. tamen large ꝛ improprie accipi/
endo delectatōem Dyo. dicit .iiij. ca. ꝙ bonū ꝛ pulcrum
eſt omnib delectabile ꝛ amabile

## Secūdo querit. vtruʒ omnia appetant ipſum deum.

¶ Et videtur 1
ꝙ non. res eñ ordinatur in deum vt eſt cognoſcibilis et
appetibilis. ſed non omnia que ordinantur in ipſuʒ vt eſt
cognoſcibilis ꝛ appetibilis cognoſcunt ipſum. non eñ
omnia cognoſcentia cognoſcūt deum. ergo nec oīa que
ordināntur in ipſum vt appetibile appetūt ipſum. ¶ Pre.
Bonum quod eſt ab omnib deſideratum ſcđm philoſo 2
phum primo ethicoꝝ. eſt eſſe. vt ibidem vult Cōmen.
ſed deus non eſt eſſe omniū. ergo deus non eſt illud bo/
num quod ab omnib eſt deſideratum. ¶ Pre. Nullus 3
appetit illud quod refugit. ſed quidam refugiunt deum
cū odiūt ipm. vt habet in pſalº. Supbia eoꝝ q te ode. ꝛc
Et Job .xxi. Dixerūt deo recede a nobis. ergo nō om/
nia appetunt deuʒ ¶ Prete. Nullus appetit illud quod 4
habet. ſed quidā. ſicut beati q deo fruūtur. hñt ipm deuʒ
ergo non omnia deum appetunt. ¶ Pre. Naturalis ap 5
petitus non eſt niſi eius quod poteſt haberi. ſed ſola rati/
onalis creatura poteſt habere deum. cum ſola ſit ad ima
ginem. ꝛ eo ipſo imago dei ſit quo capax eius eſt. vt Au
guſtinus dicit in libro de trini. ergo non omnia appetunt
deum naturaliter
¶ Sed contra eſt quod Auguſti. dicit in libro ſolilo. Cōtra
Deū diligit quicquid diligere poteſt. ſed omnia poſſūnt
diligere. quia omnia appetūt bonum. ergo omnia appetūt
deū. ¶ Pre. Unūquodqʒ appetit finē ſuū naturaliter
propter quem eſt. ſed omnia ſunt ordinata in deum ſicut
in finem. Prouerb .xvi. vniuerſa propter ipſum operatus
eſt dominus. ergo omnia naturaliter appetunt deum
¶ Reſponſio dicendum. ꝙ omnia naturaliter appe/ Rſo
tunt deum implicite. non autem explicite. ¶ Ad cuius Nota
euidentiam ſciendum eſt. ꝙ ſecūdaria cauſa non poteſt in
fluere in ſuū effectum. niſi inꝗ̄tum recipit virtutem pri/
me cauſe. ſicut aūt influere cauſe efficientis eſt agere. ita
influere cauſe finalis eſt appeti ꝛ deſiderari Et ideo ſicut
ſecūdarium agens non agit niſi virtute primi agentis ex
iſtente in ipſo. ita ſecūdarius finis non appetitur niſi per
virtutem finis principalis in eo exiſtentem. prout ſcilʒ eſt
ordinatum in illud. vel habet ſimilitudinem eius. ꝛ ideo
ſicut deus ꝓpter hoc ꝙ eſt primū efficiēs agit in omī agen

te. ita ꝓpter hoc ꝙ eſt vltimus finis appetitur in om̃i fine.
ſed hoc eſt appetere ipm̃ deum implicite. Sic em̃ ṽtus
ꝑme cauſe eſt in ſecũda vt etiam ꝑncipia in concluſionib⁹
reſoluere aũt ꝯcluſiones in principia vel ſecundas cauſas
in ꝑmas eſt virtutis rõnalis. vnde tñ ratiõalis creatura
poteſt ſecũdos fines in ipſum deum per quãdam viaȝ re-
ſolutionis reducere. vt ſic ipſum deum explicite appetat
et ſicut in demonſtratiuis ſcientijs nec recte ſumit̃ cõclu-
ſio niſi per reſolutõem in prima ꝑncipia. ita appetitus cre
ature rõnalis nõ eſt rectus niſi ꝑ appetitum explicitum
ipſius dei actu vel habitu
Ad .j. ¶ Ad ꝑmũ igitur dõm. ꝙ etiam om̃ia cognoſcentia
cognoſcũt implicite deum in omni cognito. ſicut em̃ nihil
habet rõnem appetibilis niſi per ſimilitudinẽ ꝑme boni-
tatis. ita nihil eſt cognoſcibile niſi per ſimilitudinẽ prime
Ad 2 veritatis. ¶ Ad ſecũdũ dicendũ. ꝙ ipſum eſſe creatum
eſt ſimilitudo diuine bonitatis. vnde inq̃ʒtum aliqua de
ſiderant eſſe. deſiderant dei ſimilitudineȝ ⁊ deum impli
Ad 3 cite. ¶ Ad terciũ dõm. ꝙ deus poteſt dupliciter ꝯſidera
Dupl'r de' ꝯſiderat. ri. vel in ſe. vel in effectib⁹ ſuis. In ſe quidem cum ſit ipſa
eſſentia bonitatis. non p̃t nõ diligi. vnde ab omnib⁹ vidẽ
tibus eum per eſſentiam diligit̃ et inq̃ʒtuȝ quiſq; cogno
ſcit tantũ diligit. Sed in aliq̇b⁹ effectib⁹ ſuis inq̃ʒtũ ſunt
ꝯtrarij volũtati. ſicut ſunt pene illate vel p̄cepta q̃ gra-
uia videntur ipſe deus refugit̃ ⁊ quodãmodo odio habe
tur. ⁊ tamen oportȝ ꝙ illi qui eum q̃ʒtum ad aliquos ef-
fectus odiũt. in alijs effectib⁹ diligant eũ. ſicut ipſi demo-
nes. ſm Dyo. in. iiij. ca. de di. no. appetũt eſſe viuere natu
raliter. ⁊ in hoc ipſum deuȝ appetũt ⁊ diligũt ¶ Ad q̃r-
Ad 4 tum dõm. ꝙ beati qui iam fruitur deo appetũt fruitionis
ꝯtinuitatem. Et iterũ fruitio ipſa eſt ſicut iam quidam
habitus ꝑfectus ſuo appetibili. q̃uis nomen appetitus
imꝑfectionẽ importet ¶ Ad quintũ dõm. ꝙ ſola creatu
Ad 5 ra rõnalis capax dei dicit̃. q: ipſa ſola p̃t ipm̃ cognoſcere
et amare explicite. ſed etiã alie creature participãt diui-
nã ſimilitudinẽ. ⁊ ſic ipm̃ deũ appetũt

## Tercio querit̃. vtruȝ

appetitus ſit quedã ſpẽalis potẽtia aie. ¶ Et
videt̃ ꝙ non. potentie em̃ aie nõ ordinãtur niſi ad opera
.j. vite. ſed opera vite dicũtur quib⁹ aĩata ab inaĩatis diſtin
guũtur. ſʒ ſm appetere nõ diſtinguũtur aĩata ab inaĩatis
q: etiã inaĩata bonũ appetũt. ergo appetitus non eſt ſpẽa
lis potentia anime ¶ Pre. Appetitus nihil aliud videt̃
2 eſſe q̃ʒ q̃dam directio in finem. ſed appetitus naturalis
ſufficit ad hoc ꝙ aliquid ꝑ ipm̃ dirigatur in finem. ergo
non oportȝ ſuꝑaddi appetitum animalem. qui ſit ſpecia-
lis potentia aie ¶ Pre. Operatões ⁊ potentie differũt
3 penes terminos. ſed idem eſt terminus appetitus natura
lis ⁊ aĩalis. ſcȝ bonũ. ergo eadẽ eſt operatio vel potentia
ſed appetitus naturalis nõ eſt potentia aie. ergo nec aĩa-
lis. ¶ Pre. Appetitus eſt rei nõ habite ſm Aug$^{n}$. ſed
4 in aĩalib⁹ iam per cognitõem habet̃ bonũ. ergo cognitio-
nem boni nõ ſeq̇tur in aĩalib⁹ aliquis appetitus qui ſpeci
alem requirit potentiã. ¶ Pre. Spẽalis potentia ordi-
5 natur ad ſpẽalem actum. nõ aũt ad actũ ꝯmunẽ om̃ibus
anime potentijs. ſed appetere bonũ eſt ꝯmune om̃ib⁹ ani
me potentijs. quod patȝ ex hoc ꝙ quelibet potentia appe
tit ſuũ obiectum ⁊ delectatur in ipſo. ergo appetitus non
6 eſt ſpecialis potentia anime ¶ Pre. Si potẽtia appetiti
ua appetat bonũ. aut appetit bonũ ꝯmuniter. aut appetit
bonũ ſibi. Si aũt appetat bonũ ꝯmuniter. cum om̃is po
tentia alia appetat bonum particulare. appetitiua non eſt
ſpẽalis potentia anime. ſed vniuerſalis. Si autẽ appetat
bonũ ſibi ꝯueniens. cum etiam quelibet potentia alia ſi-
bi bonũ appetat. pari rõne quelibet alia potẽtia poteſt di
ci appetitus. ergo non eſt alia potentia anime que ſpecia
liter debet dici appetitus.
¶ Sed ꝯtra eſt q̇d ꝑhus ponit potentiã appetitiuam Cõtra
ſpẽalem potentiã aie. in. iij. de aia.
¶ Reſponſio dõm. ꝙ appetitus eſt ſpecialis potẽtia R'o
anime ¶ Ad cuius euidentiam eſt ſciendũ. ꝙ cum potẽ
tie anime ordinantur ad opera que ſunt animatoꝝ ꝓpria
ſm hoc aliqua operatio habȝ ꝙ ad eam ſpẽalis anime po
tentia deputetur ꝙ ipſa eſt ꝓpria operatio aĩati. Inueni
aũt operatio que ſm vnũ modum ꝯmunis eſt animatis
et inanimatis. ſed ſm alium modũ eſt aĩatorum ꝓpria. ſi
cut moueri ⁊ generari. Res em̃ ſpũales abſolute habent
naturam vt moueant. ſed nõ vt moueantur. corpora aũt
mouẽtur quidem. ⁊ q̃uis vnũ poſſit alterũ mouere. non
tamen aliquod ipſorũ poteſt mouere ſeipſum. q: illa que
mouent ſeipſa (vt probatur in. viij. phyſi.) diuidũtur in
duas partes. quarum vna eſt mouens. ⁊ alia mota. q̇d
quidem in reb⁹ corporalibus eſſe nõ poteſt. quia forme ea
rum non poſſunt eſſe mouentes. q̃uis poſſunt eſſe mo-
tus principiũ vt quo aliquid mouetur. ſicut patȝ in motu
terre. grauitas em̃ eſt ꝑncipiũ quo mouetur. nõ tamẽ eſt
motor. Et hoc ꝯtingit tum ꝓpter ſimplicitatem corporũ
inanimatoꝝ. que nõ habent tantã diuerſitateȝ in partib⁹
vt vna pars poſſit eſſe mouens ⁊ alia mota. Tum etiaȝ
ꝓpter ignobilitatem ⁊ materialitatẽ formarũ. que q: lon
ge diſtant a formis ſeparatis quarũ eſt mouere. non reti-
nent vt mouere poſſint. ſed ſolum vt ſint motus ꝑncipia
Res aũt animate ſunt ꝯpoſite ex natura ſpũali ⁊ corpora
li. vnde poteſt eſſe in eis vna pars mouẽs ⁊ alia mota taȝ
ſm motũ localem q̃ʒ ſm alios motus. ⁊ ideo inq̃ʒtũ mo-
ueri efficitur hoc mõ ꝓpria operatio ipſoꝝ animatoruȝ vt
ipſa ſeipa moueant ad determinatas ſpecies motus. inue
niũtur in animalib⁹ ſpeciales potentie ordinate. ſicut ad
motũ localem in animalib⁹ vis motiua. in plantis vero et
in animalib⁹ ꝯmuniter vis augmentatiua ad motuȝ au-
gmenti. nutritiua ad motum alteratiõis. generatiua ad
motum generatiõis. Similiter etiaȝ appetere q̇d quodã
modo eſt ꝯmune om̃ibus fit quodãmodo ſpeciale aĩatis
ſcȝ animalib⁹ inq̃ʒtum in eis inuenitur ⁊ appetitus ⁊ mo-
uens appetitum. ipſum em̃ bonũ appꝛehenſum eſt mouẽs
appetitũ ſm ꝑhm in. iij. de aia. Vnde ſicut animalia mo
uentur ex ſe pre alijs. ita etiam appetunt ex ſe. Et ꝓpter h̃
ſicut vis motiua eſt ſpecialis anime potentia. ita vis ap-
petitiua.
¶ Ad ꝑmũ ergo patȝ ſolutio ꝑ iam dicta. ¶ Ad. ij. Ad .j.
dõm. ꝙ q: aĩalia nata ſunt participare diuinã bonitatem Ad 2
eminentius ceteris inferiorib⁹ reb⁹. inde eſt ꝙ indigent
multis operatõib⁹ ⁊ auxilijs ad ſuã ꝑfectõem. ſicut q̃ po-
teſt ꝯſequi ꝑfectam ſanitatem multis exercitijs eſt ꝓpinq̇
or ſanitati q̃ʒ ille qui nõ poteſt ꝑcipere niſi modicam ſani
tatem. ⁊ ob h̃ nõ indiget niſi modico exercitio. ſm exem
plum ꝑhi in lib. ce. ⁊ mũ. et ideo cum appetitus naturalis
ſit determinatus ad vnũ nec poſſit eſſe multiformis vt in
tot diuerſa extendat ſe quot aĩalia indigent. neceſſariũ fuit
vt aĩalib⁹ ſuꝑadderet̃ appetitus aĩalis ꝯſequens appꝛehẽ-
ſionẽ. vt ex multitudine appꝛehenſoꝝ aĩalis appetit⁹ in di

Ad 3 uerſa ferretur ¶ Ad .iij. dōm. ꝙ ꝙuis bonū appetat tam
per appetitū naturalē ꝙ̄ ꝑ aīalem appetitū. tñ ꝑ naturalē
appetitū nō appetitur aliqḋ bonū ex ſe ſicut ꝑ animalem
Et ideo ad appetendū bonū appetitu aīali exigit poten-
tia que nō exigitur ad appetendū per appetitū naturalē.
Et preterea bonum in quod tendit appetitus naturalis
eſt determinatū ⁊ vniforme. nō aūt eſt ita de bono quod
appetitur ꝑ appetitum aīalem. Et poteſt ſimile induci
Ad 4 de virtute motiua. ¶ Ad .iiij. dōm. ꝙ appetens bonum
nō querit habere bonū ſm eſſe intentionale qualiter a co-
gnoſcente habet. ſed ſm eſſentiale. Et ideo ꝑ hoc ꝙ ani-
mal habet bonū vt cognoſcens ipm. nō excluditur quin
Ad 5 poſſit ipſum appetere. ¶ Ad .v. dōm. ꝙ vnaqueqꝫ poten
tia appetit ſuū obiectum appetitu naturali. ſed appetitus
animalis ad ſpecialem potentiā pertinet. et qꝛ appetitus
naturalis determinatus eſt ad vnū. aīal aūt ſeqtur appre
henſionem. inde eſt ꝙ ſingule potentie appetūt bonum
determinatū. ſed vis appetitiua appetit qḋcūqꝫ bonū ap
prehenſum. Nec tamē ſequit ꝙ ſit generalis potentia. qꝛ
bonum ꝯmune appetit ſpēali modo. Unde patet ſolu-
Ad 6 tio ad vltimum.

# Quarto querit. vtruꝫ

voluntas in rōnalibꝰ ſit alia potentia ꝑter appe-
1 titiuā ſenſitiue partis. ¶ Et videt ꝙ non. Accidentalis
eīm differentia obiectoꝝ nō diuerſificat potentias. ſꝫ ob-
iectū volūtatis ⁊ appetitiue nō vident aliter differre niſi
ꝙ volūtas eſt boni apprehenſi per intellectuꝫ. appetitus
aūt ſenſibilis eſt boni apprehenſi ꝑ ſenſum. que apprehē-
2 ſio accidit bono inꝙ̄tum eſt bonum. ergo volūtas nō eſt
alia potentia ab appetitu. ¶ Pre. Uis appetitiua ſenſiti-
ua differt ab intellectiua ꝑ particulare ⁊ vniuerſale. quia
ſenſus apprehendit particularia. intellectus aūt vniuerſa
lia. ſed ꝑ hoc nō poteſt diſtingui appetitus ſenſitiue par-
tis ⁊ intellectiue. qꝛ omnis appetitus eſt boni in rebꝰ exi-
ſtentis. qḋ non eſt vniuerſale ſed ſingulare ergo nō debet
dici ꝙ appetitus rōnalis. qui eſt volūtas rōnalis. ſit alia
3 potentia ab appetitu ſenſitiue partis ꝑ modū quo intel-
lectus eſt alia potentia a ſenſu. ¶ Pre. Sicut apprehen
ſionem ſequit vis appetitiua. ita appetitiuam ſeqtur vis
motiua. ſed motiua nō eſt alia ⁊ alia in rōnalibꝰ ⁊ irrōna-
4 libꝰ. ꝗ nec appetitiua. ⁊ ſic idem qḋ ꝑus ¶ Pre. Phs in
ij. de aīa diſtinguit quinqꝫ genera potentiaꝝ aīe ⁊ opera
tionū. quoꝝ vnū includit generatōnem nutritōnem ⁊ au
gmētū. ſecūdū ſenſitiuū. tertiū appetitiuū. quartū motiuū
ſm locū. quintū intellectiuū vbi intellectus a ſenſu diſtin
guit. non aūt intellectiuus appetitus ab appetitu ſenſiti-
uo. ergo videt ꝙ nō diſtinguit potentia appetitiua ſupe-
rior ab inferiori. ſicut potētia apprehēſiua ab inferiori.
Cōtra ¶ Sed ꝯtra ē ꝙ phs in .iij. de aīa diſtinguit volūtatē
ab appetitu ſenſitiuo. ¶ Pre. Quecūqꝫ ſunt ordinata
ad inuicē oportꝫ eſſe diſtincta. ſed appetitus intellectiuꝰ
eſt ſupior appetitu ſenſitiuo ſm phm in .iij. de aīa. ⁊ etiaꝫ
mouet ipm vt ſphera ſpherā. vt ibidem dr. ergo volūtas
eſt alia potentia ab appetitu ſenſitiuo.
R̃ꝰ ¶ Rñſio dōm. ꝙ volūtas eſt alia potentia ab appeti
Nota tu ſenſitiuo ¶ Ad cuius euidētiā eſt ſciendū. ꝙ ſicut ap
petitus ſenſitiuus diſtinguit ab appetitu naturali ꝑpter
ꝑfectiorē modū appetendi. ita ⁊ appetitus rōnalis ab ap
petitu ſenſitiuo. quāto eīm aliqua natura eſt deo propin-
quior. tanto in ea expreſſior diuine dignitatis ſimilitudo
inuenit. Hoc aūt ad diuinā dignitateꝫ ptinet vt omnia
moueat ⁊ inclinet. ipē a nullo alio motus eſt aut inclina-
tus. aut directus. Unde quāto natura aliqua eſt deo vi-
cinior. tāto minus ab alio inclinatur ⁊ magis nata eſt ſe
ipſam inclinare. Natura eīm inſenſibilis que rōne ſue ma-
terialitatis eſt maxime a deo remota inclinat quidē in ali
quē finē. nō tñ eſt in ea aliquid inclinās. ſed ſolūmodo in
clinationis ꝑncipiū. vt patꝫ ex dictis. Natura vero ſenſi
tiua vt deo ꝓpinquior hꝫ aliqḋ inclinās ſcꝫ appetibile ap
prehenſuꝫ. ſed tñ inclinatio ipſa nō eſt in poteſtate ipſius
aīalis qḋ inclinat. ſed ei aliunde determinata. aīalem ad
aſpectū delectabilis nō pt nō ꝯcupiſcere illud. eo ꝙ ipſa
aīalia nō habent dominiū ſue inclinatōis. vnde nō agūt ſꝫ
agūtur magis ſm Damaſ. Et hoc ideo eſt. qꝛ vis appe-
titiua ſenſibilis habet organū corporale. ⁊ ideo vicinatur
diſpoſitionibꝰ materie ⁊ rerū corporaliuꝫ vt moueat ma-
gis ꝙ̄ moueat. Sed natura rōnalis ꝙ̄ eſt deo viciniſſima
non ſolum habet inclinatōem in aliud ſicut habent inaīa-
ta. nec ſolū mouēs hāc inclinatōem ꝗſi aliūde eis determi-
natā. ſicut natura ſenſibilis. ſed vltra hoc hꝫ in poteſtate
ipam inclinatōem vt nō ſit ei necāriū inclinari ad appe
tibile apprehenſum. ſed poſſit inclinari vel nō inclinari. ⁊
ſic ipſa inclinatio nō determinat ei ab alio. ſed a ſeipa Et
hoc ꝗdem ꝯpetit ei inꝙ̄tum nō vtit organo corꝑali. ⁊ ſic
recedens a natura mobilis accedit ad naturā mouentis
et agentis. Qꝫ aūt aliquid determinet ſibi inclinatōnem
in finē nō pt ꝯtingere niſi cognoſcat finem ⁊ habitudinē
finis in ea ꝙ̄ ſunt ad finem. qḋ eſt tm̄ rōnis. et ideo talis
appetitus nō determinatus ex aliquo alio de neceſſitate
ſeqtur apprehenſionem rōnis. Uñ appetitus rōnalis. ꝙ̄
volūtas dr. eſt alia potencia ab appetitu ſenſitiuo
¶ Ad ꝑmū igit dōm. ꝙ volūtas ab appetitu ſenſibili Ad 1
nō diſtinguit directe ꝑ hoc qḋ eſt ꝯſequi apprehenſionem
hanc vel illā. ſed ex hoc qḋ eſt determinare ſibi inclinatio
nem vel inclinatōem habere determinatā ab alio. ꝙ̄ duo
exigūt potentiā nō vnius modi. ſed talis diuerſitas req-
rit diuerſitatem apprehenſionū. vt ex dictis patꝫ. Unde
quaſi ex ꝯſequenti accipit diſtinctio appetitiuaꝝ virium
penes diſtinctōem apprehenſiuarum ⁊ nō ꝑncipaliter.
¶ Ad .ij. dōm. ꝙ ꝙuis appetitus ſemꝑ intendat ad ali Ad 2
quid in rerū natura exiſtens. qḋ eſt ꝑ modū particularis
et nō vniuerſalis. tñ ad appetendū qñqꝫ mouet ꝑ appre-
henſionē alicuius vniuerſalis ꝯditōnis. ſicut appetimus
hoc bonū ex hac ꝯſideratōe qua cōſideramus bonū ſim-
pliciter eſſe appetendū. qñqꝫ vero ꝑ apprehenſionē parti-
cularis ſm particularitatē ſuam. Et ideo ſicut appetitꝰ
ex ꝯſequenti diſtinguit ꝑ differentiā apprehenſionis quā
Ad 3 ſeqtur. ita etiā ex ꝯſequenti diſtinguit ꝑ vniuerſale ⁊ par
ticulare. ¶ Ad .iij. dōm. ꝙ cū motus ⁊ opatiōes ſint in
ſingularibꝰ ⁊ ab vniuerſali ꝓpoſitione non poſſit fieri de-
ſcenſus ad ꝯcluſionē particularē niſi mediāte aſſumptōe
particularis. nō pt vniuerſalis ꝯceptio intellectus appli
cari ad electōem operis. que eſt ꝗſi ꝯcluſio in operabilibꝰ.
vt dr in .iij. ethi. niſi mediante apprehenſione particulari
et ideo motus qui ſequitur apprehenſionem vniuerſalem
intellectus mediāte particulari apprehenſione ſenſus. nō
requirit aliam potentiā motiuā reſpondentē intellectui
et aliā reſpondentē ſenſui. ſicut eſt de appetitu qui imedi
ate ſeqtur apprehenſionē. Et ꝑterea vis motiua impera-
ta. de qua obiectio tangit. eſt vis affixa muſculis ⁊ neruis
vnde nō pt eſſe intellectiue partis que organo nō vtitur

Ad 4 ¶ Ad .iiij. dōm. ꝙ ſenſus ⁊ intellectus differūt ꝑ rōnes
apprehenſibilis inq̄ʒtum eſt apprehenſibile. ⁊ ꝓpter hoc
ad diuerſa genera ꝑtinent potentiarum. Senſus enim
tendit in apprehendenduʒ particulare. intellectus eīn in
apprehendendū vniuerſale. Appetitus vero ſupioꝛ ⁊ in/
ferioꝛ nō differūt ꝑ differentias appetibilis inq̄ʒtum eſt
appetibile. cū in idem bonū tendat ꝗ̄nq̄ʒ vterq̄ʒ appetit⁹.
ſed ꝗ̄nq̄ʒ differunt penes diuerſum modū appetendi. vt
pʒ ex dictis. Et ideo ſunt q̄dem diuerſe potentie. ſed non
diuerſa potentiarum genera

## Quinto queritur. vtruʒ
voluntas aliq̄d de neceſſitate velit. ¶ Et videt
.1. ꝙ ſic ſm Aug⁹. in .xiij. de trini. Beatitudinē oēs vna
volūtate expetūt. ſed qd ab oīb⁹ ꝯmuniter expetit de ne/
ceſſitate expetit. ſi eīn nō de neceſſitate. ꝯtingeret ab aliꝗ̄
nō expeti. ergo volūtas de neceſſitate aliquid expetit.
2 ¶ Pre. Omne motiuū ꝑfecte ꝟtutis de neceſſitate mo
uet ſuū mobile. ſed ſm phm. iij. de aīa. bonū eſt motiuuʒ
volūtatis ſm ꝙ apprehendit. ḡ cū aliq̄d ſit ꝑfectū bonuʒ
ſicut deus ⁊ beatitudo. vt etiaʒ dꝛ p̄mo ethi. aliquid erit
qd volūtatē de neceſſitate mouebit. ⁊ ita a volūtate ali/
quid de neceſſitate appetit. ¶ Pre. Immaterialitas eſt
3 cauſa quare aliqua potentia cogi nō poſſit. potentie aūt
organis affixe cogūtur. ſicut patʒ ꝑcipue de motiua. ſed
intellectus eſt immaterialioꝛ potentia q̄ʒ volūtas. qd pʒ
ex hoc ꝙ habet immaterialius obiectū. qꝛ q̄dditatem ap
prehenſam. ſed volūtas habet materialius obiectuʒ. ſcilʒ
particulare. cū bonū in reb⁹ particularib⁹ exiſtens ſit obie
ctum volūtatis. Cū igitur intellectus cogat vt aliquid
de neceſſitate teneat. vt dꝛ in .iiij. metaph. videt ꝙ volun
4 tas etiā aliquid de neceſſitate appetat. ¶ Pre. Neceſſi
tas nō remouetur a volūtate niſi ratiōe libertatis cui vi/
detur neceſſitas oppoſita. ſed non oīs neceſſitas impe/
dit libertatē. vñ dicit Aug⁹. in .v. de ciui. dei. ſi ita diffini
tur eſſe neceſſitas. ſm ꝙ dicimus neceſſe vt ita ſit vel ita
fiat neſcio cur eam timeamus ne nobis libertateʒ auferat
5 volūtatis. ergo volūtas de neceſſitate aliq̄d vult ¶ Pre
Neceſſariū eſt quod nō p̄t nō eſſe. ſed deus nō poteſt nō
velle bonū. ſicut nō p̄t nō eſſe bonus. ergo necc̄ario vult
6 bonū. ⁊ ita aliqua volūtas necc̄ario vult aliq̄d. ¶ Pre.
Scdm Grego. peccatū qd penitentia nō delet ſuo pon/
dere mox ad aliud trahit. peccatū aūt nō dimittit niſi vo
lūtarie. ſm Aug⁹. cū ergo tractus ſit q̄dā motus violen
tus. vt pʒ .vij. phy. aliq̄s p̄t violente cogi ad aliq̄d volen/
7 dum de necc̄itate. ¶ Pre. Scdm ꝙ Mgr̄ dicit in .iij. ſen
tentiaꝝ. diſt. xv. ca. viij. et ſumit ex verbis Auguſt. In ſe/
cūdo ſtatu ad eſt in ſtatu culpe non p̄t hō nō peccare ante
reparatōem mortaliter. poſt reparatōem vero ſaltē veni/
aliter. ſed tam peccatū mortale q̄ʒ veniale eſt volūtariuʒ.
ergo aliq̄s ſtatus homis eſt in quo nō p̄t nō velle id in q̄
peccatū ꝯſiſtit. ⁊ ſic de neceſſitate volūtas aliquid vult
8 ¶ Pre. Quāto aliq̄d magis natū eſt ad mouendū. tāto
magis natū eſt neceſſitatē inferre. ſʒ bonū magis p̄t mo/
uere q̄ʒ verū. cum bonū ſit in reb⁹. verū aūt in rōne tm̄. ḡ
cū veꝝ cogat intellectū. multo forti⁹ bonū coget volūta
tem. ¶ Pre. Bonū fortius imp̄mit q̄ʒ verū. qd patʒ ex
9 hoc ꝙ amoꝛ qui eſt impreſſio boni eſt magis intimus q̄ʒ
cognitio que eſt impreſſio veri. Amoꝛ eīn ſm Aug⁹. eſt
vis quedā vniens amātem amato. ergo bonū magis p̄t
inferre volūtati neceſſitatē q̄ʒ verū intellectui. ⁊ ſic idem
qd p̄us. ¶ Pre. Quāto magis aliqua potētia p̄t in ſua 10
obiecta. tanto min⁹ p̄t ab eis cogi. ſed rō magis p̄t in ſua
obiecta q̄ʒ volūtas. rō eīn ſm Aug⁹. xiij. de trini. format
in ſe ſpēs reꝝ. nō aūt volūtas. ſed mouet ab appetibilib⁹
ergo magis p̄t volūtas cogi ab appetibilibus q̄ʒ rō a co/
gnoſcibilib⁹. ⁊ ſic idem qd p̄us ¶ Pre. Qd ꝑ ſe ineſt de 11
necc̄itate ineſt. ſed velle ꝑ ſe ineſt volūtati. ḡ voluntas de
ſe aliq̄d vult. Probatio medie. Summū bonū eſt ꝑ ſe voli
tum. ergo ꝗ̄nq̄ʒ in ipſum fertur voluntas ipm̄ vult. ſed
ſemꝑ in ipm̄ fert. qꝛ naturaliter in ipm̄ fertur. ergo volū/
tas ſemꝑ ꝑ ſe vult ſummum bonum. ¶ Preterea. In cogni 12
tione ſcie necc̄itas inuenit. ſed ſicut oēs naturaliter vo/
lunt ſcire ſm phm in p̄mo metaphy. ita etiā naturaliter
volūt bonū. ergo in volūtate boni neceſſitas inuenitur
¶ Pre. Glo. roma. vij. dicit. ꝙ volūtas naturaliter vult 13
bonū. ſed ea que inſunt ſm naturā ſunt de necc̄itate. ḡ vo/
luntas vult bonū de necc̄itate. ¶ Pre. Omē qd augetur 14
vel minuit p̄t etiā totaliter auferri. ſed libertas volūtatis
p̄t augeri ⁊ minui. liberius eīn arbitriū habuit hō añ pec
catū q̄ʒ poſt peccatū ſm Aug⁹. ergo libertas volūtatis
poteſt totaliter tolli. ⁊ ita voluntas poteſt de neceſſita/
te cogi

¶ Sed ꝯtra. ſm Aug⁹. v. de ciui. dei. ſi aliq̄d eſt vo/ Inſtātie
luntariū nō eſt necc̄arium. ſed oē qd volumus eſt volun 1
tariū. ergo volūtas nō vult de necc̄itate ¶ Preterea. Hugo 2
dicit ꝙ liberū arbitriū potiſſimū eſt ſub deo. ſed qd eſt ta/
le nō p̄t cogi ab alio. ḡ volūtas nō p̄t cogi vt aliq̄d de ne/
ceſſitate velit. ¶ Pre. Libertas opponit neceſſitati. ſed 3
volūtas eſt libera. ḡ nō de neceſſitate aliq̄d vult. ¶ Pre. 4
Bernar. dicit ꝙ liberū arbitriū ex ingenita volūtate nul
la mouet necc̄itate. ſed dignitas volūtatis auferri non p̄t
ergo nō p̄t volūtas de necc̄itate aliq̄d velle. ¶ Pre. Po/
teſtates rōnales ad oppoſita ſe habent. ſm phm. ſed vo/ 5
luntas eſt rōnalis potentia. eſt eīn in rōne. vt dicit phus
in .iij. de aīa. ergo ſe hʒ ad oppoſita. ḡ nō de necc̄itate deter
minat ad aliq̄d ¶ Pre. Omē qd de necc̄itate determina 6
tur ad aliquid naturaliter eſt determinatū ad illud. ſʒ vo
luntas ꝯtra naturalē appetitū diuidit. ergo voluntas de
necc̄itate aliq̄d nō vult. ¶ Pre. Ex eo ꝙ aliquid eſt volū 7
tariū dꝛ eſſe in nobis inq̄ʒtum nos dñi illius ſumus. ſʒ il/
lud qd eſt in nobis cuius dñi ſumus poſſumus velle ⁊ nō
velle. ⁊ ita nō de necc̄itate aliquid vult

¶ Rñſio dōm. ꝙ ſicut p̄t ex verbis Auguſti. accipi in Rō
xi. ca. de ciui. dei. duplex eſt necc̄itas. ſcʒ coactōis. ⁊ hec in Duplex
volūtate nullo mō p̄t cadere. Et necc̄itas naturalis incli/ necc̄itas
natōis. ſicut dicimus deū de necc̄itate viuere. ⁊ tali neceſſi/
tate volūtas aliq̄d de necc̄itate vult. ¶ Ad cuius euidē/ Nota
ciam ſciendū eſt. ꝙ in reb⁹ ordinatis oportʒ p̄mū includi
in ſecūdo. ⁊ in ſecūdo inuenit nō ſolum illud qd ꝯpetit ſi/
bi ſm rōneʒ ꝓpriā. ſed etiā illud qd ꝯpetit ſm rōneʒ p̄mi.
ſicut homini ꝯuenit nō ſolū rōne vti. qd ei ꝯpetit ſm ꝓ/
priam differentiā. que eſt rōnale. ſed etiā vti ſenſu vel ali/
mento. qd etiā ei ꝯpetit ſm ſuū gen⁹. qd eſt aīal vel viuū
Et ſimiliter etiā videmus in ſenſib⁹. ꝙ cū ſenſus tact⁹ ſit q̄ſi
fundamentū omniū alioꝝ ſenſuū. in organo vniuſcuiuſq̄ʒ
nō ſolū inuenit ꝓprietas illius ſenſus cuius eſt ꝓprium or
ganū. ſed etiā ꝓprietas tactus. ſicut nō ſolū oculus ſentit
albū ⁊ nigrū inq̄ʒtum eſt organū viſus. ſed etiā ſentit cali
dum ⁊ frigidū. ⁊ corrūpit ab eoꝝ excellentijs ſm ꝙ eſt or
ganū tactus. Natura aūt ⁊ volūtas hoc mō ordinantur
vt ipſa volūtas etiā q̄dam natura ſit. qꝛ in omni qd in re/

bus inuenitur natura q̄dam dr̄.et ita in volūtate oportet
inueniri nō ſolum id qđ volūtatis eſt.ſed etiā id qđ natu
re eſt. Hoc aūt eſt nature cuiuſlibet create vt a deo ſit or
dinata in bonū naturaliter appetens illud. Vn̄ ⁊ volūta-
ti ipſi ineſt q̄dam naturalis appetitus boni ſibi ꝯuenien-
tis.⁊ ꝓpter hoc habet aliud appetere ſm̄ ꝓpriā determina-
tionem.nō ex nccītate.qđ ei ꝯpetit vt voluntas eſt. ſicut
aūt eſt ordo nature ad volūtatē.ita ſe habet ordo eorum
que naturaliter vult volūtas ad ea reſpectu quoꝝ ex ſe-
ipa determinat̄.nō ex natura.et ideo ſicut natura eſt vo-
luntatis fundamentū.ita appetibile qđ naturaliter appe
titur eſt alioꝝ appetibilium ꝑncipiū ⁊ fundamentuʒ. In
appetibilibꝰ aūt finis eſt ꝑncipiū ⁊ fundamentū eoꝝ que
ſunt ad finē.cum ea que ſunt ad finē non appetant̄ niſi rō-
ne finis.et ideo qđ volūtas de nccītate vult quaſi natura
li inclinatione in ipſum determinata eſt finis vltimus.vt
beatitudo.⁊ ea que in ipſo includūtur. vt eſt cognitio ve-
ritatis ⁊ alia hmōi. Ad alia vero nō determinat̄ de neceſ
ſitate naturali inclinatōe.ſed ꝓpria diſpōne abſq; oīm ne-
ceſſitate.Q̄uis aūt quadā neceſſaria inclinatōe vltimū fi
nem velit volūtas.nullo tn̄ modo ꝯcedenduʒ eſt ꝙ ad il-
Coactio lud volendū cogatur. Coactio em̄ nihil aliud eſt q̄ʒ vio-
Violētū. lente cuiuſdam inductio. Violentū aūt ſm̄ phm̄ in.iij.
ethi.eſt cuius ꝑncipiū eſt extra nihil ꝯferente vim paſſo.
ſicut ſi lapis ſurſum ꝓijciatur.q: nullo modo q̄ʒtū eſt de
ſe ad hūc motum inclinatur. Sʒ cū ipſa volūtas ſit q̄dā
inclinatio.eo ꝙ eſt appetitus quidā.non poteſt ꝯtingere
vt volūtas aliquid velit ⁊ inclinatio eius non ſit in illud
et ideo nō pt̄ ꝯtingere vt volūtas aliquid coacte vel vio
lente velit.etiāſi aliquid naturali inclinatōe velit. Patet
igit̄ ꝙ volūtas nō nccārio aliq̄d vult neceſſitate coactio-
nis.vult tamen aliquid neceſſario neceſſitate naturalis
inclinationis.
Ad .j. ¶ Ad ꝑmū igitur dōm.ꝙ ille ꝯmunis appetitus be-
atitudinis nō procedit ex aliqua coactiōe. ſed ex naturali
Ad 2 inclinatione ¶ Ad.ij.dicendum.ꝙ q̄ʒtumcunq; aliqđ bo
num efficaciter moueat volūtatem.nō tamen ipſam po-
teſt cogere.q: ex quo ponitur ꝙ velit aliq̄d.ponit̄ inclinati
onem habere in illud qđ eſt ꝯtrarium coactioni.ſed ex ꝑ-
fectione boni alicuius ꝯtingit ꝙ volūtas determinat̄ ad
illud naturalis neceſſitatis inclinatione ¶ Ad.iij.dōm
Ad 3 ꝙ intellectus aliquid naturaliter intelligit.ſicut ⁊ volun
tas aliquid naturaliter vult.ſed coactio nō eſt ꝯtraria in
tellectui ſm̄ ſuam rōnem.ſicut ⁊ volūtati. Intellectꝰ em̄
etſi habeat inclinatōem in aliquid.nō tamen noīat ipſam
inclinatōem.ſed volūtas ipſam inclinatōnem hoīs nomi
nat. Unde quicq̄d fit ſm̄ volūtatem fit ſm̄ hoīs inclina
tionem.⁊ ꝓpter hoc nō poteſt eſſe violentuʒ.ſed operatio
intellectus pt̄ eſſe ꝯtra inclinatōem hoīs que eſt volun-
tas.vt cum alicui placet aliqua opinio.ſed ꝓpter efficaciā
rōnis deducit̄ ad aſſentiendū ꝯtrario ꝑ intellectum.
Ad 4 ¶ Ad.iiij.dōm.ꝙ Augꝰ.loquitur de nccītate naturali
quā a volūtate non excludimus reſpectu aliquoꝝ.⁊ hec
etiā neceſſitas in diuina volūtate inuenit̄ ſicut in diuino
Ad 5 eſſe.ipſe em̄ eſt nccāriū ꝑ ſeipm̄.vt dr̄ in.v.metaphy. Vn̄
Ad 6 pʒ ſolutio ad.v. ¶ Ad.vi.dōm. ꝙ peccatū ꝯmiſſum nō
trahit cogendo volūtatē.ſed inclinādo inq̄ʒtuʒ ꝑuat gra
tiam ꝑ quā homo fortificat̄ ꝯtra peccatum.⁊ inq̄ʒtum ex
actu peccati relinquit̄ diſpoſitio ⁊ habitus in aīa inclinās
Ad 7 ad ſequens peccatum ¶ Ad.vij.dōm.ꝙ circa hoc eſt du
Opio.i. plex opinio. Quidā em̄ dicūt ꝙ homo q̄ʒtumcunq; eſt in
ſtatu peccati mortalis poteſt peccatū vitare per volūta-

tis libertatem.et exponunt qđ dicitur ꝙ non poteſt non
peccare.id eſt nō habere peccatum nō poteſt. ſicut ⁊ vi-
dere dicit̄ viſum habere ⁊ vti viſu. poteſt aūt ſm̄ eos non
peccare.id eſt nō vti peccato. Et ſm̄ hoc pʒ ꝙ nulla ne
ceſſitas inducitur in volūtatem ad cōſentiendū peccato
¶ Alij aūt dicūt.ꝙ ſicut homo in ſtatu vite huius non Opio 2ª
poteſt peccatū veniale vitare.nō quin poſſit vitare hoc
vel illud.ſed q: non poteſt vitare omnia vt ſcʒ nulluʒ cō-
mittat.ita eſt etiam de mortalibꝰ in eo qui gratiā nō habʒ
Et ſm̄ hoc etiam paʒ ꝙ volūtas nō habet neceſſe velle
hoc vel illud.q̄uis ſine gratia inueniatur deficiēs ab in-
deficienti inclinatōe in bonū ¶ Ad.viij.dōm.ꝙ forma re Ad 8
cepta in aliquo nō mouet illud in quo recipit̄. ſed ipſum
habere talem formā eſt ipſum motū eſſe.ſed mouetur ab
exteriori agente.ſicut corpus qđ calefit ꝑ ignem non mo
uetur a calore recepto.ſed ab igne.ita etiā intellectus nō
mouetur a ſpecie recepta vel a vero quod ſequit̄ ipſam
ſpēm.ſed ab aliq̄ exteriori re que imprimit in intellectū.ſi
cut eſt intellectus agens vel phantaſma vel aliqđ aliud
hmōi. Et preterea ſicut verū eſt ꝓportionatū intellectui.
ita ⁊ bonū affectui. vnde verū ꝓpter hoc qđ eſt in apprehē
ſione nō eſt minus natum mouere intellectū q̄ʒ bonū affe
ctum. Et ꝑterea hoc qđ volūtas nō cogit̄ a bono nō eſt
ex inſufficiētia boni ad mouenduʒ. ſed ex volūtatis ipſa
rōne.vt ex dictis pʒ. Per h̄ etiā pʒ ſolutio ad.ix. ¶ Ad Ad 9
decimū dōm.ꝙ res que eſt extra animā nō imꝑmit ſpeci Ad 10
em ſuam in intellectū poſſibilem.niſi per operatōnem in-
tellectus agentis.et pro tanto dr̄ anima in ſeipſa formas
rerum formare.et ſimiliter etiā non eſt ſine opatōe volū-
tatis ꝙ volūtas in appetibile tendat. vn̄ rō nō ſequit̄ Et
ſic poteſt dici ſicut ad ꝑcedentia duo. ¶ Ad.xi.dōm.ꝙ Ad 11
primū bonū eſt ꝑ ſe volitum ⁊ voluntas naturaliter.⁊ ꝑ
ſe illud vult.nō tn̄ ſemꝑ illud vult in actu.nō em̄ oportʒ
ꝙ ea que ſunt naturaliter anime ꝯuenientia ſemꝑ in actu
in aīa eſſe.ſicut ꝑncipia que ſunt naturaliter cognita non
ſemꝑ actu ꝯſiderantur. ¶ Ad.xij.dōm.ꝙ non ad eandē
neceſſitatem ꝑtinet neceſſitas qua ꝑ ſciētiam aliquid ne Ad 12
ceſſario cognoſcimus.⁊ neceſſitas qua de neceſſitate ſciē
tiam appetimus. Primū em̄ poteſt eſſe ſm̄ neceſſitatem
coactionis.ſed ſecūdū non.niſi ſm̄ nccītateʒ naturalis in
clinationis. Et ſic volūtas etiam vult de neceſſitate bo
num inq̄ʒtum naturaliter vult bonū ¶ Et per hoc pʒ ſo- Ad 13
lutio ad.xiij. ¶ Ad decimūquartū dōm. ꝙ libertas que Ad 14
augetur ⁊ minuitur eſt libertas a peccato ⁊ miſeria.non
autem libertas a coactōe.vnde nō ſeq̄tur ꝙ volūtas poſ-
ſit ad hoc deduci ꝙ cogatur
¶ Ad ꝑmum autem in ꝯtrarium dicendū. ꝙ autoritas Co.inſtā.
illa eſt intelligenda de neceſſitate coactionis que ſm̄ Au Ad .i.
guſtinū.v.de ciui.dei.volūtati repugnat. ¶ Ad ſecūdū Ad 2
dicendū.ꝙ non pertinet ad impotentiam volūtatis ꝙ na
turali inclinatōne de neceſſitate in aliquid feratur.ſed ad
eius virtutem.ſicut graue tanto eſt virtuoſius quanto
maiori neceſſitate deorſum fertur.pertineret aūt ad eius
infirmitatem ſi ab alio cogeretur. ¶ Ad tertiū dicendū Ad 3
ꝙ libertas ſm̄ Auguſtinū opponitur neceſſitati coactio-
nis.non autem naturalis inclinationis. ¶ Ad quartum Ad 4
dōm.ꝙ neceſſitas naturalis non repugnat dignitati vo
luntatis.ſed ſola neceſſitas coactionis. ¶ Ad quintum Ad 5
dōm ꝙ voluntas inq̄ʒtum eſt ratiōalis ad oppoſita ſe ha
bet.hoc autem eſt conſiderare ipſam ſm̄ illud qđ ſibi eſt
ꝓpriū.ſed prout eſt natura q̄dam nihil prohibet eam de
terminari naturaliter ad vnū. ¶ Ad ſextum dicendum Ad 6

ꝙ volūtas diuiditur ꝯtra appetitum naturalem cū ꝑceſſione acceptum. id eſt qui eſt naturalis tm̄. ſicut homo contra illud qđ eſt tm̄ animal. nō autem diuiditur ꝯtra naturalem appetitum abſolute. ſed includit ipſum. ſicut hō includit animal. ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ etiā illa rō procedit de volūtate ſm ꝙ volūtas eſt. hoc eñ eſt ꝓprium voluntati inꝙ̄tum eſt volūtas ꝙ ſit dña actuū ſuoꝝ.
Ad 7

# Sexto querit̄. vtrum

1 volūtas de neceſſitate velit quicqđ vult. Et videtur ꝙ ſic. quāto eñ aliquid eſt nobilius tanto eſt immobilius ſiue immutabilius. ſed viuere eſt nobilius ꝙ̄ eſſe et intelligere ꝙ̄ viuere. ⁊ velle ꝙ̄ itelligere. ergo velle eſt immutabilius ꝙ̄ eſſe. ſed eſſe anime ⁊ voluntatis eſt immutabile. q2 incorruptibile. ergo ⁊ velle eius erit immutabile. ⁊ ita quicqđ vult immutabiliter ⁊ neceſſario vult
2 ¶ Pre. Quāto aliquid eſt deo conformius tanto eſt immutabilius. ſed magis ꝯformatur anima deo ſecūda conformitate que eſt ſimilitudinis ꝙ̄ prima ꝯformitate que eſt imaginis. in pⁱma eñ conformitate habet immutabilitatem. quia non poteſt imaginem amittere anima. ſm̄ illud ps. In imagine pertranſit homo. ergo ſm ꝯformitatem ſecūdam que eſt ſimilitudinis ꝯſiſtens in debita volūtatis ordinatione habebit immutabilitatem. vt volūtas
3 immutabiliter velit bonū nec poſſit velle malū. ¶ Pre. Sicut ſe habet actus ad ens actu. ita ſe habet potētia ad eſſe poſſibile. ſed deus cum ſit actu bonus non poteſt aliquid actu malum facere. ergo eius potētia que bona eſt. non poteſt producere aliquid quod ſit malum in potētia et ita volūtas quam diuina prouidentia producit non
4 poteſt in malum ¶ Pre. Scđm pħm in. vi. et. vij. ethi. ſicut ꝑncipia ſe habent ad ꝯcluſiones in ſcientijs demonſtratiuis. ita fines ad ea que ſunt ad fines in operationibus ⁊ appetitib⁊. ſed ex principijs que ſunt naturaliter ſcita inducitur neceſſitas in intellectū vt concluſiones de neceſſitate cognoſcat. ergo ex hoc ꝙ voluntas de neceſſitate vult finem vltimū per modum iam dictum. de neceſſitate volet oīa alia que in vltimū finem ordinantur.
5 ¶ Pre. Omē illud quod naturaliter determinatur ad aliquid de neceſſitate ſequitur illud. niſi ſit aliqđ impediens. ſed volūtas naturaliter vult bonum. ⁊ cum non ſit aliquid qđ eam impedire poſſit. eo ꝙ eſt ſub deo potiſſima ſm Bernar. vt dicit glo. roma. vij. ergo immutabi-
6 liter vult bonū. ¶ Pre. Sicut tenebra opponitur luci. ita malū bono. ſed ſicut viſus eſt qui naturaliter determinatur ad cognoſcendū lucem ⁊ lucida. ita naturaliter ea videt ꝙ illud qđ tenebroſuꝫ eſt videre nō poteſt. ergo et volūtas cuius obiectuꝫ eſt bonū ita immutabiliter bonū vult ꝙ malum nullo modo velle poterit. ⁊ ſic volūtas habet aliquam neceſſitatē. nō ſolum reſpectu finis vltimi. ſed etiā reſpectu aliorum

Cōtra ¶ Sed ꝯtra. Auguſti. dicit ꝙ volūtas eſt qua peccat̄ et recte viuitur. ergo volūtas nō ſe habet immutabiliter nec ad bonū neqꝫ ad malum. ¶ Pre. Scđm Auguſti. peccatū adeo eſt volūtarium ꝙ niſi ſit volūtarium nō eſt peccatū. ſi igitur peccatū nullo modo eſt a volūtate peccatum nullo modo erit. qđ experimēto pꝫ eſſe falſum.

Rō ¶ Reſponſio dōm. ꝙ ex hoc aliquid đr eſſe neceſſariū ꝙ eſt immutabiliter ad vnū determinatū. Unde cū voluntas ſe habeat indeterminate reſpectu multoꝝ nō habet reſpectu omniū neceſſitatem. ſed reſpectu eorum tm̄ ad que naturali inclinatione determinat̄. vt dictum eſt. Et q2 mobile reducitur ad immobile. ⁊ indeterminatū ad determinatum ſicut ad ꝑncipiū. ideo oportet ꝙ id ad qđ volūtas eſt ordinata ſit ꝑncipium appetendi ea ad q̄ non eſt determinata. ⁊ hoc eſt finis vltimus. vt dictū eſt

¶ Inuenit̄ aūt īdeterminatio volūtatis reſpectu triū. ſcꝫ reſpectu obiecti. reſpectu actus. ⁊ reſpectu ordinis in finem. Reſpectu obiecti quidem eſt indeterminata voluntas ꝙ̄tum ad ea que ſunt ad finem. nō ꝙ̄tum ad ipſum finem vltimū. vt dictum eſt. Et ideo ꝯtingit ꝙ ad finē vltimū multis modis ꝑueniri poteſt. ⁊ diuerſis diuerſe vie ꝯpetunt perueniendi in ipſum. et ideo non potuit eſſe appetitus determinatus ad ea que ſunt ad fineꝫ. ſicut eſt in reb⁊ naturalib⁊ que ad certum finem ⁊ determinatum nō habent niſi certas ⁊ determinatas vias. Et ſic pꝫ ꝙ res naturales ſicut de neceſſitate appetūt finem. ita ⁊ ea que ſunt ad finem. vt nihil ſit in eis accipere qđ poſſit appetere vel non appetere. ſed voluntas de neceſſitate appetit finem vltimū vt non poſſit eum non appetere. ſed non de neceſſitate appetit aliquid eorum que ſunt ad finē. vñ reſpectu huius eſt in poteſtate ei⁹ appetere hoc vel illud. — Indeterminatō volū reſpcū triū
¶ Secūdo eſt voluntas indeterminata reſpectu actus. ꝙ etiam circa obiectū determinatū poteſt vti actu ſuo cū voluerit vel nō vti. poteſt eñ exire in actum volendi reſpectu cuiuſlibet. ⁊ non exire. Qđ in reb⁊ naturalib⁊ nō cōtingit. graue eñ ſemꝑ deſcendit deorſum in actu niſi aliquid ꝓhibeat. quod exinde ꝯtingit ꝙ res inanimate non ſunt mote a ſeipis ſed ab alijs. vnde nō eſt in eis moueri vel nō moueri. res aūt aīate a ſeipſis mouētur. et inde eſt ꝙ volūtas pt velle vel nō velle. ¶ Tercio indetermiatio volūtatis eſt reſpectu ordinis ad fineꝫ inꝙ̄tū volūtas pt appetere illud qđ ſm veritatē ordinat̄ in fineꝫ debitū. vel ſm apparentiā tm̄. Et hec indeterminatio ex duob⁊ contingit. ſcꝫ ex indeterminatōne circa obiectū in his q̄ ſunt ad finem. et iterū ex indeterminatōe apprehenſionis que pt nō eſſe recta. Sicut eñ ex aliquo ꝑncipio vero dato nō ſequit̄ ꝯcluſio falſa niſi per aliquā falſitatē rōnis. vel aſſumentis aliquā falſam rōnem. vel falſo ordinātis ꝑncipiuꝫ in ꝯcluſionem. ita etiā ex quo ineſt appetitus rectus vltimi finis nō poſſet ſequi ꝙ aliquis aliqđ inordinate appeteret. niſi rō appeteret aliquid vt ordinabile in finem qđ nō eſt ordinabile in finem. ſicut qui appetit beatitudineꝫ appetitu recto nunꝙ̄ deduceret̄ ad appetendū fornicationem. niſi inꝙ̄tum apprehendit eam vt quoddā hōis bonū inꝙ̄tum quoddā delectabile. ⁊ ſic vt ordinabile in beatitudinē velut quādam imaginem eius. ⁊ ex hoc ſequit̄ indeterminatio volūtatis qua pt bonū vel malū appetere. ¶ Cum aūt volūtas dicat̄ libera inꝙ̄tum neceſſitatē nō habet. libertas volūtatis in trib⁊ ꝯſiderat̄. ꝙ̄tum ad actū inꝙ̄tum poteſt velle ⁊ non velle. et ꝙ̄tum ad obiectum inꝙ̄tum poteſt velle hoc vel illud. ⁊ eius oppoſitum. ⁊ ꝙ̄tum ad ordinem finis inꝙ̄tum poteſt velle bonū vel malum. Sed ꝙ̄tum ad primū horum ineſt libertas voluntati in quolibet ſtatu nature reſpectu cuiuſlibet obiecti. Secūdum vero horū eſt quorūdam obiectoꝝ ſcꝫ reſpectu eoꝝ que ſunt ad finem. nō reſpectu cuiuſlib⁊ ſtatus nature. ſed illius tm̄ in quo natura deficere pt. Nā vbi nō eſt defectus in apprehēdendo ⁊ ꝯſiderādo nō pt eſſe voluntas mali in his q̄ ſunt ad finē. ſicut pꝫ in beatis. et ꝓ tāto đr ꝙ velle malū nec eſt libertas nec pars libertatis ꝙ̄uis ſit quoddā libertatis ſignum — 2 — 3 — Libertas volū. i trib⁹ ꝯſidera

Ad .j. ¶ Ad primū igitᷣ dōm ꝙ aīe eſſe nō eſt determinatū a
ſeipſo. ſed ab alio. ſed a ſeipſo ſibi determiat ſuū velle. Et
ideo ꝗuis ſit inmutabile. tñ velle indeterminatū eſt ac
ꝑ hoc in diuerſa flexibile. ꝛ tñ nō eſt verū ꝙ viuere ꝛ intel/
ligere eſt nobilius ꝙ̄ eē niſi determinetᷣ ad eē. imo ſic eſſe
eſt ineis nobiliꝰ ſm Dyo. v. ca. de di. no. ¶ Ad .ij. dōz ꝙ
Ad 2 cōformitas imaginis attēditᷣ ſm potētias naturales que
ſunt ei determiate a natura. ꝛ ideo illa ꝯformitas ſꝑ ma/
net. ſed ſcda ꝯformitas q̄ eſt ſilitudinis eſt ꝑ grām et ha/
bitus ꝛ actus virtutū. q̄ oīa ordinantᷣ ꝑ actū volūtatis q̄
inſua voluntate ꝯſiſtit. et ideo iſta ꝯformitas non ſꝑ ma
Ad 3 net ¶ Ad .iij. dōm ꝙ in deo nō eſt potētia paſſiua vl̄ ma
terialis q̄ diſtinguitᷣ ꝯtra actū de q̄ obiectio ꝓcedit. ſꝫ po
tētia actiua q̄ eſt ipſe actus. qꝛ vnūqdꝙ eſt potens agere
ſm ꝙ eſt actu. ꝛ tñ hoc ꝙ volūtas ſit flexibilis ad malum
Ad 4 nō hꝫ ſm ꝙ eſt a deo. ſed ſm ꝙ eſt de nihilo ¶ Ad .iiij. dōz
ꝙ in ſciētijs demōſtratiuis hoc mō ꝯcluſiōes ſe habēt ad
ꝑncipia ꝙ remota ꝯcluſione remouetᷣ ꝑncipiū. ꝛ ſic ꝓpter
hanc determinatōem ꝯcluſionū reſpectu ꝑncipioꝝ ex ip/
ſis ꝑncipijs intellectus cogitᷣ ad ꝯſentiendū ꝯcluſionibꝫ.
ſed ea q̄ ſunt ad ꝯſequendū finē nō habēt hanc determi/
natōez reſpectu finis vt remoto aliq̄ eoꝝ remoueatᷣ finis
cum ꝑ diuerſas vias poſſit ꝑueniri ad finē vltimū. vel ſm
veritatez vel ſm apparentiā. ꝛ ideo ex neceſſitate q̄ ineſt
appetitui volūtario reſpectu finis nō inducitᷣ neceſſitas ei
Ad 5 reſpectu eoꝝ q̄ ſunt ad finē ¶ Ad .v. dōm ꝙ volūtas vult
naturaliter bonū. ſed nō determinate hoc bonū vel illud.
ſicut viſus naturaliter videt colorē. ſed nō hunc vel illum
Ad 6 determiate. Et ꝓpter hoc q̄cq̄d vult ſub rōne boni vult.
nō tñ oportet ꝙ ſꝑ hoc bonū vel illud velit. ¶ Ad .vi. dōm
ꝙ nihil eſt adeo maluꝫ qđ non poſſit aliquā habere ſpēm
boni. ꝛ rōne illius bonitatis hꝫ ꝙ poſſit mouere appetitū

## Septimo queritᷣ. vtꝝ

aliq̄s mereatᷣ volēdo illud quod de neceſſitate
vult ¶ Et videtᷣ ꝙ nō. qꝛ illud qđ ex neceſſitate q̄s vult
.j. naturaliter vult. ſꝫ naturalibꝫ nō meremur. ḡ tali volūta
2 te nō meremur ¶ Pre. Meritū ꝛ demeritū ſūt circa idez
ſed nullus demeretᷣ in eo quod vitare nō pt ſm Augꝰ. ḡ
3 nullus meretᷣ in eo qđ de necitate vult ¶ Pre. Nullꝰ me
retᷣ niſi ex actu v̄tutis. ſꝫ oīs actꝰ v̄tutis ē ex electōe. nō āt
ex naāli iclinatōe. ḡ nullꝰ meretᷣ in eo qđ de necitate vult
¶ Sed ꝯtra. Deū naturaliter ex necitate q̄libet creatu/
Cōtra ra appetit. ſꝫ in dilectōne dei meremur. ḡ in eo qđ necārio
q̄s vult mereri pt ¶ Pre. Beatitudo in vita eterna cō/
ſiſtit. ſed ſancti merēdo vitā eternā merentᷣ beatitudinez
quā q̄libet naturaliter vult. ergo aliquis meretur volen/
do id quod naturaliter vult

Rꝰ Nota ¶ Rñſio dōm ꝙ aliq̄s volēdo qđ naturaliter vult. q̄dā/
mō meretᷣ ꝛ q̄dammō nō ¶ Ad cuiꝰ euidentiā ſciendū ē
ꝙ differēter eſt aliq̄d ꝓuiſum hōi ꝛ alijs aīalibꝫ tā ſm cor/
pus ꝙ̄ ſm aīam. alijs eñ aīalibꝫ ſm corpus ꝓuiſa ſunt
ſpēalia tegumēta ſicut coriū durū ꝛ alia hmōi. Specialia
vero munimēta ſicut cornua ꝛ vngues ꝛ hmōi. ꝛ hoc q̄a
habēt paucas vias opandi ad q̄ poſſunt determinata in/
ſtrumēta ordinari. Sed hōi illa ꝓuiſa ſūt in generali inq̄n
tū ſūt ei date manꝰ a natura q̄bus valeat ſibi varia tegu
mēta ꝛ munimēta ꝑparare. Et hoc ideo. qꝛ rō hoīs ē ita
multiplex ꝛ ad diuerſa ſe extēdens ꝙ nō poſſit natura de
terminata inſtrumēta ei ſufficiētia ꝑparare. Silr etiā eſt ex
ꝑte apprehēſionis. qꝛ alijs aīalibꝫ ſunt indite ſm natura/
lem eſtimationē quedā ſpēales ꝯceptiōes ei neceſſarie. ſi/
cut oui ꝙ lupus ei ſit inimicus. ꝛ alia hmōi. ſꝫ loco huius
ſunt hōi indita vniuerſalia ꝑncipia naturaliter intellecta
per q̄ in oīa q̄ ſunt ei necāria ꝓcedere pt. Et ſilr etiā ē ex
ꝑte appetitꝰ alicuiꝰ rei determiate. ſicut graui ꝙ ſit deor/
ſum. ꝛ vnicuiꝙ aīali illud qđ eſt ſibi ꝯueniēs ſm ſuā natu
rā. ſed hōi inditꝰ eſt appetitꝰ vltimi finis ſui in cōi vt ſcꝫ
naturaliter appetat ſe eē ꝯpletū in bonitate. ſꝫ in q̄ illa cō/
pletio ꝯſiſtit vtꝝ in virtutibꝫ vel ſciētijs vel delectatōibꝫ
vel hmōi alijs nō eſt ei determinatū a natura. Qñ ḡ ex ꝓ
pria rōe adiutus dei grā apprehēdit aliqđ ſpēale bonū vt
ſuā btitudinē in q̄ vere btitudo ſua ꝯſiſtit. tūc meretᷣ nō
ex h̄ ꝙ appetit btitudinē quā naturaliter appetit. ſed ex h̄
ꝙ appetit hoc ſpēale qđ nō naturaliter appetit. vt viſionez
dei. in q̄ tñ ſm rei veritatē ſua btitudo ꝯſiſtit. Si vō ali
quis ꝑ rōem erroneā deducatᷣ vt appetat aliqđ ſpēale vt
ſuā btitudinē. puta carnales delectatiōes. in q̄bus tñ ſm
rei veritatē ſua btitudo nō ꝯſiſtit. ſic appetēdo ſuā btitu/
dinē demeretᷣ. nō qꝛ appetit beatitudinē. ſed qꝛ indebite ap
petit hoc vt btitudinē. in q̄ beatitudo nō eſt. Patꝫ ḡ ꝙ vo
lendo id qđ q̄s naturaliter vult ſm ſe nō eſt meritoriū
vel demeritoriū. ſed qꝛ indebite appetit hoc vt beatitudi
nem. ꝛ hoc mō ſancti merentᷣ appetendo deum vel vitam
eternā ¶ Et patet ꝑ hoc ſolutio ad obiecta Sol. ad ob.

## Octauo queritᷣ. vtrū

deus poſſit cogere voluntatē ¶ Et videtᷣ ꝙ ſic
quicūꝙ eñ vertit aliq̄d q̄cunꝙ vult pt cogere illud. ſed ſi j
cut dī ꝓuerb. xxi. Cor regꝭ in manu dñi eſt q̄cunꝙ volu
erit vertet illud. ḡ deus pt cogere volūtatē ¶ Pre. Ro.
pº. ꝓpter qđ tradidit illos deus ꝛc. glo. Augꝰ. dī Mani 2
feſtū eſt deū opari in cordibꝫ hoim ad inclināđas volun
tates eoꝝ q̄cunꝙ voluerit. ſiue in bonuꝫ ꝑ miſericordia
ſua. ſiue in malū ꝑ meritis eoꝝ. ḡ deus pt cogere volūta
tē ¶ Pre. Si finitū finite agat. infinitū agit infinite. ſꝫ ali/
qua creatura trahit voluntatē finite. qꝛ vt dī Tulliꝰ. ho 3
neſtū eſt qđ ſua vi nos trahit ꝛ ſua dignitate nos allicit. ḡ
deus q̄ hꝫ infinitā virtutem in agēdo pt totaliter cogere
voluntatē ¶ Pre. Ille ꝓprie dī ad aliq̄d ab alio cogi. qui
nō pt nō facere. ſiue velit ſiue nō velit. ſed volūtas nō pt 4
velle qđ deus volūtate bñplaciti vult eā velle. alr̄ volun/
tas dei eſſꝫ inefficax reſpectu volūtatis nr̄e. ḡ deꝰ pt coge
re voluntatē ¶ Pre. Cuilibet creature eſt ꝑfecta obedien
tia ad ſuū creatorē. ſed volūtas creatura q̄dā eſt. ḡ ineſt 5
ei obedientia ꝑfecta ad creatorē. ergo deus poteſt eā co/
gere ad quod vult
¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ liberꝝ eē a coactōe ē naturale voluntati Cōtra
ſꝫ naturalia nō pñt ab aliq̄ remoueri. ḡ volūtas nō pt co
gi a deo ¶ Pre. Deus nō pt facere ꝙ oppoſita ſint ſimul
vera. ſꝫ volūtariū ꝛ violētū ſūt oppoſita. qꝛ violētū ē ſpēs
inuolūtarij. vt pꝫ in .iij. ethi. ḡ deus nō pt facere vt volū
tas aliq̄d coacte velit. ꝛ ita nō pt cogere voluntatem.
¶ Rñſio dōm ꝙ deus pt mutare voluntatē de neceſ/ Rꝰ
ſitate. nō tñ pt eā cogere. Quātumcūꝙ eñ volūtas imu
tetᷣ in aliq̄d non dī cogi in illud. Cuius rō eſt qꝛ ipm velle
aliquid eſt inclinari in illud. coactio autez vel violentia eſt
cōtraria inclinationi illius rei que cogitur. Cum igitur
deus voluntatē immutat. facit vt ꝑcedenti inclinatōi ſuc
cedit alia inclinatio. ita ꝙ ꝑma aufertur ꝛ ſecūda manet
Unde illud ad quod inducit voluntatē nō eſt ꝯtrariū in
clinationi que ꝑus inerat. vñ nō eſt coactio vel violentia.

ſicut lapidi rōne ſue grauitatis ineſt inclinatio ad locum
deorſum. hac aūt inclinatōe manente ſi ſurſum ꝓijciatur
erit violēta. ſi aūt deus auferat a lapide inclinatōem gra/
uitatis. ⁊ det ei inclinatōnem leuitatis. tunc ferri ſurſum
nō erit ei violentū. ⁊ ita oppoſitus motus pt̄ eſſe ſine vio/
lentia. Et ꝑ hunc modū intelligendū eſt ꝙ deus volunta
tem immutat. ſine hoc ꝙ voluntatē cogat. Poteſt autem
voluntatē immutare ex hoc ꝙ ipſe in volūtate operatur.
ſicut in natura. Vñ ſicut oīs actio naturalis eſt a deo.
ita oīs actio volūtatis inquantū eſt actio voluntatis.
nō ſolū eſt a volūtate vt immediate agēte. ſed etiā a deo
vt ꝑmo agente qui vehemētius impꝛimit. Vñ ſicut volū
tas pt̄ mutare actū ſuū in aliud. vt ex dictis pʒ. ita etiā et
Deus du. i/ multo amplius deus. ¶ Immutat autē dupl'r. vno mō
mutat volū. mouēdo tm̄. qñ ſcʒ voluntatē mouet ad aliqd volendū ſi
ne hoc ꝙ aliquā formā impꝛimit volūtati. ſicut ſine appoſi/
tione alicuiꝰ habitus qñq; facit vt hō velit hoc ꝙ homo
pꝛius nō volebat. Alio mō impꝛimendo aliquā formā in
ipſam voluntatē. Sicut eñ ex ipſa natura quā deus vo
luntati dedit inclinaꝛ volūtas ad aliqd volendum. vt ex
dictis pʒ. Ita ex aliquo ſupaddito. ſicut eſt gratia vel vir
tus inclinaꝛ vlterius ad volendū aliqd in aīa ad qḋ ꝑus
nō erat determinata naturali inclinatōe. ſed hec quidē
inclinatio ſupaddita qñq; eſt ꝑfecta. et qñq; eſt imꝑfecta
Qñ qdem eſt ꝑfecta. ita facit neceſſariā inclinatōnem in
illud ad quod determinat. ſicut ꝑ naturā de neceſſitate
inclinaꝛ voluntas in appetendū finem. ſicut cōtingit in be
atis in qbus charitas ꝑfecta inclinat ſufficiēter in bonū
nō ſolū quantū ad finē vltimū. ſed etiā quantū ad ea que
ſunt ad finē. Aliqñ vero forma ſupaddita nō eſt vſque/
Solō ad ob quaq; ꝑfecta. ſicut in viatoꝛibꝫ. ⁊ tunc ex forma ſupaddi
ta volūtas inclinaꝛ qdē. ſed nō de neceſſitate ¶ Et ꝑ hoc
patet ſolutio ad obiecta. Nā ꝑme rōnes ꝓbabant ꝙ deꝰ
pt̄ immutare voluntatē. alie vero ꝙ nō pt̄ cogere. quoꝝ
Nota vtrūq; verū eſt. vt ex dictis pʒ ¶ Sciendū tñ ꝙ cū dr̄ in
gloſa inducta ꝙ deus opatur in coꝛdibꝫ hominū ad incli
nādas eoꝝ volūtates in malū. nō eſt intelligendū. vt glo.
ibidē dr̄. ꝙ deus maliciā impartiaꝛ. ſed quia ſicut apponit
grām vñ inclinaꝛ hoīm volūtas ad bonū. ita ſubtrahit q/
buſdā q̄ ſubtracta inclinaꝛ eoꝝ volūtas ad malum.

## Nono queritur. vtrum

aliqua creatura poſſit immutare voluntatem
1 vel impꝛimere in ipſam ¶ Et videꝛ ꝙ ſic. q2 ipſa volūtas
creatura qdā eſt. ſed volūtas actū ſuū immutat q̄ vult.
ergo videꝛ ꝙ creatura immutat voluntatē ⁊ cogat ipam
2 ¶ Pre. Difficilius eſt imutare totū q̄ꝫ ptes. ſed ſm qſdā
ꝑhos coꝛpa celeſtia immutāt totam multitudinē ad ali
qd volendū. g̃ multo foꝛtius videꝛ ꝙ poſſint cogere volū
3 tatē alicuius vnius ¶ Pre. Quicūq; ab aliq̄ vinciꝛ cogiꝛ
ab illo. ſed ſm ꝑhm in. vij. ethi. incōtinentes vincunꝛ a
paſſionibꝫ. g̃ paſſiones immutāt ⁊ cogūt incōtinētis vo/
lūtatē ¶ Pre. Sʒm Augꝰ. in. iij. de tri. ſupioꝛa tā in ſpūa
4 libꝫ q̄ꝫ in coꝛpalibꝫ mouent inferioꝛa naturali quodā oꝛ/
dine. ſed angeloꝝ bonoꝝ ſicut intellectus eſt ſupioꝛ ⁊ ꝑfe
ctioꝛ noſtro intellectu. ita ⁊ voluntas noſtra volūtate. er
go ſicut per intellectū ſuū poſſunt impꝛimere in intellectū
noſtrū eum illuminando. ſm doctrinā Dyoni. ita videꝛ
ꝙ per voluntatē ſuam poſſint impꝛimere in voluntatem.
5 aliquantulū eam immutādo ¶ Pre. Sʒm Dyo. ſuperio
res angeli illumināt ⁊ purgāt inferioꝛes. ſed ſicut illumi/
natio ꝑtinet ad intellectū. ita purgatio noſtra ꝑtinet ad
affectū. g̃ ſicut angeli poſſunt impꝛimere in intellectum. ita
etiam in voluntatē ¶ Pre. Magis natū eſt aliquid im/ 6
mutari a ſuperioꝛi natura q̄ꝫ inferioꝛi. ſed in volūtate no/
ſtra. ſicut eſt inferioꝛ appetitus ſenſibilis. ita ⁊ ſupioꝛ vo/
luntas angelica. igiꝛ cū appetitus ſenſibilis immutat in/
terdū voluntatē. multo foꝛtius volūtas angelica poterit 7
voluntatē noſtrā immutare. ¶ Pre. Luce. xiiij. dr̄ pater
familias ſeruo ſuo cōpelle intrare. intraꝛ aūt ad illā cenā
per voluntatē. g̃ per angelū qui eſt dei miniſter pt̄ volū
tas noſtra ad aliquid cogi.
¶ Sed ↄtra eſt qḋ Bernhar. dr̄ ꝙ liberū arbitriū eſt Contra
potentiſſimū ſub deo. ſed nihil imutaꝛ niſi a foꝛtioꝛi. ergo
nullus niſi deus pt̄ voluntatē immutare ¶ Pre. Meri
tū ⁊ demeritū in volūtate qdammō cōſiſtit. g̃ ſi aliq̄ crea
tura poſſet immutare voluntatē poſſet aliquis iuſtificari
vel effici peccatoꝛ ꝑ aliquā creaturā. qḋ falſum eſt. q2 nul
lus fit peccatoꝛ niſi ꝑ ſeipſum. nec aliqs fit iuſtus niſi deo
opante ⁊ ipſo cooperante.
¶ Rñſio dīcendū ꝙ volūtas pt̄ intelligi immutari ab alio Rꝰ
dupl'r. vno mō ſicut ab obiecto ſuo. ſicut volūtas immu/ Du. volū
taꝛ ab appetibili. ⁊ ſic nō querimꝰ hic de immutabilitate. imutaꝛ
Hoc eñ eſt ſup oſtēſum ꝙ aliqḋ bonū de neceſſitate mo/
uet voluntatē ꝑ modū obiecti. q̄ꝫuis volūtas nō cogatur.
Alio vero mō pt̄ volūtas immutari ab aliq̄ ꝑ modū cau
ſe efficiētis. ⁊ ſic dicimꝰ ꝙ nō ſolū nulla creatura pt̄ coge/
re voluntatē agēdo in ipam. q2 hoc nec deus poterat. ſed
nec pt̄ etiā directe agere in voluntatē vt eā immutet ne/
ceſſario vel qlitercūq; inclinet qḋ deꝰ pt̄. Sʒ indirecte pō
aliqliter inclinare voluntatē aliq̄ creatura. non tñ neceſſa/
rio immutare. Cuius rō eſt. q2 cū actus volūtatis ſit q̄ſi
medius inter potentiā ⁊ obiectū immutatio actus volū
tatis pt̄ ↄſiderari vel ex pte volūtatis ipſius. vel ex parte
obiecti. Ex pte qdem volūtatis imutare actū volunta/
tis nō pt̄ niſi qḋ opatur intra voluntatē. ⁊ hec eſt ipſa vo
luntas. ⁊ illud qḋ eſt cā eſſe volūtatis qḋ ſm fidē ſolus
deus eſt. vñ ſolus deus pt̄ inclinatōem volūtatis quā ei
dedit trāſferre de vno in aliud ſm ꝙ vult. Sed ſm illos
qui ponūt aīam creatā ab intelligētijs. qḋ tñ fidei contra
riū eſt. ipſe angelus vel intelligētia hʒ effectū intrinſecū vo
lūtati inquantū cauſat eē qḋ eſt intrinſecū ipſi voluntati.
¶ Et ſm hoc Auicē. ponit ꝙ ſicut coꝛpa nr̄a immutanꝛ Opinio
a coꝛpibꝫ celeſtibꝫ. ita volūtates nr̄e immutanꝛ a volūta/ Auicene
te aīaꝝ celeſtiū. Qḋ tñ oīno eſt hereticū. Sʒ ſi cōſidereꝛ Repbaꝛ
actus volūtatis ex pte obiecti. ſic volūtatis inuenitur du
plex obiectū. Vnū ad qḋ de neceſſitate inclinatōis natu Duobie
ralis determinaꝛ. ⁊ hoc qdē obiectū eſt volūtati inditū ⁊ ctū volū.
ↄpoſitū a creatore q̄ naturalē inclinatōem dedit ei in illḋ.
vñ nullus pt̄ necc̄ario ꝑ tale obiectū imutare volūtatē niſi
ſolus deus. Aliud vero eſt obiectū volūtatis. qḋ qdē na
tū eſt imutare volūtatē inq̄ntū in eo eſt aliq̄ ſilitudo vl' oꝛ
do reſpectu vltimi finis naturaliter deſiderati. Nō tñ ex
hoc obiecto volūtas de neceſſitate imutaꝛ. vt ꝑus dictū
eſt. q2 nō in eo ſingulariter inueniꝛ oꝛdo ad vltimū finem
naturaliter deſideratū. Et mediāte hoc obiecto pt̄ aliq̄
creatura inclinare aliq̄tenus voluntatē nō tñ necc̄ario im
mutare. ſicut pʒ cū aliqs ꝑſuadet alicui aliqd faciēdū ↄpo
nēdo ei eius vtilitatē ⁊ honeſtatē. tñ in ptāte volūtatis ē
vt illud acceptet eo ꝙ nō eſt determīata naturaliter ad
illud. Sic igiꝛ nulla creatura pt̄ directe immutare volun
tatem. pt̄ autē extrinſecus aliquid ↄponendo voluntati
eam aliqualiter inducere. nō tamen immutare

¶ Ad primū igiť dōm ꝙ voluntas poteſt ſeipam im
Ad .j. mutare reſpectu aliquoꝝ etiā directe. cum ſit dn̄a ſuoꝝ ac
tuū. Et cū dr̄ ꝙ nō immutať directe a creatura. intelligi
tur a creatura alia. nō tn̄ ipſa pt̄ ſe cogere. quia in hoc im
portať cōtradictio. ſcʒ ꝙ aliq̄d ſit coactū a ſeipſo. q2 violē
tum eſt in quo nihil cōfert vim patiens. ꝯfert aūt vim in
ferens. Et ſic volūtas non pt̄ ſe cogere. q2 ſic ipſa in illa vi
aliq̄d cōferret inquantū cogeret ſe. et nihil ꝯferret inqn̄
tum cogereť. qđ impoſſibile eſt. Per quē etiā modū pro
bat ph̄s in .v. ethico. ꝙ nō patiť quis iniuſtū a ſeipſo. q2 q̄
patiť iniuſtū patitur aliq̄d cōtra voluntatē ſuā. ſi aūt fa
ciat iniuſtū eſt ẜm ſuam voluntatem ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ
Ad 2 corpa celeſtia nō poſſunt de neceſſitate immutare volun
tatē neqȝ vnius hoīs neqȝ multitudinis. ſed poſſunt im
mutare ipſa corpa. et ipſo aūt corpe volūtas aliq̄ mō incli
natur. licet nō neceſſario q2 reſiſtere pt̄. q2 colerici ex natu
rali cōplexione inclinanť ad iram. tn̄ aliqs colericus pt̄ re
ſiſtere p voluntatē inclinationi. nō autē reſiſtūt niſi ſapiē
tes corpalibus inclinationib9. qui ſunt pauci reſpectu ſtul
toꝝ. quoꝝ infinitus eſt numer9 Eccs. pmo. Et ideo di
citur ꝙ corpa celeſtia immutāt multitudinē inquantum
multitudo ſequitur inclinatōes naturales. nō aūt immutāt
hunc vel illū. qui p prudentiā reſiſtunt inclinationi predi
Ad 3 cte ¶ Ad terciū dōm ꝙ incōtinens nō dr̄ victa a paſſio
nibus. q2 ipſe paſſiones cogant vel immutant neceſſario
voluntatē. alioqn̄ incōtinens nō eſſet puniēdus. q2 pene
nō debenť inuolūtario. Incōtinens aūt nō dicitur inuolū
tarius operari ẜm ph̄m in tercio ethi. ſed dr̄ incontinens
victa paſſionibus. inquantū coꝝ impulſui cedit volun
Ad 4 tarie. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ angeli non imprimunt in
intellectu quaſi interius aliquid in intellectu agentes. ſed
ex parte obiecti inquantū intelligibile ꝓponunt quo et in
tellectus noſter cōformatur ꝛ conuincitur. ſed obiectū vo
luntatis per angelum ꝓpoſitum nō de neceſſitate immu
tat voluntatē. vt dictuʒ eſt. ꝛ ideo nō ē ſimile. ¶ Ad quin
Ad 5 tum dicendū ꝙ purgatio illa ẜm quā angeli purganť ad
intellectū pertinet. eſt eīm purgatio a neſcientia. vt dicit
Dyo. eccli. hierarch. Si tamē ptineret ad affectum di
Ad 6 cerenť purgare quaſi ꝑſuadendo ¶ Ad ſextum dicendū
ꝙ illud quod eſt inferius voluntate vt corpus vel appeti
tus ſenſibilis nō immutat voluntatē quaſi directe in vo
luntate agendo. ſed ſolū ex parte obiecti. obiectū aūt vo
luntatis eſt bonū apprehēſum a rōne vniuerſali. ſed bonū
apprehēſum a rōne vniuerſali nō mouet niſi mediante p
ticulari apprehēſione. vt dr̄ in tercio de aīa. eo ꝙ actus
ſunt in particularib9. Ex ipſa aūt paſſione appetitus ſenſi
tiui cuiuſdā pt̄ eſſe interdū cōplexio corpis. vel quecunqȝ
paſſio vel impreſſio corpalis. ex eo ꝙ appetitus ille vtiť or
gano impediť ꝛ interdū totaliter ligať ipſa pticularis ap
prehēſio. vt illud qđ rō ſuperior dictat in vlī non appliceť
actu ad hoc pticulare. Et ſic voluntas in appetendo mo
uetur ad illud bonum quod ſibi nunciat ratio particula
ris. pretermiſſo illo bono quod ſibi nunciat ratio vniuer
ſalis. Et per hunc modū huiuſmodi paſſiones volunta
tem inclinant. nō tamen de neceſſitate immutāt. quia in
poteſtate voluntatis eſt huiuſmodi paſſiones cōprimere
vt vſus rōnis non impediať. ẜm illud Gen̄. qrto. ſubtus
Ad 7 te erit appetitus tuus ſcʒ peccati. ¶ Ad ſeptimū dōm ꝙ
cōpulſio illa de qua ibi fit mentio non eſt coactionis. ſed
efficacis ꝑſuaſionis. vt per aſpera vel ꝑ lenia

# Decimo querit̄. vtruʒ

voluntas ꝛ intellectus ſint eadē potentia. Et .j.
videtur ꝙ ſic. Potētie diſtinguunť ẜm ꝓpria obiecta. ob
iectum aūt intellectus eſt verum. voluntatis vero bonū
cum ergo verū ꝛ bonū ſint idem ſuppoſito ꝛ differant rō
ne. videtur ꝙ intellectus et voluntas ſint idem in re. ſed
differant rōne ¶ Pre. Sʒm ph̄m in .iij. de aīa. voluntas 2
in rōne eſt. ergo vel eſt idē qđ rō vel pars rōnis. ſed ratio
eſt eadē potētia cū intellectu. g̃ et volūtas. ¶ Prete. Vi 3
res aīe cōiter diuiduntť in iraſcibile rōnale ꝛ cōcupiſcibile
ſed diſtinguiť volūtas ab iraſcibili ꝛ cōcupiſcibili. g̃ cōti 4
neť ſub rōnali. ¶ Pre. Vbicunqȝ inueniť vnū obiectū re
et rōne eſt vna potētia. ſed volūtatis ꝛ intellectus practi
ci eſt vnū obiectū re ꝛ rōne. vtriuſqȝ eīm obiectū dr̄ bonū
ergo intellectus practicus nō eſt alia potētia ꝙ̄ volūtas
Sed intellectus ſpeculatiuus nō eſt alia potētia ꝙ̄ pra
cticus. q2 ẜm ph̄m in ter° de aīa. Intellectus ſpeculati
uus p extenſionē fit practicus. g̃ volūtas et intellectus ſtʒ
ſimplr̄ vna potētia ¶ Pre. Sicut ad cognoſcendū diffe 5
rentiā duoꝝ ad inuicē. opꝫ ꝙ idē ſit q̄ cognoſcit vtrūqȝ
coꝝ inter que differētia cōſideratur. ita oportet ꝙ ideʒ ſit
qui cognoſcit ꝛ vult. Sed ad hoc ꝙ cognoſcať differen
tia inter aliqua duo. vt inter album ꝛ dulce. oportet ꝙ ea
dem ſit potētia q̄ cognoſcat vtrunqȝ. ex quo ꝓbat ph̄us
in ſcđo de aīa ſenſum cōem eſſe. ergo ea rōne oportet eſſe
vnā potentiā que cognoſcit ꝛ vult. ꝛ ita intellectus ꝛ vo
luntas ſunt vna potentia vt videtur
¶ Sed cōtra eſt ꝙ appetitiuū genus anīme aliud eſt Cōtra
ab intellectiuo ẜm ph̄m. ſed volūtas cōtineť ſub appetiti
uo. ergo volūtas eſt alia potētia ab intellectu ¶ Pre. In
tellectus cogi pt̄ ẜm ph̄m in .v. metaph. ſed volūtas non
poteſt cogi. vt dictum eſt. ergo intellectus et volūtas nō
ſunt vna potentia R̄o
¶ Rn̄ſio dōm ꝙ intellectus ꝛ volūtas ſunt diuerſe po
tētie ꝛ ad diuerſaꝝ potētiaꝝ genera ptinētes. Ad cuius
euidentiā ſciendū ē. ꝙ cū diſtinctio potētiaꝝ attendať pe
nes act9 ꝛ obiecta. nō q̄libet obiectoꝝ dr̄ia oñdit diuerſi
tatē potētiaꝝ. ſed drn̄tia obiectoꝝ inqn̄tū obiecta ſtʒ. nō
aūt aliq̄ accn̄talis dr̄ia q̄ accidat obiecto ẜm ꝙ eſt obie
ctū. vt ſenſibili inquantū ſenſibile accidit eſſe aīatū. ꝙ̄uis
ipſis reb9 q̄ ſentiunť he drn̄e ſint eēntiales. et ideo penes
has drn̄as nō diuerſificanť potētie ſenſitiue. ſed penes au
dibile ꝛ viſibile ꝛ tāgibile q̄ ſunt drn̄e ſenſibilis inquantū
ſenſibile. ſiue p ſe ſenſibile p mediū ſiue ſine medio Et qn̄
quidē drn̄e eēntiales obiectoꝝ inqn̄tū ſtʒ obiecta. ſumunť
vt diuidētes p ſe aliqđ ſpēale obiectū aīe. ex hoc diuerſifi
canť potētie. ſed nō genera potētiaꝝ. ſicut ſenſibile noīat
nō obiectū aīe ſimplr̄. ſed q̄dđā obiectū qđ ꝑdictis diffe
rētijs p ſe diuidiť Vn̄ viſus ꝛ audit9 ꝛ tactus ſunt diuer
ſe potētie ſpēales ad idē genus potētiaꝝ aīe ptinētes ſcʒ
ad ſenſum. Sed qn̄ drn̄e accepte diuidūt ipm obiectū cōi
ter acceptū. tūc ex tali drn̄a innoteſcūt diuerſa genera po
tentiaꝝ. Diciť aūt aliq̄d eſſe obiectū aīe ẜm ꝙ hʒ aliquaʒ
habitudinē ad ipſam aīam. vbi g̃ inuenimus diuerſas rō
nes habitudinis ad aīam. ibi inuenimus p ſe differentiā
obiecti anime demonſtrantē ẜm diuerſuʒ genus potētia
rum anime. Res autem inuenitur ad aīam duplicem ha
bitudinem habere. vnam ẜm ꝙ res eſt in anima p modū
anime non p moduʒ ſui. aliam ẜm ꝙ anima comparatur
ad rem in ſuo eſſe exiſtentē Et ſic obiectū aīe eſt duplex.

Duplex ob Uno mō inquantū natum eſt eſſe in anima. non ſm eſſe
iectum aie. ꝓprium. ſed ſm modū anime ſcʒ ſpiritualiter. ⁊ hec eſt ra/
tio cognoſcibilis inquantuʒ cognoſcibile eſt. Alio mō eſt
aliquid obiectū anime ſm ꝙ ad ipm anima inclinatur et
ordinatur ſm modum ipſius rei in ſeipſa exiſtentis. Et
hec eſt rō appetibilis inquantū appetibile. vnde ⁊ cogno
ſcitiuū in anima ⁊ appetitiuuʒ cōſtituunt diuerſa genera
potentiaꝝ. Unde cum intellectus ſub cognitiuo cōpre/
hendatur. voluntas autē ſub appetitiuo. oportet voluntatē
et intellectū eſſe potētias generice etiā diuerſas

¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ diſtinctio potentiaruʒ
Ad .i. nō oritur ex obiectis ſm rem cōſideratis. ſed ſm rōnem
quia ipſe rōnes obiectoꝝ ſpecificant ipſas operatōes po/
tentiaꝝ. Et ideo vbi eſt diuerſa ratio obiecti inuenimus
diuerſas potentias q̃uis ſit eadem res que ſubeſt vtriqʒ
ratōni. ſicut eſt de vero et bono. Et hoc etiam patet in
rebus materialibus. nam aer patitur ab igne inquantuʒ
eſt calidus ſm ꝙ eſt in potentia aer calidus. inquantū ve
ro ignis eſt lucidus patit̃ ab eo aer ſm ꝙ ipſe eſt dyapha/
nus. Nec eſt eadem potētia in aere ſm quā dicit̃ dyapha
nus ⁊ potētia calidus. q̃uis idem ignis ſit qui in vtrāqʒ
Ad 2 potentiā agat ¶ Ad ſcdm dicendū ꝙ potentia duplici/
Dupliciter ꝯſi/ ter poteſt cōſiderari. vel in ordine ad obiectū vel in ordi/
deratur potēa ne ad eſſentiā anime in qua radicatur. Si ergo voluntas
cōſideretur in ordine ad obiectū. ſic ad aliud genus ani/
me ptinet q̃ intellectus. Et ſic volūtas cōtra ratōem et
intellectum diſtinguitur. vt dictum eſt. Si vero volun/
tas cōſideretur ſm illud in quo radicatur. ſic cum volun
tas nō habeat organū corporale. ſicut nec intellect⁹. volū
tas et intellectus ad eandē partem anime reducentur. et
ſic quādoqʒ intellectus vel ratio ſumitur put includit in
ſe vtrunqʒ. Et ſic dicitur ꝙ volūtas eſt in ratione. etiam
ſm hoc rōnale includens voluntatem ⁊ intellectū diuidi
tur cōtra irraſcibile ⁊ cōcupiſcibile. Unde patet ſolutio
Ad 3 ad terciū. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ obiectuʒ intellectus
Ad 4 practici nō eſt bonū. ſed veꝝ relatum ad opus. ¶ Ad .v.
Ad 5 dicendū ꝙ velle ⁊ cognoſcere non ſunt actus vnius ratō
nis. et ideo non poſſunt ptinere ad vnā potentiam. ſicut
cognoſcere dulce ⁊ album. vnde nō eſt ſimile

## Undecimo queritur.

Utrum voluntas ſit altior potentia q̃ intelle
1. ctus vel ecōuerſo. ¶ Et videtur ꝙ intellectus ſit altior
et nobilior. nobilitas eñ anime ꝯſiſtit in hoc ꝙ eſt ad ima
ginem dei. ſed anima ad imaginē eſt ſm rōnem intellecti/
uam. vnde Aug⁹. dicit in tercio ſup Geñ. ad lrām Intel
ligamus in eo factum hominē ad imaginē dei quo irrō/
nalib⁹ animantib⁹ antecellit. illud aūt eſt ipſa rō vl' mens
vel intelligentia. ſi quo alio vocabulo cōmodius appellat̃
ergo excellētiſſima potentia eſt intellectus ¶ Sed dice/
res. ꝙ ſicut imago eſt in intellectu. ita etiam in voluntate
cum imago ſm Aug⁹. in li. de trini. attendat̃ ſm memo/
2 riam intelligentiā ⁊ voluntatem. ¶ Sed contra. ex quo
voluntas anime penes imaginem attenditur. oportet ꝙ
ſit id excellentius anime vbi magis proprie inuenit̃ ratio
imaginis. ſed ſi imago ſit in voluntate ⁊ in intellectu ma/
gis proprie eſt in intellectu q̃ in voluntate. vnde Magi
ſter in ſcdo ſenten. diſtin. xvi. dicit imaginem eſſe in cogni
tione veritatis. ſimilitudinem in dilectione boni. g̃ opor/
tet ꝙ adhuc intellectus ſit nobilior q̃ voluntas. ¶ Pre.
3 Cum de potentijs iudicemus ex actibus. oportet ipam
potentiam eſſe nobiliorem cuius actus eſt nobilior. ſed in
telligere eſt nobilius q̃ velle. ergo intellect⁹ eſt nobilior
q̃ voluntas. Probatio medie. Cum eñ actus ſpecifice/
tur ex terminis. oportet illuʒ actum eſſe nobilioreʒ cuius
terminus eſt nobilior. ſed intellectus actus eſt ſm motū
ad animā. actus autem volūtatis ſm motū ab anima ad
res. ergo cum anima ſit nobilior rebus exteriorib⁹. intelli
gere eſt nobilius q̃ velle ¶ Prete. In omībus. ordinatis
quanto aliquid magis diſtat ab infimo tanto eſt altius. 4
ſed infimū in potentijs anime eſt ſenſus. voluntas autem
magis appropinquat ſenſui q̃ intellectus. nam voluntas
cum ſenſitiuis potentijs cōmunicat in cōditione obiecti.
Sicut eñ ſenſus eſt particularium ita ⁊ voluntas. volum⁹
eñ particularē ſanitatē et nō hoc vniuerſale quod eſt ſa/
nitas. intellectus aūt eſt vniuerſaliū. ergo intellectus eſt
altior potentia q̃ volūtas. ¶ Pre. Regens eſt nobilius 5
recto. ſed intellectus regit voluntatē. g̃ ⁊c. ¶ Pre. Id a 6
quo aliud eſt habet auctoritatē ſupra ipm ⁊ maioritatem
ſi ſit diuerſum in eſſentia. ſed intelligētia eſt a memoria. ſi
cut filius a patre. voluntas aūt a memoria ⁊ intelligentia
ſicut ſpūs a patre ⁊ filio. g̃ intelligentia habet auctoritatē
reſpectu volūtatis. ⁊ eſt maior ⁊ potior ea. ¶ Pre. Quā
to aliquis actus eſt ſimplicior ⁊ immaterialior tanto eſt no 7
bilior. ſed actus intellectus eſt nobilior q̃ volūtatis ⁊ im
materialior. quia intellectus abſtrahit a materia. nō aūt
voluntas. ergo actus intellectus eſt nobilior q̃ volūtatis 8
¶ Pre. Intellectus in anima comparat̃ ſplendori in re/
bus materialibus. voluntas ſiue affectus calori. vt ex di/
ctis patet ſanctoꝝ. ſed ſplendor eſt nobilior calore cuʒ ſit
qualitas nobilioris corporis. ergo intellectus eſt nobilior
voluntate. ¶ Prete. Illud quod eſt propriū hominis in/ 9
quantum eſt homo ſm phm in ethicis. eſt nobilius eo
quod eſt ꝯmune homini ⁊ alijs animalibus. ſed intellige
re eſt ꝓprium hominis. velle autem alijs animalib⁹ conue
nit. vt dicit phus in tercio ethicoꝝ. ꝙ voluntario partici
pant pueri ⁊ bruta. ergo intellectus eſt nobilior volunta
te. ¶ Prete. Quanto aliquid eſt ꝓpinquius fini tāto eſt 10
nobilius. cū ex fine ſit ratio bonitatis in his que ſunt ad
finem. ſed intellectus noſter eſt ꝓpinquior fini q̃ volūtas.
prius eñ homo attingit finem p intellectū cognoſcendo
ipſum q̃ per voluntatē appetendo ipſum. ergo intellect⁹
eſt nobilior q̃ volūtas ¶ Pre. Sʒ Gregoriū. Grego. in. vi. mora.
vita contemplatiua eſt maioris meriti q̃ actiua. ſed vita 11
cōtemplatiua ptinet ad intellectū. actiua aūt ad volunta
tem. ergo intellectus eſt nobilior q̃ volūtas ¶ Prete. Di
cit phus in. x. ethicoꝝ. ꝙ intellectus eſt optimuʒ coꝝ que 12
ſunt in nobis. g̃ nobilior eſt voluntate
¶ Sed ꝯtra. Nobilioris potētie nobilior eſt habitus. ſʒ Inſtāc
habitus quo perficit̃ volūtas. ſcʒ charitas. eſt nobilior fi 1
de ⁊ ſciā q̃bus pficitur intellectus. vt patʒ p apl'm. i. Co/
rinth. xiij. ergo volūtas eſt nobilior intellectu ¶ Pre. Li 2
berū ꝑualet nō habēti libertatē. ſed voluntas eſt libera. nō
autē intellectus. g̃ volūtas eſt ſupior ¶ Pre. Ordo potē 3
tiarum eſt ſm ordinē obiectoꝝ. ſed bonū qḋ eſt obiectuʒ
voluntatis eſt nobilius vero. qḋ eſt obiectum intellectus
ergo volūtas eſt nobilior intellectu ¶ Pre. ſm Dyo. v. c.
de di. no. quāto aliq̃ diuinaꝝ potentiaꝝ eſt cōmunior tan 4
to eſt nobilior. ſed volūtas eſt cōmunior intellectu. quia
quedam participant voluntatem que non participant
intellectum. vt ſupra dictum eſt. ergo voluntas eſt in/ 5
tellectu nobilior. ¶ Preterea. Quanto aliquid eſt deo
propinquius. tanto eſt nobilius. ſed voluntas magis

appropinquat deo ꝙ̃ intellect⁹. q2 ſicut dı̄ Hugo de ſctō vic. ſup. vij. ca. cel. hierar. Ibi dilectio intrat vbi cognitio foris eſt. plus em̄ diligimus deū ꝙ̃ eū poſſumus cognoſcere. ergo voluntas eſt nobilior ꝙ̃ intellectus

R^o Aliquid eminēti⁹ eſſe a^o du^x. ¶ Rñſio dōm ꝙ aliqd pt altero dici eminētius ⁊ ſimplr et ſm quid. Ad hoc aūt ꝙ oſtendaẗ aliqd altero eſſe ſimplr melius oportet ꝙ attendaẗ cōparatio penes eorum eſſentialia. ⁊ nō penes eoꝝ accñtalia. q2 p hoc oſtenderet vnū alteri eminere ſm quid. Sicut ſi hō cōpararetur leoni quantū ad differentias eſſentiales inueniẗ leone ſimpliciter nobilior. inquantū hō eſt animal rōnale. leo vero aīal irrōnale. Leo vero eſt hoīe excellētior ſi cōparentur ſm fortitudinē corporalez. hoc em̄ eſt nobilius eſſe ſm quid. Vt ergo cōſidereẗ que eaꝝ potentiaꝝ ſit potior ſimpliciter volūtas an intellectus. hoc p ſe ex eoꝝ differētijs cōſiderandū eſt. Perfectio aūt ⁊ dignitas intellectus in hoc cōſiſtit ꝙ ſpēs rei intellecte in ipſo intellectu cōſiſtit. cum ſm hoc intelligat actu in quo eius dignitas tota cōſideratur. Nobilitas aūt volūtatis ⁊ actus eius cōſiſtit in hoc ꝙ anima ordinaẗ ad aliquā rem nobilez ſm eſſe qḋ res illa habet in ſeipſa. pfectius aūt eſt ſimplr p ſe ⁊ abſolute loquendo habere in ſe nobilitatē alterius rei ꝙ̃ ad rem nobilem cōparari extra ſe exiſtentē. Unde volūtas ⁊ intellectus ſi ſm ſe cōſiderent nō cōparando ad hanc vel ad illam rem. hunc ordinem inueniunẗ habere ꝙ intellect⁹ eſt eminentior ſimplr voluntate. Sed cōtingit eminētius eē quādoqꝫ cōparari ad aliquā rem nobilē per aliquez modum alium ꝙ̃ eius nobilitatē in ſeipſo habere. qñ ſcꝫ nobilitas rei habeẗ multo inferiori mō ꝙ̃ eaꝫ habeat res illa in ſeipſa. Si aūt nobilitas rei inſit alij rei vel eque nobiliter. vel nobilius ꝙ̃ in re cuius eſt. tunc abſqꝫ omi dubitatōe nobilius erit. quod in ſe nobilitatē alterius rei habet ꝙ̃ qḋ ad ipſam rem nobilē quātumcūqꝫ ordinaẗ. Rerū aūt que ſunt anima ſupiores formas pcipit intellectus inferiori mō ꝙ̃ ſint in ipſis rebus. recipitur em̄ aliquid in intellectum per modū ſui. vt dı̄ in libro de cauſis. Et eadē ratio eſt earum que ſunt anima inferiores. ſicut res corporales forme ſunt nobiliores in anima ꝙ̃ in ipſis rebus.

Intellcꝰ cōpaẗ ad volū. tri. ¶ Sic igiẗ tripl̄r poteſt comparari intellectus ad voluntatem. vno mō abſolute ⁊ in vniuerſali non reſpectu huius vel illius rei. ⁊ ſic intellectus eſt eminentior voluntate ſicut habere id quod dignitatis eſt in re aliqua pfectius eſt ꝙ̃ cōparari ad voluntatez eius. Alio mō per reſpectū ad res materiales ſenſibiles. ⁊ ſic iterum intellectus ſimpliciter ē nobilior voluntate. vtputa intelligere lapidē ꝙ̃ velle lapidem. eo ꝙ forma lapidis nobiliori mō eſt in intellectu ſm ꝙ ab intellectu intelligiẗ ꝙ̃ ſit in ſeipa ſm ꝙ a volūtate deſideraẗ. Tercio mō p reſpectū ad res diuinas que ſunt aīa ſupiores. ⁊ ſic velle eminētius eſt ꝙ̃ intelligere vt velle deum vel amare ꝙ̃ cognoſcere. q2 diuina bonitas pfectius eſt in ipō deo. put a volūtate deſideraẗ ꝙ̃ ſit pticipata in nobis. put ab intellectu cognoſcitur

Ad. j. ¶ Ad pmū ḡ dōm ꝙ Aug⁹. accipit rōem et intelligētiam p tota parte intellectiua que cōprehendit in ſe etiaz apprehenſionē intellectus ⁊ appetituz volūtatis. et ſic voluntas nō excluditur ab imagine. ¶ Ad ſcōm dicendū ꝙ

Ad 2 Magiſter appropriat imaginē ratōni. eo ꝙ prior eſt. ſimilitudinē vero amori. quia in cōparatione ad deum cognitio cōpletur per amorē. ſicut imago perficiẗ et venuſtaẗ p colorem. et alia huiuſmodi quibus fit ſimilis exemplari.

Ad 3 ¶ Ad terciū dicendū ꝙ illa ratio pcedit quantuꝫ ad res illas quibus anima eſt nobilior. ſed eadem ratōne poteſt probari eminentia volūtatis in cōparatione ad res anima nobiliores ¶ Ad quartū dicendū ꝙ volūtas non cō- Ad 4
municat obiecto cuꝫ ſenſibus niſi ſm ꝙ fertur in res ſenſibiles. que ſunt anima inferiores. ſm vero ꝙ ferẗ ad res intelligibiles ⁊ diuinas. magis etiam elongatur a ſenſibꝫ ꝙ̃ intellectus. cum intellectus minus capere poſſit de diuinis ꝙ̃ appetat ⁊ diligat affectus ¶ Ad quintum dicen- Ad 5
dum ꝙ intellectus regit voluntatem non quaſi inclinans eam in id in quod tendat. ſed ſicut oſtēdens ei quo tendere debeat. quanto ergo minus poteſt oſtēdere intellectus aliquod nobile ꝙ̃ inclinatio volūtatis feratur in id volūtas eſt potior intellectu. ¶ Ad ſextum dicendū ꝙ voluntas nō directe ab intelligētia procedit. ſed ab eſſentia ani- Ad 6
me pſuppoſita intelligentia. vnde ex hoc nō oſtendiẗ ordo dignitatis. ſed ſolummō ordo quo naturaliter intellect⁹ eſt prior voluntate ¶ Ad ſeptimū dicendū ꝙ intellectus Ad 7
nō abſtrahit a materia niſi cum intelligit res ſenſibiles ⁊ materiales. Cuꝫ vero intelligit res que ſunt ſupra ipſam nō abſtrahit imo eſt minus ſimplex ꝙ̃ ſunt res in ſeipſis. vnde remanet actus voluntatis qui fertur in ipſas res prout in ſeipſis ſunt ſimplicior ⁊ nobilior ¶ Ad octauuꝫ Ad 8
dicendū ꝙ loquutōes ille quibus intellectus ſplendori. affectus vero calori cōparantur. ſunt metaphorice. et ex talibus loquutōibus. vt dicit Magiſter in tercio ſentē. nō eſt trahēda argumētatio. Dicitur em̄ in epiſtola ad Tytum. ꝙ ſymbologica theologia nō eſt argumentatiua.
¶ Ad nonū dicendū ꝙ ſicut intelligere eſt ſolius homi- Ad 9
nis ita velle. ꝙ̃uis appetere ſit alioꝛuꝫ ꝙ̃ hominis ¶ Ad Ad 10
decimū dōm ꝙ ꝙ̃uis prius anima feraẗ in deuꝫ p intellectum ꝙ̃ ſm affectum. pfectius tamē puenit in ipſum affectus ꝙ̃ intellectus. vt dictū eſt ¶ Ad vndecimū dōm ꝙ Ad 11
a contēplatione volūtas nō excludiẗ. vnde Grego. dı̄ ſuper Ezech. ꝙ vita cōtemplatiua eſt deum ⁊ proximū diligere. vnde eminētia vite cōtemplatiue ad actiuā nō preiudicat volūtati. ¶ Ad duodecimū dōm ꝙ p hus loquiẗ Ad 12
de intellectu ſm ꝙ accipiẗ pro tota pte intellectiua. q̄ cōprehendit etiam in ſe ⁊ voluntatē. Vel poteſt dici ꝙ cōſiderat intellectū ⁊ alias potētias anime abſolute. nō ſm ꝙ cōparantur ad hoc obiectū vel illud.

¶ Ad illud vero quod primū obijciẗ in cōtrariū dicē- Sol. inſtan.
dum ꝙ charitas eſt habitus pficiens voluntatē in ordi- Ad. j.
ne ad deum. ⁊ in hoc ordine volūtas eſt nobilior intellectu ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ libertas volūtatis nō oſtēdit eaꝫ nobiliorē eſſe ſimplr. ſed nobiliorē in mouēdo. qḋ ex ſeque- Ad 2
tibꝫ magis patebit ¶ Ad terciū dōm ꝙ cū verū ſit quoddā bonū. eſt em̄ bonū intellectus. vt pꝫ p phm in. vi. ethi- Ad 3
coꝝ. nō eſt dōm ꝙ bonū ſit nobilius vero. ſicut nec aīal nobilius hoīe. cū hō includat in ſe nobilitatē aīalis ⁊ ſup addat. Loqmur aūt nūc de vero ⁊ bono ſm ꝙ ſunt obie- Ad 4
cta voluntatis ⁊ intellectus. ¶ Ad quartū dōm ꝙ velle nō inueniẗ in pluribꝫ ꝙ̃ intelligere. ꝙ̃uis appetere in pluri- Nota
bus inueniaẗ. ¶ Sciendū tñ eſt ꝙ in hac rōne nō inducitur auctoritas Dyo. ſm eius intentōem ꝓpter duo. quia Dyo. loqtur qñ vnū includiẗ in rōne alterius. ſicut eē in viuere. ⁊ viuere in intelligere. vñ dı̄ vnū eſſe ſimplicius altero. Scdō q2 ꝙ̃uis pticipatio q̄ ē ſimplicior ſit nobilior tñ ſi accipiaẗ cū illo mō q̄ inueniẗ in rebꝫ carentibꝫ ſupadditis pfectionibꝫ erit ignobilior. Sicut eſſe qḋ eſt nobili⁹ ꝙ̃ viuere. ſi accipiaẗ cū illo mō q̄ inaīata ſunt. ille modus eendi ē ignobilior ꝙ̃ eē viuentū qḋ ē viuere. ⁊ ſic nō oportꝫ ꝙ ſp id qḋ in pluribꝫ ē ſit nobilius. alīs opteret dicere ſenſum ē nobiliorē intellectu ⁊ nutritiuā potentiā ſenſitiua

Ad 5 ¶ Ad quintũ dicendũ ꝙ ratio illa procedit de nobilita/
te in ordine ad deum. Et ſic cõceditur eſſe nobilior.

## Duodecimo queritur

Utrũ voluntas moueat intellectuꝫ ⁊ alias aĩe
1 vires   Et videt̃ ꝙ nõ. Mouẽs eñi naturaliter eſt pri
us moto. ſed voluntas eſt poſterior intellectu. nihil enim
amat̃ niſi cognitum. ſcḋm Aug⁹. in li. de tri. ḡ volũtas non
mouet intellectũ ¶ Preterea. Si volũtas mouet intellectũ
2 ad actũ ſuũ, tunc ſeq̇tur ꝙ intellectus intelligat. q̇ȝ volũ/
tas vult ip̃m intelligere. ſed volũtas nõ vult aliud niſi in
tellectũ. ḡ prius intelligere ip̃m intelligeret ꝙ̃ volũtas il
lud vellet. ſed anteꝙ̃ intellectus hoc intelligeret oporte/
ret ponere ꝙ volũtas vellet. q̇ȝ ponit̃ a voluntate intelle/
ctus moueri. ḡ eſt abire in infinitũ. hoc aũt eſt impoſſibi
3 le. ergo volũtas nõ mouet intellectũ. ¶ Prete. Om̃is po
tentia motiua mouet̃ a ſuo obiecto. ſed volũtas eſt potẽ/
tia paſſiua. eſt eñi appetitus mouens motũ. vt ḋr in terᵒ
de aĩa. ḡ mouet̃ a ſuo obiecto. ſed obiectũ eius eſt bonuꝫ
intellectũ vel apprehẽſum. vt ḋr in tercio de aĩa. ḡ intelle
ctus aut alia vis apprehẽſiua mouet voluntatẽ ⁊ nõ econ
4 uerſo ¶ Pre. Qꝫ vna potentia dicat̃ aliã potentiã moue/
re. h eñi nõ eſt niſi ꝓpter imperiũ qḋ vna ſup̃ aliã hꝫ. impe
5 rare aũt eſt rõnis. vt ḋr in p̃mo ethicoꝝ. ḡ eius eſt moue
re alias potẽtias ⁊ nõ volũtatis ¶ Pre. Scḋm Aug⁹. xii.
ſup Gen. ad lrãm. mouẽs ⁊ agens eſt nobilius moto ⁊ fa
cto. ſed intellectus ad minus reſpectu ſenſibiliũ eſt nobi/
lior ꝙ̃ voluntas. vt dictũ eſt. ergo ad minus reſpectu ho
rum nõ mouetur a voluntate

Contra ¶ Sed ↄ̃ ẽ qḋ Anſel. ḋr in li. de ſilitudinibꝫ. ꝙ volũtas
mouet om̃es anime vires. ¶ Prete. Scḋm Aug⁹. viii. ſu
per Gen. ad lrãm. Om̃is motus ꝓcedit ab immobili. ſꝫ
inter potentias aĩe ſola volũtas eſt que eſt immobilis in
hoc ꝙ a nullo cogi p̃t. ergo omnes aĩe vires a voluntate
mouent̃ ¶ Pre. Scḋm phm. ii. metaph. omnis motus eſt
ꝓpter finem. ſed bonũ ⁊ finis eſt obiectũ volũtatis. ḡ vo/
luntas mouet alias vires. ¶ Pre. Scḋm Aug⁹. hoc facit
in ſpiritibꝫ amor qḋ in corporibꝫ pondus. ſed põdus mo/
uet corpora. ergo amor volũtatis mouet ſpirituales ani/
me potentias.

Rñ° ¶ Reſpõſio dicendũ ꝙ intellectus mouet aliquo mõ volun
tatem. ⁊ volũtas mouet aliquo mõ intellectũ ⁊ alias vi/
res ¶ Ad cuius euidentiã ſciendũ eſt. ꝙ tam finis ꝙ̃ effi

Dupl̃r ali/
qḋ mouet ciens mouere dicunt̃ ſed diuerſimode. cũ eñi in q̇libet ac/
tione duo cõſiderent̃. ſcꝫ agens ⁊ rõ agendi. Sicut in ca
lefactiõe ignis eſt agens. ⁊ rõ agendi eſt calor. Ita etiaꝫ in
mouẽdo ḋr mouere finis ſicut rõ mouẽdi. ſed efficiens ſi
cut agẽs motũ. hoc eſt educẽs mobile de potẽtia in actũ.
rõ aũt agendi eſt forma agentis p quã agit. vñ oportꝫ ꝙ
inſit agenti ad hoc ꝙ agat. nõ aũt ineſt ſcḋm eſſe nature p
fectum. q̇ȝ hoc habito q̇eſcit motus. ſed ineſt agenti per
modũ finis intẽtionis. nam finis eſt prior in intentiõe ſed
poſterior in eſſe. Et ideo finis p̄exiſtit in mouente. prop̃e
ſcḋm intellectũ cui⁹ eſt recipere aliq̇d p modũ intentõis et
nõ ſcḋm eſſe nature. Unde intellectus mouet voluntatẽ p
modũ quo finis mouere ḋr. inquantũ ſcꝫ precõcipit rõem
finis ⁊ eam volũtati ꝓponit. Sed mouere p modũ cauſe
agentis eſt volũtatis ⁊ nõ intellectus. eo ꝙ volũtas com
parat̃ ad res ſcḋm ꝙ in ſeipſis ſunt. intellectus aũt ↄpara/
tur ad res ſcḋm ꝙ ſunt p modũ ſpiritualẽ in aĩa. Agere au
tem ⁊ mouere cõuenit rebꝫ ſcḋm eſſe propriũ quo in ſeipſis
ſubſiſtunt. ⁊ nõ ſcḋm ꝙ ſunt in anima p modũ intentionis
Calor eñi nõ calefacit in aĩma ſed in igne. ⁊ ſic cõparatio
volũtatis ad res eſt ſcḋm ꝙ cõpetit eis motus. nõ aũt com
paratio intellectus. Et p̄terea actus volũtatis eſt q̇daꝫ
inclinatio in aliud non aũt intellectus. inclinatio autẽ eſt
diſpoſitio mouẽtis ſcḋm ꝙ efficiens mouet. Unde pꝫ ꝙ volũ/
tas habet mouere p modũ cauſe agẽtis et nõ intellectus
Potẽtijs autẽ aĩe ſupioribus ex hoc ꝙ immateriales ſũt
cõpetit vt reflectant̃ ſup ſeipſas. vñ tam volũtas ꝙ̃ intel
lectus reflectit̃ vtrũꝗ ſupra ſeip̃m ⁊ vnũ ſupra alterũ et
ſupra eſſentiã anime ⁊ ſup̃ om̃es eius vires. ⁊ ſiliter volũ
tas vult ſe velle ⁊ intellectũ intelligere et vult aĩam eſſe.
et ſic de alijs. Cum aũt aliqua potẽtia ſupra aliam fert̃ cõ
paratur ad eam ſcḋm ſuã ꝓprietatẽ. ſicut intellectus cum in
telligit voluntatẽ velle in ſeipſo rõem volendi accipit. vñ
et ipſa volũtas cum fertur ſupra potẽtias aĩe fert̃ in eas
vt in res quaſdã q̇bus cõuenit motus ⁊ operatio. ⁊ incli
nat vnamquãꝗ in ꝓpriaꝫ operatõem. Et ſic non ſolũ res
exteriores mouet volũtas p modũ agentis. ſed etiam ip
ſas anime vires

¶ Ad primũ ergo dicendũ ꝙ cum in reflexione ſit quedam
ſimilitudo motus circularis in quo eſt vltimũ motus qḋ Ad .1.
p̃mo erat principiũ. oportet ſic dicere in reflexiõe actuũ. vt
illud qḋ p̃mo erat prius ſcḋo fiat poſterius. et ideo ꝙ̃uis
intellectus ſit p̃or volũtate ſimpl̃r. tñ per reflexiõem effi/
citur voluntate poſterior. ⁊ ſic volũtas intellectũ mouere
poteſt ¶ Ad ſcḋm dicendũ ꝙ nõ eſt ꝓcedere in infinituꝫ. ſtat̃
eñi in appetitu naturali. q̇ inclinat̃ intellectus in ſuũ actũ Ad 2
¶ Ad terciuꝫ dicendũ ꝙ rõ illa oſtẽdit ꝙ intellectus mouet
per modũ finis. hoc eñi mõ ſe habet bonuꝫ apprehenſum Ad 3
ad voluntatẽ ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ imperiũ eſt ⁊ volũta/
tis et rõnis quantũ ad diuerſa. Voluntatis q̇dem ſcḋm ꝙ Ad 4
imperiũ inclinatõnem quandã importat. Rõnis vero ſcḋm
ꝙ inclinatio diſtribuit̃ ⁊ ordinat̃ ad illa vel alia exequẽdã
per hunc vel illũ ¶ Ad quintũ dicendũ ꝙ q̇dam potẽtia pre
eminet alteri in hoc qḋ eſt ꝓprium ſibi. ſicut tactus perfe Ad 5
ctius ↄparat̃ ad calorem quẽ ſentit p ſe. ꝙ̃ viſus q̇ ſentit
ipſuꝫ p accidẽs Et ſiliter intellectus cõpletius comparat̃
ad verũ ꝙ̃ voluntas. ⁊ ſic volũtas p̄fectius comparatur
ad bonũ quod eſt in rebus ꝙ̃ intellectus. Unde ꝙ̃uis intel
lectus ſit ſimpl̃r nobilior volũtate ad minus reſpectu ali
quoꝝ rerum. tñ ſcḋm rõem mouẽdi que competit volũtati
ex rõne ꝓpria obiecti voluntas nobilior inuenitur

## Decimotercio queritur

Utrũ intẽtio ſit actus voluntatis. Et videt̃ 1.
ꝙ non. q̇ȝ ſup illud Luce. xi. lucerna corporis tui eſt oculus
tuus. glo. intentio. ſed oculus in anima eſt ratiõ vel intelle
ctus. ḡ intentio p̄tinet ad rõem vel intellectũ. ⁊ nõ ad vo
luntatem. ¶ Sed diceres. ꝙ erat volũtatis in ordine ad
rõem. ⁊ ꝓ tanto oculo ↄparat̃. ¶ Sed cõtra. Actus ſu/
perioris ⁊ p̃oris potentie nõ depẽdet ab actu poſterioris 2
ſed volũtas eſt p̃or intellectu in agendo. q̇ȝ mouet intelle
ctum. vt dictũ eſt. ḡ actus volũtatis nõ dependet a rõne.
ſi ergo intentio eſſet actus volũtatis. nullo mõ ad ratio/
nem p̄tineret. ¶ Sed diceres. ꝙ ſcḋm hoc actus volunta/
tis dependet a ratõne inquantũ ad volendũ p̄exigitur co
gnitio voliti. ⁊ ſic intentio ꝙ̃uis ſit actus voluntatis. eſt
tamẽ aliquo mõ rõnis ¶ Sed cõtra. Nullus actus vo/
luntatis eſt qui cognitõem nõ p̄exigat. ḡ ſcḋm hoc nullus 3
actus deberet attribui ſimpl̃r volũtati. nec velle nec amat̃

re.ſed volūtati ⁊ rōni ſimul.qđ eſt falſum. ergo ⁊ p̄mum
4 ſcȝ ꝙ intentio ſit actus volūtatis. ¶ Pꝛe. Ipſum nomē
intentionis importat relatōnem in finem .ſed referre ali/
quid in finem ꝑtinet ad rōnem. ergo intentio eſt rōnis ⁊
nō volūtatis. ¶ Sed diceres. ꝙ in intentōe nō ſolum eſt
relatio in finem.ſed actus volūtatis qui refertur in fineȝ
5 et vtrūqȝ ꝑ nomen intentōis ſignat̄. ¶ Sed ꝯtra. Act⁹
ille relationi in finem ſubſternit̄ vt materiale formali.ſed
magis denominat̄ aliquid a formali q̄ materiali.igit̄ intē
tio magis denominat̄ ab eo qđ eſt volūtatis. ⁊ ſic magis
6 debet poni actus rōnis q̄ volūtatis ¶ Pꝛe. Sicut p̄m⁹
motoꝛ dirigit totam naturā.ita ⁊ rō dirigit volūtatē.ſed
intentio in reb⁹ naturalibus magis ꝓprie attribuit̄ primo
motori q̄ ipſis reb⁹ naturalib⁹.cū res naturales nō dicā/
tur in aliquid tendere niſi ſm̄ ꝙ ſunt directe a p̄mo moto
re.ergo ⁊ in potentijs aīe magis debet attribui intentio
7 rōni q̄ volūtati. ¶ Pꝛe. Intentio ꝓprie loquendo nō eſt
niſi cognoſcentis.ſed volūtas nō eſt cognoſcēs.ergo inten
8 tio nō eſt volūtatis. ¶ Pꝛe. Eorū que nullo modo ſunt
vnū nō poteſt eſſe actus vn⁹. ſed volūtas ⁊ rō nullo mō
ſunt vnū .cū etiā ad diuerſa genera potentiarū aīe ꝑtine
ant. volūtas eñ eſt in appetitiuo.ſed rō in intellectiuo.igi
tur rō ⁊ volūtas nō poſſunt habere vnū actum.⁊ ita ſi in
tentio eſt actus rōnis aliquo mō nō eſt actus volūtatis.
9 ¶ Pꝛe. Volūtas ſm̄ ph̄m in.iij.ethi.eſt finis tm̄.ſed fi/
nis eſt vn⁹ tm̄ in vno ordine.ergo volūtas ſm̄ ſuū actuȝ
ꝯparatur ad vnū. ſed vbi eſt vnū ibi nō eſt ordo.cū ergo
intentio ordinē importet. videt̄ ꝙ nullo mō ſit volūtatis
10 ¶ Pꝛe. Intentio nihil aliud eſſe videt̄ q̄ directio volū/
tatis in vltimū finē.ſed dirigere volūtateȝ eſt rōnis.ergo
11 intentio ad rōneȝ ꝑtinet ¶ Pꝛe. Sicut in ꝑuerſitate pec
cati erroꝛ eſt rōnis.ꝯtemptus iraſcibilis.inoꝛdinatio vo
luntatis ⁊ ꝯcupiſcibilis .ita ecōtrario in refoꝛmatōne aīe
fides eſt rōnis.ſpes iraſcibilis. ⁊ charitas ꝯcupiſcibilis.ſȝ
fides ſm̄ Aug⁹ .eſt que intentionem dirigit.ergo inten/
12 tio eſt rōnis. ¶ Pꝛe. Scđm ph̄m.iij.ethi. voluntas eſt
13 poſſibiliū ⁊ impoſſibiliū.intentio vero ſoluȝ poſſibiliū . ḡ
intētio nō eſt volūtatis ¶ Pꝛe. Qđ nō eſt in aīa nō eſt
in volūtate.ſed intentio nō eſt in aīa.qꝛ nec eſt potentia.
ſic eñ eſſȝ naturalis ⁊ in ea meritum nō ꝯſiſteret. Nec eſt
habitus.ſic eñ eſſȝ in doꝛmiente Nec eſt paſſio.ſic eñ eſſȝ
partis ſenſitiue. vt pȝ ꝑ ph̄m.vij.phy. Hec tria ſunt ſolū
modo in aīa.vt dꝛ in.ij.ethi.ergo intentio nō eſt in volun
14 tate.¶ Pꝛe. Rationis oꝛdinare eſt.cum ad ſapientē ꝑti
neat. vt dꝛ in p̄mo metaphy ſed intentio oꝛdinatio q̄dā
15 eſt in finem.ergo rōnis eſt. ¶ Pꝛe. Intentio eſt diſtātis
a fine.hec eñ pꝛepoſitio.in.impoꝛtat diſtātiā. ſed magis
diſtat a fine rō q̄ volūtas.qꝛ rō ſolum demonſtrat finem.
16 voluntas aūt inheret fini ſicut ꝓprio obiecto.ergo inten/
tio eſt magis rōnis q̄ volūtatis. ¶ Pꝛe. Omnis actus
volūtatis aut eſt eius abſolute.aut ꝑ ꝯparatiōem ad ſu
perioꝛes vires aut inferioꝛes.ſed intendere nō eſt actus
volūtatis abſolute. quia ſic idem eſſȝ qđ velle vel amare
Nec eſt actus eius in oꝛdine ad ſuperioꝛem .id eſt rōneȝ
ſic eñ actus eius eſt eligere. Nec in oꝛdine ad inferioꝛes
cū ſit eius imperare.ergo nullo modo intendere eſt actus
Cōtra volūtatis.

¶ Sed ꝯtra. Intentio eſt ſolum de fine. ſed finis ⁊ bo
num eſt obiectum volūtatis .ergo intentio ad voluntatē
pertinet. ¶ Pꝛe. Intendere eſt quedam pꝛoſequutio.ſȝ
pꝛoſequutio vel fuga ad volūtatē pertinet non ad rōnem
ſed ſolum rōnis eſt dicere aliquid eſſe pꝛoſequendū vel fu
giendum.ergo intentio eſt voluntatis. ¶ Preterea. Omne
meritum eſt in volūtate.ſed intentio eſt meritoꝛia. ⁊ pe/
nes eam pꝛecipue attendit̄ meritum vel demeritum .igit̄
intentio eſt volūtatis ¶ Preterea. Ambꝛo.dicit ꝙ affectus
operi tuo nomen imponit. ſed actus iudicat̄ bonus vel
malus ex intentione.ergo intentio videtur in affectu cō/
tineri. ⁊ ſic videt̄ eſſe volūtatis ⁊ nō rōnis.

¶ Reſponſio dōm. ꝙ intentio eſt actus voluntatis Rꝫ°
qđ quidem manifeſte apparet ex eius obiecto.opoꝛtȝ eñ
potentiam ⁊ actū ꝯuenire in obiecto. cum potentia non
oꝛdinetur in obiectum niſi per actum .opoꝛtȝ eñ poten/
tie viſiue ⁊ viſionis eſſe idem obiectum.ſcȝ coloꝛem.cum
ergo obiectū huius actus .qui eſt intentio.ſit bonum. qđ
eſt finis.quod etiam eſt obiectum volūtatis.opoꝛtȝ etiāȝ
intentionem actum volūtatis eſſe.nō eſt aūt actus volū
tatis abſolute.ſed in oꝛdine ad rōnem. ¶ Ad cuius eui/ Nota.
dentiam ſciendū eſt. ꝙ quādocūqȝ ſunt duo agentia oꝛdi Diſtictio
nata .ſecūdū agens dupl̄r poteſt moueri vel agere. Vno bunēbꝛis.
mō ſm̄ ꝙ ꝯpetit nature ſue. Alio mō ſm̄ ꝙ ꝯpetit natu/
re ſuperioꝛis agentis.imp̄ſſio eñ ſuperioꝛis agentis ma/
net in inferioꝛi. ⁊ ex hoc inferius agens nō ſolum agit ac
tione ꝓpꝛia.ſed actione ſuperioꝛis agentis.ſicut ſphera ſo
lis mouet̄ ꝓpꝛio motu qui ſpacio vnius anni expletur.et
motu p̄mi mobilis qui eſt motus diurnus. Similiter autē
aqua mouet̄ motu ꝓpꝛio tendendo in centrū. ⁊ hȝ quēdaȝ
motum ex imp̄ſſione lune que mouet ipſam. vt pȝ in flu/
xu ⁊ refluxu maris. Coꝛpoꝛa aūt mixta hn̄t quaſdā opa
tiones ſibi ꝓpꝛias.que ꝯſequūtur naturā q̄ttuoꝛ elemen/
toꝝ. vt tendere deoꝛſum.calefacere. ⁊ frigefacere. et hn̄t
alias operatōes ex imp̄ſſione coꝛpoꝝ celeſtiū.vt magnes
attrahit ferrū. Et q̄uis nulla actio inferioꝛis agentis fi/
at niſi p̄ſuppoſita actōe ſuperioꝛis.tn̄ illa actio que ꝯpetit
ei ſm̄ ſuā naturā attribuit̄ ei abſolute.ſicut aque moueri
deoꝛſum.illa vero que ei ꝯpetit ex imp̄ſſione ſuperioꝛis
agentis nō attribuit̄ ei abſolute.ſed in oꝛdine ad aliud.ſi
cut fluere ⁊ refluere dꝛ eſſe ꝓpꝛius motus maris.nō inq̄ꝫ/
tum eſt aqua.ſed inq̄ꝫtum mouetur a luna. Rō autē et
volūtas ſunt quedā potentie opatiue ad inuicem oꝛdina
te. ⁊ abſolute ꝯſiderando rō pꝛioꝛ eſt. q̄uis per reflexio/
nem efficiatur p̄oꝛ volūtas ⁊ ſuperioꝛ inq̄ꝫtuȝ mouet rō
nem. ¶ Unde p̄t volūtas habere duplicem actū. vnum Volūtas hȝ
qui ꝯpetit ei ſm̄ ſuam naturā inq̄ꝫtum tendit in ꝓpꝛium duplicē actū
obiectū abſolute. ⁊ hic actus attribuitur volūtati ſimpli
citer. vt velle vel amare. q̄uis etiam ad hūc actum p̄ſup
ponatur actio rōnis. Alium v̄o actum habet qui ꝯpetit
ei ſm̄ id qđ ex impꝛeſſione rōnis relinquitur in volūtate
Cum eñ ꝓpꝛium ſit rōnis oꝛdinare ⁊ ꝯferre.q̄ñcūqȝ in
actu volūtatis apparet aliqua collatio vel oꝛdinatio. ta/
lis actus eſt volūtatis .nō abſolute.ſed in oꝛdine ad rō/
nem. Et hoc modo intendere eſt actus volūtatis.cūȝ in/
tendere nihil aliud eſſe videat̄ q̄ ex eo ꝙ quis vult in ali
ud tendere ſicut in finem. ¶ Et ita intendere in hoc dif
fert a velle ꝙ velle tendit in finem abſolute.ſed intendere Velle ⁊ itē/
dicit oꝛdinē in finem ſm̄ ꝙ finis eſt in quē oꝛdinant̄ ea q̄ dere dr̄nt
ſunt ad finem. Cum eñ volūtas moueat̄ in ſuū obiectū
ꝓpoſitum a rōne.diuerſimode mouet̄ ſm̄ ꝙ diuerſimode
ſibi ꝓponitur. Vñ cum rō ꝓponit ſibi aliquid vt abſolute
bonum volūtas mouetur in illud abſolute. ⁊ hoc eſt vel/
le.cūȝ aūt ꝓponit ſibi aliquid ſub rōne boni ad quod alia
oꝛdinentur vt ad finem.tunc tendit in illud cū quodam
oꝛdine qui inuenitur in actu volūtatis.non ſm̄ ꝓpꝛiā na/
turam.ſed ſm̄ exigentiam rationis. et ita intendere eſt

actus voluntatis in ordine ad rationem.
Ad .j. ¶ Ad ꝓmū igitur dicendum. ꝙ intentio aſſimilatur oculo
corporum ad illud quod de proprietate rationis in intentio
Ad 2 ne inuenitur. ¶ Ad ſecūdum dicendum. ꝙ rō mouet quodam
modo voluntatem ⁊ volūtas quodāmodo rationem. vt
ex dictis patet. ⁊ ſic vtraqꝫ diuerſis reſpectibꝰ eſt altera
Ad 3 prior. ⁊ vtriqꝫ poteſt attribui actus in ordine ad alterum
¶ Ad tercium dicendum. ꝙ ꝯuis quilibet actus voluntatis
preſupponat cognitionem rationis. non tamen ſemper in
actu volūtatis apparet illud quod eſt ꝓprium rōnis. vt ex
Ad 4 dictis patꝫ. vnde rō non ſequitur ¶ Ad quartū dicendū
ꝙ relatio actiua in finem eſt rōnis. eius eñ eſt referre in fi
nem. ſed relatio paſſiua poteſt eſſe cuiuſcunqꝫ directi vel
relati in finem per rōnem. ⁊ ſic poteſt eſſe etiam volunta
tis. ⁊ hoc modo relatio in finem pertinet ad intentiōem
Ad 5 Et per hoc patꝫ ſolutio ad quintū ¶ Ad ſextū dicen
Ad 6 dum. ꝙ in primo motore non ſolum inuenitur cognitio.
ſed voluntas. ⁊ ideo ꝓprie poteſt intentio ei attribui. ſꝫ ad
rōnem non pertinet niſi cognitio. vnde non eſt ſimile.
¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ intendere etiam eſt non cogno
Ad 7 ſcentis. cum etiam res naturales intendant in finem. ꝙ ꝯ
nis intentio preſupponat aliquam cognitiōem. Si autē
loquamur de intentione animali. ſic non eſt niſi cognoſcē
tis. ſicut nec velle. Nec tamē oportꝫ ꝙ intendere ⁊ velle
ſint actus eiuſdem potentie cuius eſt cognoſcere. ſed eiuſ
dem ſuppoſiti. nō eñ ꝓprie dicitur aliquis cognoſcere vel
intendere aliqua potentia. ſed ſuppoſitum ſm potentiā.
Ad 8 ¶ Ad octauū dicendum ꝙ rō ⁊ volūtas ſunt vnū ſm ordinē
ſicut vniuerſum dicitur eſſe vnū ſm ordinem. ⁊ ſic nihil ꝓ
hibet vnū actum eſſe vtriuſqꝫ. vnius quidem immedia
Ad 9 te. ſed alterius mediate. ¶ Ad nonū dicendū. ꝙ ꝯuis
volūtas ſit principaliter de fine. ex eo ꝙ ea que ſunt ad fi
nem non deſideramus niſi ꝓpter finē. nihilominus tamē
eſt voluntas eorum que ſunt ad finem. Hoc eñ qd dicit
phūs in tercio ethi. ꝙ volūtas eſt finis. electio eorū que
ſunt ad finem. non ob hoc dicitur ꝙ volūtas ſemꝑ ſit fi
nis. ſed aliquando ⁊ principalius. Et ex hoc ꝙ electio nū
ꝙ ſit finis oſtenditur ꝙ non ſit idem intelligere ⁊ velle.
Ad 10 ¶ Ad decimū dicendū. ꝙ directio actiua in finem perti
net ad rationem. ſed paſſiua poteſt pertinere ad volūta
Ad .jj tem. ⁊ ſic pertinet ad intentionem. ¶ Ad vndecimū di
cendum. ꝙ fides dirigit intentionem ſicut intentio volū
tatem. vnde ſicut fides eſt rationis. ita intentio eſt volū
Ad 12 tatis. ¶ Ad duodecimū dicendum. ꝙ volūtas nō ſemꝑ
eſt impoſſibilium. ſed aliquando. ⁊ hoc ſufficit ſm inten
tionem phi ad oſtendendū differentiam inter volūtatem
et electionem. que ſemper eſt poſſibiliū. vt ſcꝫ eligere nō
ſit omnino idem qd velle. et ſimiliter nec intendere idem
Ad 13 quod velle. ſed ex hoc non concluditur quin ſit actus vo
luntatis. ¶ Ad decimūtercium dicendum. ꝙ intentio eſt
quidam actus anime. in illa autem trimembri diuiſione
phi actiones anime non ꝯtinentur. quia actiones nō ſunt
anime vt in anima. ſed magis vt ab ipſa. Uel poteſt dici
Ad 14 ꝙ actiones ꝯprehendūtur ſub habitibꝰ ſicut principiatū
ꝯtinetur ſub ſuo principio. ¶ Ad. xiiij. dicendū. ꝙ ordi
nare eſt rationis. ſed ordinari poteſt eſſe volūtatis. ⁊ ſic in
Ad 15 tentio ordinationem importat. ¶ Ad. xv. dicendum. ꝙ
ratio illa procederet ſi nihil aliud requireretur ad intenti
onem niſi ſola diſtantia. requiritur autem inclinatio cum
aliqua diſtantia. que quidem inclinatio volūtati compe
Ad 16 tit ⁊ non rationi. ¶ Ad decimūſextum dicendum. ꝙ intentio
eſt actus volūtatis in ordine ad rōnem ordinando ea que
ſunt ad finem. ſed electio eſt actus volūtatis in ordine ad
rōnem comparando ea que ſunt ad finem ad inuicem. et
ꝓpter hoc etiam intentio ⁊ electio differūt

## Quartodecimo querit.

Utrū eodem motu voluntas velit finem ⁊ in
tendat ea que ſunt ad finē ¶ Et videt ꝙ non. impoſſibi .j.
le eñ eſt eūdem actū eſſe ſimul bonū ⁊ maluꝫ. ſed ꝯtingit
eſſe volūtatem malam cū intentōe bona. ſicut cum quis
vult furari vt det elemoſynā. ergo nō eſt idem actus in
tentio ⁊ volūtas. ¶ Preterea. Secūdum phm. x. ethi. motus q 2
terminātur ad mediū ⁊ ad extremū differūt ſpecie. ſed il
lud qd eſt ad finem ⁊ finis ſe habent quodāmodo vt me
dium ⁊ extrema. ergo intentio finis ⁊ voluntas eius qd
eſt ad finem differūt ſpecie. ⁊ ita nō ſunt vnus actus.
¶ Preterea. Secūdum phm in. vi. ⁊ vij. ethi. fines in practicis 3
ſunt ſicut ꝑncipia in demonſtratiuis ſcientijs. ſed non eſt
idem actus intellectus ſpeculatiui quo intelligūtur ꝑnci
pia. ⁊ quo ꝯſiderātur cōcluſiones. quod patꝫ ex hoc ꝙ ex
diuerſis habitibꝰ eliciuntur. Eſt eñ intellectus habitus
ꝑncipiorum. ſed ſcientia ꝯcluſionū. ergo in operatiuis nō eſt
idem actus volūtatis quo intendimus finem. ⁊ volumꝰ
ea que ſunt ad finem. ¶ Preterea. Actus diſtinguūtur ꝑ ob 4
iecta. ſed finis ⁊ id qd eſt ad finem ſunt diuerſa. ergo non
idem actus eſt intentio finis ⁊ voluntas eius quod eſt
ad finem
¶ Sed contra. Duo actus nō poſſunt eſſe ſimul eiuſdē Cōtra
potentie. ſed volūtas ſimul dum vult id qd eſt ad finem
intendit ad finem. ergo intentio finis ⁊ volūtas eius qd
eſt ad finem nō ſunt diuerſi actus. ¶ Preterea. Sicut lux eſt
rō viſibilitatis colori. ita finis eſt rō appetibilitatis his q
ſunt ad finem. ſed eodem actu viſus videt colorē ⁊ lucē
ergo eodē actu volūtas vult id qd eſt ad finem ⁊ tendit
in finem
¶ Reſponſio dicendum. ꝙ circa hanc queſtionē duplex eſt opi R°
nio. vt Magr dicit in. ij. ſniarum. diſt. xxxviij. Quidam eñ Opi. dup
dixerūt ꝙ alius actus ſit volūtas eius qd eſt ad finē. ⁊ in Opio. 1.
tentio finis. Quidam vero dixerūt econtrario ꝙ ſit vnus Opio 2a
actus. ſed ꝙ eorum diſtinctio ſit tantūmodo ꝓpter rerū vari
etatem. Utraqꝫ opinio ſm aliqd vera eſt ¶ Ad cuiꝰ eui Nota
dentiā ſciendū ꝙ cū vnitas actus ex vnitate obiecti pen
ſanda ſit. ſi ſint aliqua duo que ꝑ aliquē modū ſunt vnum
actus qui fertur in ea ſm ꝙ ſunt vnū erit vnus. ⁊ actꝰ q
fertur in ea ſm ꝙ ſunt duo erūt duo. ſicut partes linee ſꝫ
quodāmodo duo ⁊ quodāmodo vnū. put ſcꝫ vniūtur in
toto. Et ideo actus viſionis ſi feratur in duas partes li
nee ſm ꝙ ſunt due. id eſt in vtrāqꝫ ꝑ ſe. ſm illud qd eſt ꝓ
prium ſibi erūt due viſiones nec poterūt ſimul videri. ſi
aūt feratur in totam lineā ꝯprehendentē vtrāqꝫ partiū
erit vna viſio. ⁊ ſimul tota linea videbit. Silr oīa q
ſunt ad inuicem ordinata ſunt qdem plura inqꝫtum ſunt
res qdam ſm ſe ꝯſiderate. ſunt vero vnū in ordine quo
ad inuicem ordinātur. Et ideo actus aīe qui fertur in ea
ſm ꝙ ſunt ad inuicem ordinata eſt vnus. actus vero aīe
qui fertur in ea ſm ꝙ ſunt in ſe ꝯſiderata eſt multiplex. ſi
cut pꝫ in ꝯſideratione ſtatue Mercurij. quā ſi quis cōſi
deret vt eſt quedā res. erit alia ꝯſideratio eius. ⁊ ꝯſidera
tio Mercurij cuius ſtatua eſt imago. ſi aūt conſideretur
ſtatua vt imago Mercurij. erit idem modus ꝯſideratio
nis in ſtatua qui eſt in mercurio. Similiter etiaꝫ quādo

motus volūtatis fertur in finem ⁊ in id qđ eſt ad finem
Si fertur in eo ſm ꝙ vtrūqꝫ eſt q̄dā res ꝑ ſe exiſtens erit
diuerſus motus voluntatis. ⁊ ſic eſt vera opinio. que di-
cit ꝙ intentio finis ⁊ voluntas eius qđ eſt ad finem ſunt
diuerſi actus. Si aūt volūtas feratur in vnū eoꝝ ſm ꝙ
habet ordinem ad aliud. ſic eſt vnus actus voluntatis in
vtrūqꝫ. ⁊ ſic eſt vera alia opinio que ponit vnū actum eſſe
intentionem finis ⁊ volūtatem eius qđ eſt ad finē. Sed
ſi recte inſpiciaẜ rō intentionis inuenitur hec opinio ve-
rioꝛ ꝗ̄ alia. motus em̄ volūtatis eſt in finem abſolute. nō
tamen intentio ſed ſimpliciter velle. Sed intentio đʒ eſſe
inclinatio in finem ſm ꝙ ad finem ea terminātur q̄ ſunt
ad finem. qui em̄ ſanitatem vult dicitur eam velle ſimpli
citer. ſed eam intendere dicitur quādo aliquid ꝓpter ſani
Opio be. tatem vult. ¶ Et ideo eſt ↄcedendū ꝙ intentio non ſit
Thome. alius motus numero ꝗ̄ volūtas

Ad .j. ¶ Ad pͥmū ergo dđm. ꝙ ꝗ̄uis vnus actus nō poſſit
eſſe bonus ⁊ malus. tamē alicuius mali actus poteſt eē
aliqua circūſtantia bona. ſicut actus vicioſus eſt ſi aliqͥs
plus comederet ꝗ̄ deberet. licet comedat quando debet
et ita volūtas qua quis vult furari vt paſcat pauperē eſt
actus malus ſimpliciter. habens tamen aliquā circūſtā-
Ad 2 tiam bonā ꝓpter qđ poniẜ vna de circūſtantiis. ¶ Ad .ij
dđm. ꝙ verbū ph̄i eſt intelligendū quādo ſiſtitur in me-
dio. quādo em̄ per medium tranſitur ad terminū tūc eſt
vnus numero motus. et ita eſt quādo voluntas moueẜ
ad id qđ eſt ad finem cum ordine ad finem. eſt vnus mo-
tus. ¶ Ad .iij. dđm. ꝙ quādo ↄcluſio ⁊ pͥncipiū ↄſiderā
Ad 3 tur vtrūqꝫ ꝑ ſe. ſunt diuerſe ↄſiderationes. ſed quādo ↄſi
deratur pͥncipium in ordine ad ↄcluſionē. eſt eadem cōſi
deratio vtriuſqꝫ. ſicut fit in ſyllogiſando ¶ Ad .iiij. dđm
Ad 4 ꝙ finis ⁊ id qđ eſt ad finem ſunt vnū obiectū inꝗ̄tū ↄſi-
deraẜ vnū in ordine ad aliud

## DEcimoquinto queri

tur. Utrū electio ſit actus volūtatis ¶ Et vi
detur ꝙ nō. ſed rōnis. Ignorātia em̄ nō eſt volūtatis. ſꝫ
rōnis. ſed ꝑuerſitas electionis ignorantia quedā eſt. vñ
om̄is malus dicitur eſſe ignorans ignorātia electōnis. vt
2 patʒ in .iij. ethi. ergo ⁊ electio rōnis eſt. ¶ Preterea. Sicut
ad rōnem ꝑtinet inquiſitio ⁊ argumentatio. ita etiā con
cluſio. ſed electio eſt quedā ↄcluſio ↄſilij. vt patʒ in .iij. ⁊
vij. ethi. cum ergo conſiliū ſit rōnis. ⁊ electio eſt rōnis
3 ¶ Pre. Secūdm ph̄m .viij. ethi. principalitas virtutis mo
ralis in electione ↄſiſtit. ſed ſicut dicit in .vi. ethi. id qđ eſt
prudentie in virtutib⁹ moralib⁹ eſt principale qđ formali
ter ↄplet rōnem virtutis. ergo electio ꝑtinet ad pruden-
4 tiam. ſed prudentia eſt in rōne. ergo ⁊ electio. ¶ Preterea.
Electio diſcretionē quādā importat. ſed diſcretio rōnis
Cōtra eſt. ergo ⁊ eligere.

¶ Sed ↄtra eſt ꝙ eligere eſt duob⁹ ꝓpoſitis vnū alte-
ri preoptare. vt pʒ per Damaſ. ſed optare eſt actus volū
tatis ⁊ nō rōnis. ergo ⁊ eligere. ¶ Pre. Ph̄us dicit .iij.
ethi. ꝙ electio eſt deſideriū preconſiliati. ſed deſideriū eſt
volūtatis. ergo ⁊ electio.

Rꝫo ¶ Reſponſio dđm. ꝙ electio in ſe habet aliquid volū
tatis et aliquid rōnis. Utrū aūt ſit actus ꝓprie volūtatꝭ
vel rōnis. ph̄us videtur relinquere ſub dubio in .vi. eth.
vbi dicit ꝙ electio vel eſt appetitus intellectiu⁹. id eſt ap-
petitus in ordine ad intellectū. vel intellect⁹ appetitiuus
id eſt intellectus in ordine ad appetitum. Primū autem
verum eſt. ſcꝫ ꝙ ſit actus voluntatis in ordine ad rōnem
¶ Q; em̄ ſit directe actus volūtatis patʒ ex duob⁹. Pri
mo ex ratione obiecti. qꝛ ꝓpꝛium obiectum electionis eſt
id quod eſt ad finem. qđ pertinet ad ratiōem boni. qđ eſt
obiectum volūtatis. nam bonū dicitur ⁊ finis vt hone-
ſtum vel delectabile. ⁊ qđ eſt ad finem vt vtile. Secūdo
ex rōne illius act⁹. electio em̄ eſt vltima acceptio qua ali-
quid accipitur ad ꝓſequēdum. qđ quidem non eſt ratio
nis. ſed volūtatis. Nam quātumcūqꝫ rō vnū alteri pͥfe-
rat nōdum eſt alteri vnū preacceptum ad operandum.
quouſqꝫ volūtas inclinetur in vnū magis ꝗ̄ in alterum.
non em̄ volūtas de neceſſitate ſequitur rōnem. Eſt tamē
electio actus volūtatis nō abſolute. ſed in ordine ad rō-
nem. eo ꝙ in electōne apparet id qđ eſt propꝛium rōnis
ſcꝫ ↄferre vnū alteri vel preferre. qđ quidem in actu vo-
luntatis inuenitur ex impreſſione rōnis. inꝗ̄tum ſcꝫ ipa
rō ꝓponit volūtati aliquid. nō vt vtile ſimpliciter. ſed vt
vtilius ad finem. Sic ergo pʒ ꝙ volūtatis actus eſt vel-
le. eligere. ⁊ intendere. ſed velle prout ratio volūtati ꝓpo-
nit aliquod bonū abſolute. ſiue ſit per ſe eligendum vt fi
nis. ſiue ꝓpter aliud. vt quod eſt ad finem. vtrūqꝫ em̄ vel
le dicimur. ſed eligere eſt actus volūtatis ſm ꝙ rō ꝓponit
ei bonum vt vtilius ad finem. intendere vero ſm ꝙ rō
ꝓponit ei bonū vt finem.

¶ Ad pͥmū ergo dđm. ꝙ ignorantia electioni attri Ad .i.
buitur ꝗ̄tum ad id qđ habet de rōne. ¶ Ad ſecūdum di Ad 2
cendum. ꝙ practice inquiſitionis eſt duplex cōcluſio. vna
que eſt in ratione. ſcꝫ ſentētia. que eſt iudicium de cōſilia
tis. Alia vero q̄ eſt in voluntate. ⁊ hmōi eſt electio. Et
dicitur ↄcluſio per quādam ſimilitudinem. qꝛ ſicut in ſpe
culatiuis vltimo ſtatur in ↄcluſione. ita in operatiuis vl Ad 3
timo ſtatur in operatione. ¶ Ad .iij. dđm. ꝙ electio eſt
principale in virtute morali ⁊ ex parte eius qđ habʒ de vo
lūtate. vtrūqꝫ em̄ requiritur ad rōnem virtutis moralis.
Et dicitur electio pͥncipale reſpectu exterioꝝ actuū. vñ
non opoꝛtʒ ꝙ electio ſit actus prudētie totaliter. ſed par
ticipat aliquid prudentie ſicut ⁊ rōnis. ¶ Ad .iiij. dđm. Ad 4
ꝙ diſcretio inueniẜ in electōe ſm ꝙ ꝑtinet ad rōnem. cui⁹
ꝓprietatē ſeqꝛtur volūtas in eligendo. vt dictū eſt.

¶ Materia .xxiij. De vo
luntate dei

## QUeſtio xxiij. de vo

luntate dei. Et habet octo queſtiones. Pri
ma. vtrū deo ↄpetat volūtatem habere Se
cūda. vtrū volūtas diuina poſſit diſtingui per antecedēs
et ↄſequens. Tercia. vtrum volūtas diuina ↄuenienter
diuidatur per volūtatem beneplaciti ⁊ volūtatem ſigni
Quarta. vtrum deus de neceſſitate velit quicquid vult
Quinta. vtꝝ diuina volūtas reb⁹ volitis neceſſitatē ipo
nat. Sexta. vtrū iuſticia in reb⁹ creatis dependeat ex ſim
plici diuina volūtate. Septima. vtrū teneamur ↄforma
re volūtatē noſtram volūtati diuine. Octaua. vtrum te-
neamur conformare volūtatem noſtram volūtati diuine
in volito. vt ſcꝫ teneamur velle hoc qđ ſcim⁹ deū velle

# Queſtio eſt de vo

luntate dei. Et pͥmo queritur vtruȝ
1 deo ↄpetat volũtatem habere ¶ Et
videt̃ ꝙ nõ. omi eñ volũtatem haben
ti ↄpetit ſm̃ electiõeȝ agere. ſed deus
nõ agit ſm̃ electõnem. vt dicit Dyo.
iiij. ca. de di. no. Sicut noſter viſibilis
ſol nõ rõcinans aut ꝑeligens ſed ꝑ ipſum eſſe illuminat
oĩa. ita ꝛ diuina bonitas. ergo nõ ↄpetit deo volũtateȝ
habere. ¶ Pꝛe. Ex cauſa ↄtingenti nõ poſſunt effectus
2 neceſſarij ꝓuenire. ſed volũtas eſt cauſa ↄtingens. cuȝ ſe
habeat ad vtrũqȝ. ergo nõ poteſt eſſe cauſa neceſſarioꝝ
deus eñ eſt cauſa omniũ tam neceſſarioꝝ ꝙ̃ ↄtingentiũ
3 ergo nõ agit ꝑ volũtatem. ꝛ ſic idem qᷦ pͥus. ¶ Pꝛe. Ei
qui nõ habet aliquã cauſaȝ nõ ↄpetit ꝙ importat reſpe
ctum ad cauſam. ſed deus cũ ſit cauſa pͥma omniũ nõ ha/
bet aliquã cauſam. ergo cuȝ volũtas importat habitudi/
nem ad cãm finalem. qꝛ volũtas eſt finis ſm̃ pħm in. iij.
4 ethi. videt̃ ꝙ volũtas deo nõ ↄpetat ¶ Pꝛe. Sȝm pħm
in. iij. ethi. volũtariũ meretur laudem vel vituperiuȝ. in/
uolũtariũ vero veniã ꝛ miſericoꝛdiã. ergo ei nõ ↄpetit rõ
volũtarij cui nõ ↄpetit rõ laudabilis. ſed deo nõ compe/
tit rõ laudabilis. qꝛ laus. vt dꝛ in pͥmo ethi. non eſt opti/
moꝝ. ſed coꝝ que oꝛdinãtur in optimũ. honoꝛ aũt eſt op
5 timoꝝ. ergo deo nõ ↄpetit habere volũtatem. ¶ Pꝛete.
Oppoſita ſunt nata fieri circa idem. ſed volũtario oppo/
nitur dupl'r inuolũtariũ. vt dꝛ in tercio eth. ſcȝ inuolũtari
um ꝑ violentiã. ꝛ inuolũtariũ ꝑ ignoꝛantiã. ſed deo nõ cõ
petit inuolũtariũ ꝑ violentiã. qꝛ coactio in deũ nõ cadit.
nec inuolũtariũ ꝑ ignoꝛantiã. qꝛ ipſe oĩa nouit. ergo nec
6 volũtariũ deo ↄpetit. ¶ Pꝛe. Ut dꝛ in libꝛo de regulis
fidei. duplex eſt volũtas. ſcȝ affectõis reſpectu interioꝛuȝ
actuũ. et effectõis reſpectu exterioꝝ. Uolũtas aũt affecti
onis vt ibidem dꝛ eſt faciens ad meritũ. volũtas effectio
nis eſt ꝑ meritũ. deo aũt nõ ↄpetit mereri. ergo nec volũ/
7 tatẽ aliq̃ mõ habere. ¶ Pꝛe. Deus eſt mouẽs nõ motũ
qꝛ ſm̃ Bo. in. iij. de ↄſo. ſtabiliſqȝ manẽs dat cũcta moue/
ri. ſed volũtas eſt mouens motũ. vt dꝛ in. iij. de aĩa. vnde
et in. iiij. metaphy. ꝓbat pħus ꝙ appetibile mouet ſicut
deſideratũ ꝛ intellectũ. ex hoc ꝙ eſt mouens nõ motũ. er
8 go nõ ↄpetit deo volũtatem habere. ¶ Pꝛe. Uoluntas
appetitꝰ quidã eſt. ſub appetitiua eñ parte aĩe cõtinetur
ſed appetitus eſt imperfecti. eſt eñ nõ habiti ſm̃ Augu
ergo cum nulla impfectio in deũ cadat. videtur ꝙ ei non
9 ↄpetat habere volũtatem ¶ Pꝛe. Nihil qᷦ ſe habet ad
oppoſita videt̃ deo ↄpetere. cum talia ſint generabilia ꝛ
coꝛruptibilia. a quib' longe deus remouet̃. ſed volũtas ſe
hȝ ad oppoſita. cũ inter rõnales poteſtates cõtineat̃. q̃ ad
oppoſita ſe habent ſm̃ pħm. ergo volũtas deo nõ ↄpetit
10 ¶ Pꝛe. Augꝰ. dicit. xiiij. de ciui. dei. ꝙ deus nõ aliter af
ficitur ad res cũ ſunt ꝛ aliter cũ nõ ſunt. ſed cũ nõ ſunt de
us nõ vult res eſſe. eſſent eñ ſi eas eſſe vellet. ergo ꝛ cum
11 ſunt deus nõ vult eas eſſe. ¶ Pꝛe. Deo non ↄpetit ꝑfi
ci ſed ꝑficere. volũtatis aũt eſt ꝑfici bono ſicut intellectus
vero. ergo volũtas deo nõ ↄpetit.

Cõtra ¶ Sed ↄtra eſt qᷦ in pͤs. dꝛ. Omĩa quecũqȝ deus vo
luit fecit. ex quo videt̃ ꝙ volũtatem habeat ꝛ ex volũtate
ſua res create ſunt. ¶ Pꝛe. Beatitudo maxime in deo
inuenitur. ſed beatitudo volũtatẽ requirit. qꝛ beatus eſt.
ſm̃ Augu qui habet quicq̃d vult ꝛ nihil mali vult. ergo
volũtas ↄpetit deo. ¶ Pꝛe. Ubicũqȝ inueniũtur ꝑfe/
ctioꝛes ↄditiones volũtatis ibi eſt perfectius volũtas.
ſed in deo ꝑfectiſſime ſunt ↄditiones volũtatis. eſt eñ in
eo indiſtantia volũtatis a ſuppoſito. qꝛ eſſentia eſt ſua vo
luntas. eſt etiã in eo indiſtantia volũtatis ab actu. qꝛ eti
am ſua actio eſt ſua eſſentia. eſt etiã in eo indiſtantia vo/
lũtatis a fine ſiue ab obiecto. qꝛ ſua volũtas eſt ſua boni/
tas. ergo in deo ꝑfectiſſime inuenit̃ volũtas ¶ Pꝛe. Uo/
luntas radix eſt libertatis. ſed libertas ꝑcipue competit
deo. liber eñ eſt qui cã ſui eſt. ſm̃ pħm in pͥmo metaphy.
qᷦ maxime de deo verificat̃. ergo in deo inuenit̃ volũtas
¶ Rñſio dõm. ꝙ volũtas ꝓpͥiſſime deo attribuitur. Rñ
¶ Ad cuius euidentiã ſciendũ eſt. ꝙ volũtas ꝛ cognitio Nota
radicãtur in ſubſtãtia ſpũali ſuꝑ diuerſas habitudines
eius ad res. Eſt eñ vna habitudo ſubſtãtie ſpũalis ad
res ſm̃ ꝙ res ſunt quodãmodo apud ipſam ſubſtãtiam
ſpũalem. nõ q̃dem ſm̃ eſſe ꝓpͥũ. vt antiqui ponebant di/
centes ꝙ terrã terra cognoſcimus. aquã ꝟo aqua. ꝛ ſic de
alijs. ſed ſm̃ ꝓpͥam rõnem. nõ eñ lapis eſt in aĩa ſed ſpe/
cies lapidis ſiue rõ. ſm̃ pħm in. iij. de aĩa. Et qꝛ rõ rei ab
ſoluta ſine cognitione nõ pt̃ inueniri niſi in ſubſtãtia ima/
teriali. ideo cognitio nõ reb' oĩb' attribuit̃. ſed ſolũmo/
do imaterialib'. Et ſm̃ gradũ immaterialitatis eſt etiã
gradus cognitõis. ita vt que maxime ſunt immaterialia
ſint maxime cognoſcitiua. in quib' qꝛ eoꝝ eſſentia imma/
terialis eſt ſe habet ad ea vt mediũ cognoſcẽdi. ſicut deꝰ
ꝑ ſuaȝ eſſentiã ſeipm̃ ꝛ oĩa alia cognoſcit. Uolũtas aũt
et quilibet appetitus fundat̃ ſuꝑ habitudinẽ qua ſubſtan/
tia ſpũalis refert̃ ad res vt habens oꝛdinẽ aliquem ad eas
in ſeipſis exiſtentes. Et qꝛ cuiuſlibet rei tam materialis
ꝙ̃ imaterialis. eſt ad rem aliã oꝛdinẽ habere. inde eſt ꝙ cu
ilibet rei ↄpetit habere appetitũ vel naturalẽ vel aĩalem.
vel rõnalẽ. ſeu intellectualeȝ. Sed in diuerſis diuerſimo/
de inuenitur. cum eñ res habeat ad rem aliquam oꝛdina
ri ꝑ aliquid qᷦ in ſe habet ſm̃ ꝙ diuerſimode habet aliq̃d
in ſe. ſm̃ hoc diuerſimode ad aliquid oꝛdinat̃. Res ḡ ma
teriales in quib' eſt quicquid eis ineſt quaſi materie obli
gatum ꝛ ↄcretum nõ habens liberũ oꝛdinatiõem ad res
alias. ſed ↄſequentẽ ex neceſſitate naturalis diſpoſitõnis.
vñ huius oꝛdinatõnis res ipſe materiales non ſunt ſibi/
ipſis cauſe. quaſi ipſe ſe oꝛdinẽt in hoc ad qᷦ oꝛdinantur
ſed aliũde oꝛdinãtur vñ ſcȝ naturalem diſpoſitiõem acci/
piũt. ꝛ ideo ↄpetit eis tãtũmodo habere appetitũ natura
lem In ſubſtãtijs vero immaterialib' ꝛ cognoſcentib' eſt
aliq̃d abſolutũ nõ ↄcretum ꝛ nõ ligatũ ad materiã. ꝛ hoc
ſm̃ gradũ ſue immaterialitatis. et ideo ex hoc ipſo oꝛdi/
nãtur ad res oꝛdinatõe libera. quib' ipſe ſunt cauſe quaſi
ſe oꝛdinãtes in hoc ad quod oꝛdinãtur. et ideo ↄpetit eis
volũtarie ꝛ ſponte quid agere vel appetere. Si eñ archa
que eſt in mente artificis eſſet foꝛma materialis habens
determinatũ eſſe. nõ inclinaret niſi ſm̃ modum ſuũ deter
minatũ quẽ haberet. vñ nõ remaneret artifici liberũ face/
re domum vel non facere ſic aut aliter. ſed qꝛ foꝛma do/
mus in mente artificis eſt rõ domus abſoluta. nõ habẽs
ſe ꝙ̃tum eſt de ſe magis ad eſſe ꝙ̃ ad nõ eſſe. nec ad ſic ꝙ̃
aliter reſpectu accidentaliũ diſpoſitionũ domus remanet
artifici libera inclinatio reſpectu domus faciende vel non
faciẽde Quia ꝟo in ſubſtãtia ſpũali ſenſitiua licet recipiã
tur foꝛme rerũ ſine materia. nõ tñ oĩno immaterialiter et
abſqȝ materie ↄditionib'. ex hoc ꝙ recipiuntur in oꝛgano
coꝛpoꝛali. ideo inclinatio in eis nõ eſt oĩno libera. ꝙ̃uis ſit
in eis aliqua libertatis imitatio vel ſimilitudo Inclinãtus

em̃ p appetitum in aliud extra ipſas inq̃ntuz ex apprehen
ſione aliquid appetũt.ſed inclinari in illud quod appetũt
vel nõ inclinari nõ ſubiacet diſpoſitiõi coꝝ. Sz in natura
intellectuali vbi pfecte aliquid recipit̃ immaterialiter eſt
pfecta rõ libere inclinatõis.que q̃dem libera inclinatio rõ
nem volũtatis ↄſtituit. Et ideo reb) materialib) nõ attri
buit̃ voluntas ſed appetitus naturalis.aĩe vero ſenſitiue
attribuit̃ nõ volũtas.ſed appetitus aĩalis. Soli vero ſub
ſtantie intellectiue attribuitur volũtas.ſed q̃nto eſt im/
materialioꝛ.tanto ei plus ↄuenit rõ volũtatis. Unde cuz
deus ſit in fine immaterialitatis ſibi cõpetit ſumme ⁊ p/
ppriſſime rõ volũtatis.
Ad .j. ¶ Ad pmũ ergo dõm.q Dyo.non intendit ex ver/
bis illis excludere volũtatem ⁊ electõem a deo.ſed oſten
dere vniuerſalem eius in res influentiã.nõ em̃ ita ↄmuni
cat ſuã bonitatem reb) vt quaſdã eligat quas ſue boni/
tatis participes faciat. quaſdam vero a participatõe ſue
bonitatis oĩno excludat.ſed oĩb) dat affluẽter.vt dꝛ Ja.
pº.q̃uis ad hoc eligere dicat̃ q q̃buſdam plura q̃ alijs
Ad 2 dat ex ordine ſue ſapientie ¶ Ad.ij.dõm.q volũtas dei
non eſt cã ↄtingens.eo q id qđ vult immutabiliter vult.
et ideo ex illa ratõne ſue immobilitatis res nccarie creari
poſſunt.⁊ pcipue cuz nulla res creata ſm ſe neceſſaria ſit
ſm ſe ↄſiderata.ſed in ſe poſſibilis. ⁊ neceſſaria p aliud.
Ad 3 ¶ Ad.iij.dõm.q volũtas eſt alicuius dupl'r.vno modo
pncipaliter.et alio modo ſecũdario. Principaliter q̃dem
volũtas eſt finis qui eſt rõ volendi oĩa alia. Secũdario
vero eſt eoꝝ que ſunt ad finem.ꝓpter que finem volumus.
Volũtas aũt nõ habet habitudinẽ ad volitũ qđ eſt ſecun
dario ſicut ad cãm.ſed tãtũmodo ad volitũ pncipale.qđ
Nota. eſt finis. ¶ Sciendũ eſt aũt.q volũtas ⁊ volitum aliq̃n
diſtinguitur ſm rem.⁊ ſic volitũ ↄparat̃ ad volũtatem
ſicut realiter cã finalis.ſi aũt volitũ ⁊ volũtas diſtinguã/
tur tm̃ rõne.tũc volitũ nõ erit cã finalis volũtatis.niſi ſm
modũ ſignificãdi. Volũtas aũt diuina cõpatur ſicut ad
finem ad bonitatẽ ſuã.q̃ eſt ſm rem idem qđ ſua volũtas
diſtinguitur aũt ſm modũ ſignificãdi. Unn̄ relinquit̃ q vo
luntatis diuine nõ ſit cã realiter ſed ſolũ ſm modũ ſigni
ficandi.nec eſt incõueniens in deo ſignificari aliq̃d p mo/
dum cauſe.ſicut em̃ diuinitas ſignat̃ in deo vt habens ſe
ad deum p modũ cauſe formalis.res vero create q̃s de/
us vult nõ habent ſe ad diuinã volũtatem vt fines. ſz vt
ordinata ad finẽ.ꝓpter hoc em̃ deus vult creaturas eſſe
vt in eis ſua bonitas manifeſtet̃.⁊ vt ſua bonitas q̃ p eſſen
tiam multiplicari nõ pt.ſaltẽ ſilitudinis participatione
Ad 4 in plures diffundat̃. ¶ Ad.iiij.dõm.q laus nõ debet̃ vo
lũtati ſm quelibet actũ ſuũ ſi laus ſtricte accipiat̃. vt phs
accipit.ſed ſm q volũtas ↄparat̃ ad ea que ſunt ad finẽ
conſtat em̃ q actus volũtatis inuenit̃ non ſolũ in operib)
virtutis que ſunt laudabilia.ſed etiã in actu felicitatis.
que eſt honorabiliũ.cõſtat em̃ q felicitas delectatõem ha
bet.⁊ tñ etiã laus deo attribuit̃.cũ ad laudanduz deũ in
multis locis ſcripture inuitemur.ſed laus tũc ↄmunius
accipit̃ q̃ phs accipit. Uel pt dici q laus ꝓprie accepta
Ad 5 deo ↄpetit inq̃ntum ſua volũtate ordinat creaturas in ſe
ipſum ſicut in finem. ¶ Ad.v.dõm.q ↄtraria nata ſunt
fieri circa idem.niſi alterũ inſit a natura.de natura autez
diuina eſt eſſe ſummũ bonũ vndiq3.vñ inuolũtarium ſibi
Ad 6 ineſſe nõ poteſt ¶ Ad.vi.dõm.q in deo eſt volũtas affe/
ctionis ⁊ volũtas effectõis.vult em̃ ſe velle.⁊ vult ſe age
re qđ agit.ſed nõ oportz q vbicũq3 inueniat̃ altera volũ
tatũ inueniat̃ meritũ ſed ſolũmodo in natura imperfecta
tendente in pfectõem. ¶ Ad.vij.dõm.q q̃ñ volitũ eſt
aliud a volũtate.volitũ mouet volũtatẽ rõnabiliter. ſed Ad 7
q̃ñ volitũ eſt idem volũtati tũc nõ mouet niſi ſm modũ
ſignificãdi. Et q̃ntum ad hũc modũ loquendi ſm phm
in.viij.phy.verificat̃ dictũ Platonis qui dicebat q pmũ
mouens mouet ſeipm inq̃ntum ſcz intelligit ⁊ vult ſeipm
nõ tñ q2 vult creaturas eſſe ſeq̃tur q a creaturis moueat̃
q2 creaturas nõ vult niſi rõne ſue bonitatis.vt dictũ eſt.
¶ Ad.viij.dõm.q p eandem naturã aliquid mouet̃ ad Ad 8
terminũ quẽ nõdũ obtinet ⁊ quieſcit in termino quẽ iam
obtinuit.vñ eiuſdẽ potentie eſt tendere in bonũ cũ nõdũ
habet̃.⁊ diligere ipm ⁊ delectari in eo poſtq̃ habetur.et
vtrũq3 hoꝝ ptinet ad potentiã appetitiuã.q̃uis denomi
net̃ magis ab illo actu quo tendit in id qđ nõ hz.rõne cu
ius dꝛ q appetitus ſm ꝓpriã rõnem eſt impfecti.ſed volũ
tas indifferenter ſe hz ad vtrũq3.vñ volũtas ſm ꝓpriam
rõnem ↄpetit deo.non aũt appetitus ¶ Ad.ix.dõm.q Ad 9
deo nõ cõpetit ad oppoſita ſe habere q̃ntum ad ea q̃ ſunt
in eſſentia eius.ſed ad oppoſita ſe hz q̃ntum ad effectus in
creaturis quos pt facere ⁊ non facere. ¶ Ad.x.dõm.q Ad 10
deus etiã cũ non operat̃ res vult res eſſe. ſed tñ nõ vult
q tũc ſint.vnde obiectio ꝓcedit ex ſuppoſitõe falſi ¶ Ad Ad .ij
xi.dõm.q deus nõ pt aliquo pfici ſm rem.tñ p modũ ſi/
gnificandi aliquo pfici ſignificat̃.ſicut ſi dico q deus intel
ligit aliq̃d.ſicut em̃ volitũ eſt pfectio volũtatis.ita intel/
ligibile pfectio intellectus.in deo aũt idem eſt intelligibi
le pmũ ⁊ intellectus.⁊ volitũ pmũ ⁊ volũtas

Secũdo querit̃.vtruz
volũtas diuina poſſit diſtingui p cõſequens et
antecedens. ¶ Et videt̃ q non. Ordo em̃ diſtinctiõem .j.
pſuppoſit.ſed in diuina volũtate nõ eſt aliqua diſtinctio.
cũ vno ſimplici actu volũtatis velit oĩa que vult.ergo
in diuina volũtate nõ eſt añcedens ⁊ ↄſequens q̃ ordinẽ
important ¶ Sed diceres.q in diuina volũtate etſi non
ſit diſtinctio ex parte volũtatis.eſt tñ diſtinctio ex parte
volitoꝝ. ¶ Sed ↄtra.ex parte volitoꝝ nõ poteſt ordo in 2
volũtate poni niſi dupl'r. Aut reſpectu diuerſoꝝ volitoꝝ
aut reſpectu vnius voliti. Si reſpectu diuerſoꝝ volitorũ
ſequit̃ q volũtas antecedens dicat̃ de pmis creaturis.vo
luntas aũt ↄſequens de poſteriorib) creaturis.qđ eſt fal/
ſum. Si aũt reſpectu vnius voliti.hoc nõ pt eſſe niſi ſm
diuerſas circũſtantias in volito ↄſideratas. hoc aũt non
poteſt ponere diſcretõem vel ordinẽ in volũtate.cũ volũ/
tas referatur ad rem ſm q in natura ſua exiſtit.res autẽ
in ſua natura implicita eſt oĩb) ſuis ↄditionib).ergo nul
lo modo in diuina volũtate debet poni antecedẽs ⁊ ↄſe/
quens ¶ Pre. Sicut volũtas ↄparatur ad creaturas
ita ſcientia ⁊ potentia.ſed ꝓpter ordinem creaturarũ non 3
diſtinguimus ſcientias neq3 potentiã dei p añcedentem
et ↄſequentẽ.ergo nec volũtas debet hoc mõ diſtingui
¶ Pre. Id qđ nõ recipit mutatõem neq3 impedimentũ 4
ab alio nõ iudicat̃ ex alio ſed ex ſeipſo tm̃. volũtas autez
diuina a nullo poteſt mutari vel impediri.ergo nõ debet
iudicari ex alio ſed ex ſeipa tm̃.ſed volũtas antecedẽs in
deo dꝛ ſm Damaſ.ex ſeipſo exiſtens.cõſequẽs aũt ex cã
noſtra.ergo in deo nõ debet diſtingui volũtas ↄſequẽs cõ
tra añcedentẽ. ¶ Pre. In affectiua non videt̃ eſſe ordo 5
niſi ex cognitiua.q2 ordo ad rõnem ptinet.ſed deo nõ at/
tribuit̃ cognitio habens ordinem que eſt rõ. ſed cognitio

ſimpliciter que eſt intellectus. ergo nec in volūtate eius
6 debet poni ordo antecedentis ⁊ ꝯſequētis. ¶ Pre. Bo
etius dicit in li. de ꝯſo. ꝙ deus vno mentis intuitu oīa
cernit. ergo pari rōne ad oīa q̄ vult vno ſimplici actu vo
luntatis ſe extendit, ⁊ ita in eius volūtate nō debet poni
7 antecedēs ⁊ ꝯſequēs. ¶ Pre. Deus ⁊ cognoſcit res in
ſeipſo ⁊ in ꝓpria natura rerū. ⁊ q̄uis res poſterius ſint in
ꝓpria natura q̄ȝ in v̄bo, nō tū̄ ex hoc in cognitōe dei ponit̄
8 añs ⁊ ꝯñs. ergo nec in volūtate dei poni debet. ¶ Pre.
ſicut diuinū eſſe menſurat̄ eternitate. ita ⁊ diuina volūtas
ſed duratio diuini eſſe ꝓpter hoc ꝙ eſt eternitate menſu
rata eſt tota ſimul nō habēs prius ⁊ poſterius. ḡ in volun
tate diuina nō debet poni añcedens ⁊ ꝯſequēs.

Cōtra ¶ Sed ꝯtra eſt qđ Damaſ. dicit in. ij. lib. oportȝ ſci
re ꝙ deus añcedente volūtate vult oēs ſaluari. nō autē
ꝯſequente. vt poſt ſubdit. ḡ diſtinctio añcedētis ⁊ ꝯñtis
ꝯuenit volūtati diuine. ¶ Pre. Deo cōpetit voluntas
habitualis eterna ſm̄ ꝙ deus eſt. ⁊ volūtas actualis ſm̄
ꝙ creator eſt volens res actu eſſe. ſed hec volūtas ꝯpa
ratur ad ꝑmā ſicut ꝯñs ad añs. ergo in volūtate diuina
eſt añcedens ⁊ ꝯſequens inueniri.

R̄ſo ¶ R̄nſio ddm̄. ꝙ volūtas diuina ꝑ añcedentē ⁊ cōſe
quentē ꝯuenīēter diſtinguit̄. Cuius diſtinctiōis intelle
ctus ex v̄bis Damaſ. eſt aſſumendus. q̄ hāc diſtinctōem
introduxit. Dixit eñ in. ij. lib. ꝙ volūtas añcedens eſt ac
ceptatio dei ex ipſo exiſtēs. ſȝ volūtas ꝯſequēs eſt cōceſ
Nota ſio ex noſtra cā. ¶ Ad cuius euidentiā ſciendū. ꝙ in qua
libet actōe eſt cōſiderandū aliquid ex parte agentis. ⁊ ali
quid ex parte recipiētis. ⁊ ſicut agens eſt prius facto et ꝑn
cipalius. ita id qđ eſt ex parte facientis eſt prius naturali
ter eo qđ eſt ex parte facti. Sicut pȝ in operatōe nature
ꝙ ex parte v̄tutis formatiue. que eſt in ſemine. eſt ꝙ ani
mal ꝑfectū ꝓducat̄. ſed ex parte materie recipiētis. que
q̄nq̄ȝ eſt indiſpoſita ꝯtingit q̄nq̄ȝ ꝙ non ꝓducitur aīal ꝑ
fectum. ſicut cōtingit in partub; mōſtruoſis. et ſic dicim⁹
de ꝑma intentione nature eſſe ꝙ aīal ꝑfectum ꝓducatur
ſed ꝙ ꝓducat̄ aīal imꝑfectum eſt ex ſecūda intentiōe na
ture. que ex quo non poteſt materie propter ſuam indiſ
poſitionem tradere formam perfectōnis. tradit ei id cu
ius eſt capax. Et ſimiliter eſt conſiderandum in operati
one dei. qui opatur in creaturis. q̄uis eñ in ſua opatio
ne materiā nō req̄rat ⁊ res a ꝑncipio creauerit nulla ma
teria p̄exiſtente. nūc tū̄ in reb; quas ꝑmo creauit eas ad
miniſtrans opatur p̄ſuppoſita natura quā prius dedit eis.
Et q̄uis etiā poſſit a creaturis oīno impedimentū au
ferre quo ꝑfectius capaces exiſtūt. tū̄ ſm̄ ordinē ſapientie
ſue diſpoſuit de reb; ſm̄ earū cōditōem vt vnicuiq̄ȝ tribu
at ſm̄ ſuū modū. Illud aūt ad qđ deus creaturā ordina
uit q̄tum eſt de ſe. dicit̄ eſſe volitum ab eo quaſi ꝑma in
tentione ſiue volūtate antecedente. ſed creatura impedi
tur ꝓpter defectū ſui ab hoc fine. tū̄ nihilominus deus im
plet in ea id bonitatis cuius eſt capax. ⁊ hoc eſt q̄ſi eius
ſecūda intentōe. ⁊ dr̄ volūtas ꝯſequens. Quia igit̄ deus
oēs hoīes ꝓpter beatitudinē fecit. dr̄ volūtate antecedē
te omniū velle ſalutē. ſed q̄ quidā ſue ſaluti aduerſantur
aliq̄s ordo ſue ſapientie ad ſalutē venire nō patit̄ ꝓpter
eoꝝ defectū. implet in eis alio modo id qđ ad ſuā boni
tatē ꝑtinet. ſcȝ eos ꝑ ſuā iuſticiam dānans. ⁊ ſic dū a pri
mo ordine volūtatis deficiūt in ſecūdū labūtur. ⁊ dū dei
volūtatem nō faciūt impleat̄ in eis dei volūtas. Ipſe aūt
defectus peccati quo aliq̄s redditur dignus pena in pre
ſenti vel in futuro nō eſt volitus a deo nec a volūtate an
tecedente nec ꝯſequente. ſed eſt ab eo ꝑmiſſus. Nec tū̄ in
telligendū eſt ex premiſſis ꝙ intentio dei fruſtrari poſſit.
q̄ iſtū qui nō ſaluatur p̄ſciuit ab eterno nō ſaluandū. nec
ordinauit ipſum in ſalutē ſm̄ ordinē p̄deſtinatōis que eſt
ordo abſolute volūtatis. ſed q̄tum ex ꝑte ſua eſt. dedit ei
naturā ad beatitudinē ordinatam.

¶ Ad ꝑmū ergo dōm̄. ꝙ in voluntate diuina nec or Ad .i.
do nec diſtinctio eſt ex parte actus volūtatis. ſed ſolūmo
do ex parte volitoꝝ. ¶ Ad. ij. dōm̄. ꝙ ordo volūtatis di Ad 2
uine nō attendit̄ ſm̄ diuerſa volita. ſed reſpectu ad vnū
et idem volitū. ꝓpter diuerſa in eo reꝑta. ſicut vult aliquē
hominē ſaluari volūtate añcedente rōne humane nature
quā ad ſalutē fecit. ſed vult eum damnari volūtate conſe
quente. ꝓpter peccata que in eo inueniūtur. q̄uis eñ res
in quā fertur actus volūtatis ſit cū oīb; ſuis ꝯditōib;
nō tamē oportȝ ꝙ quelibet illaꝝ conditionū q̄ inueniūtur
in volito ſit rō mouens volūtatē. ſicut vinū nō mouet ap
petitū bibentis rōne virtutis inebriandi quā hȝ. ſed rōne
dulcedinis. q̄uis ſimul vtrūq̄ȝ in vino inueniat̄. ¶ Ad Ad 3
iij. dōm̄. ꝙ volūtas diuina eſt imediate creaturarū ꝑnci
piū ordinādo attributa diuina ꝑ moduȝ intelligendi ſm̄
ꝙ ad opus applicātur. potentia eñ nō exit in opus niſi re
gulata ꝑ ſciam ⁊ determinata ꝑ volūtatē ad aliq̄d agen
dum. et ideo magis ordo rerū refertur in volūtatē diui
nam q̄ȝ in ſciam vel in potentiā. Uel dōm̄. ꝙ rō volūta
tis ꝯſiſtit. vt dictū eſt. in cōparatōe volūtatis ad ipas res
ſed res dicūtur eſſe ſcite vel poſſibiles alicui agenti ſm̄ ꝙ
ſunt in ipſo ꝑ modū intelligibilē vel virtualiter. res autē
ſm̄ ꝙ ſunt in deo nō habēt ordinē. ſed ſm̄ ꝙ ſunt in ſeipis
et ideo rerū ordo nō attribuit̄ ſcie vel potentie ſed ſolum Ad 4
volūtati. ¶ Ad. iiij. dōm̄. ꝙ q̄uis diuina volūtas nō im
pediatur neq̄ȝ immutet̄ ex aliquo alio. tū̄ ſm̄ ordinē ſapi
entie fertur in aliquē ſm̄ ꝯditōem illius. ⁊ ſic volūtati di
uine attribuit̄ aliquid ex parte noſtra. ¶ Ad. v. dōm̄. ꝙ Ad 5
rō illa ꝓcedit de ordine volūtatꝭ ex parte ipſius actus. ſic
aūt ibi nō eſt ordo añtis ⁊ ꝯñtis. ¶ Et ſiliter dōm̄ eſt Ad 6
ad. vi. et ad. vij. ꝙ q̄uis poſterius habeat res eſſe in ſua Ad 7
natura q̄ȝ in deo. nō tū̄ poſterius cognoſcit̄ a deo in ꝓpria
natura q̄ȝ in ſeipo. q̄ ꝑ hoc ipm̄ ꝙ deus eſſentiā ſuam co
gnoſcit intuetur res. ⁊ ꝓut ſunt in ſeipo ⁊ ꝓut ſunt in ꝓ Ad 8
pria natura. ¶ Ad. viij. dōm̄. ꝙ in volūtate dei nō ponit̄
añs ⁊ ꝯñs ad importandū ordinē ſucceſſionis que repu
gnat eternitati. ſed ad denotandam diuerſam compara
tionē ad eius volita

## Tercio querit̄. vtruȝ

volūtas dei cōuenīēter diuidat̄ ꝑ volūtatē bñ .i.
placiti. ⁊ ꝑ volūtatē ſigni. ¶ Et videt̄ ꝙ nō. ſicut eñ ea q̄
agūtur in creatura ſūt ſigna volūtatis diuine. ita ſcie ⁊ po
tētie. ſȝ ſcia ⁊ potētia nō diſtinguūt̄ ꝑ ſciam ⁊ potētiā i ea
q̄ ſūt eēntia dei ⁊ ſigna eius. ḡ nec volūtas hoc mō diſtin
gui debȝ ꝑ volūtatē bñplaciti. q̄ eſt diuina eēntia. ⁊ ꝑ vo
lūtatē ſigni. ¶ Pre. Per h̄ ꝙ aliq̄d vult de⁹ volūtate bñ 2
placiti. oſtēdit̄ act⁹ diuine v̄tutis referri in illud vt ſic ſit
deo placitum. aut ḡ illud in qđ fert̄ volūtas ſigni eſt pla
citū deo. aut nō. ſi eſt placitū deo. ḡ vult illud volūtate be
neplaciti. ⁊ ſic volūtas ſigni nō debet a volūtate bñplaci
ti diſtingui. ſi aūt nō ſit placitū deo. ſignat̄ aūt eē placitū
ei per voluntatem ſigni. ergo ſignum diuine voluntatis
erit falſum. Et ita in doctrina veritatis talia ſigna diui
ne voluntatis poni non debent.

3 ¶ Pre. Omīs voluntas eſt in volūtate. ſed quicq̄d eſt in
deo eſt diuina eſſentia. ſi ḡ volūtas ſigni deo attribuit̄ erit
idem q̄d diuina eēntia. et ſic nō diſtinguit̄ a volūtate bene
placiti. nā illa volūtas dr̄ eſſe bn̄placita q̄ eſt ipſa diuina
4 eēntia. vt Mgr̄ dr̄ in p° ſniaꝝ. diſt. xlv. ¶ Preterea. Quic-
q̄d deus vult. bonū eſt. ſed ſignū volūtatis dȝ diuine vo-
luntati rn̄dere. ḡ ſignū volūtatis nō dȝ eſſe de malo. cū ḡ
ꝑmiſſio ſit de malo ſilr̄ ꝓhibitio. videt̄ ꝙ nō debeāt poni
5 ſigna diuine volūtatis ¶ Pre. Sicut inuenit̄ bonū ⁊ me-
lius. ita inuenit̄ malū ⁊ peius. ſed ſm̄ bonū et melius di-
ſtinguit̄ duplr̄ volūtas ſigni. ſcȝ p̄ceptū q̄d de bono eſt. et
conſiliū q̄d de meliori bono eſt. ḡ et ſilr̄ mali et peioris de-
6 bent poni duo ſigna volūtatis ¶ Pre. Volūtas dei ma-
gis inclinat̄ ad bonū q̄ȝ ad malū. ſed ſignū q̄d reſpicit ma
lū ſcȝ ꝑmiſſio nunq̄ȝ p̄t impediri. ḡ et p̄ceptū ⁊ ꝯſiliū q̄ ſtȝ
reſpectu boni. nō debēt impedimentū ſuſcipe. q̄d tn̄ appa
7 ret eſſe falſum ¶ Pre. Eoꝝ que ſe inuicē ꝯſequunt̄ vnuȝ
nō dȝ cōtra aliud diſtingui. ſed volūtas bn̄placiti et dei
opatio ſe ꝯſequunt̄. nihil eīn opat̄ q̄d nō velit volūtate
bn̄placiti ⁊ nihil vult volūtate bn̄placiti in creaturis q̄d
nō operet̄. ſm̄ illud p̄s. omnia q̄cunq̄ȝ voluit dn̄s fecit. ḡ
opatio ſub volūtate ſigni qua ꝯtra voluntatē beneplaci
ti diſtinguitur non debet poni

R°

Du. mo-
d° loq̄ndi
in diuinis

¶ Rn̄ſio dōm. ꝙ in diuinis eſt duplex modus loquē-
di. vnus ſm̄ ꝓpriam loquutōnem q̄n ſcȝ deo attribuitur
id q̄d ſibi ꝯpetit ſm̄ ꝓpriam naturā. q̄ȝuis ſibi ſemꝑ emi
nētius cōpetat q̄ȝ a nobis mēte cōcipiat̄ vel ſermone ꝓ-
ferat̄. rōne cuius nulla noſtra loquutio p̄t eſſe de deo pro
pria ad plenuȝ. Alius modus eſt ſm̄ figuratiuā ⁊ tropi-
cam vel ſymbologicā loquutōem. q̄ȝ eīn ipſe deus ſm̄ ꝙ
in ſe eſt aciem noſtre mētis excedit. oportȝ ꝙ de eo loqua
mur ꝑ ea que apud nos inueniunt̄. et ſic ſenſibiliuȝ nomīa
deo attribuimus. vt cū eū nominam⁹ vel lucē vel leoneȝ
vel aliq̄d hmōi. Quaꝝ q̄dem loquutionū veritas in hoc
fundat̄. q̄ȝ nulla creatura. vt Dyo. dr̄. xi. ca. cel. hierarch.
eſt vlr̄ boni ꝑticipatiōe ꝑuata. ⁊ ideo in ſingulis creatur̄
eſt inuenire aliq̄s ꝓprietates repſentātes quantuȝ ad ali-
quid diuinā bonitatē. ⁊ ita nomē in deo trāſfert̄ inquan-
tū res ſignata ꝑ nomē eſt ſignū diuine bonitatis. Quan-
cūq̄ȝ ḡ ſignū loco ſignati accipit̄ in diuinis eſt mod⁹ tro-
pice loquutōis. Vterq̄ȝ aūt iſtoꝝ modoꝝ loquēdi ꝯcur-
rit in voluntate diuina. inuenit̄ eīn in deo rō ꝓprie volun-
tatis. vt ſupra dictum eſt. et volūtas ꝓprie de deo dr̄. Et
hec volūtas eſt beneplaciti que ꝑ antecedentē ⁊ ꝯſequen-
tē diſtinguit̄. vt dictū eſt. Quia vero volūtas in nobis hȝ
quandā animi paſſionē ꝯſequentē. ideo ſicut alia nomīa
paſſionū metaphorice dicunt̄ de deo. ita etiā ⁊ nomen vo
luntatis. Dicit̄ aūt nomē ire de deo. q̄ȝ in eo inuenit̄ effe-
ctus qui ſolet eē irati apud nos. vnde illa punitio qua pu-
nit ira dei nominat̄. Et ſimili mō loquēdi illa que ſolent
eſſe ſigna volūtatis apud nos dei volūtates appellant̄. et
pro tanto dr̄ eſſe volūtas ſigni. q̄ȝ ipſum ſignū quod ſolet
eſſe volūtatis. voluntas appellat̄ Cum aūt volūtas poſ-
ſit cōſiderari ⁊ ſm̄ ꝙ ꝓponit de agēdis ⁊ ſm̄ ꝙ impetū fa
cit ad opus. vtroq̄ȝ mō volūtati aliqua ſigna attribuunt̄
ſm̄ eīn ꝙ ꝓponit de agendis quantū ad fugam mali eſt ſi-
gnū eius ꝓhibitio. Quantū āt ad ꝓſequutiōem boni eſt
duplex ſignū volūtatis. nā reſpectu boni honeſti eſt ſignū
voluntatis preceptū. reſpectu autē boni vtilis q̄ faciliori
modo ⁊ cōuenientiori acquirit̄ finis eſt ſignū voluntatis
cōſilium. Sed ſm̄ ꝙ voluntas impetū facit ad opus at-
tribuitur ei duplex ſignum. vnū expreſſum quod eſt ope
ratio. quod enim quis operatur indicat ſe expreſſe velle.
Aliud vero ſignum eſt interpretatiuū. ſcȝ permiſſio. qui
enim non prohibet aliquid quod impedire poteſt inter-
pretatiue videtur cōſentire in illud. hoc autē nomen per-
miſſionis importat

¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ q̄ȝuis deus ſit omnia po- Ad 1.
tens ⁊ omnia ſciens: non tamē eſt oīa volens. ⁊ ideo ꝑ-
ter ſigna in creaturis inuenta quibus oſtendit̄ ꝙ eſt ſciēs
et potens ⁊ volens. voluntati aſſignantur quedā ſigna vt
oſtendatur quid deus velit ⁊ non ſolum ꝙ eſt volēs. Vel
dicendū ꝙ ſcientia et potentia non habēt ita adiunctum
modū paſſionis ſicut volūtas prout in nobis inuenitur.
et ideo voluntas magis appropinquat ad illa que meta-
phorice dicunt̄ de deo q̄ȝ potentia vel ſcientia. Et ideo ſi-
gna voluntatis magis dicimus voluntatem metaphori-
ce loquendo q̄ȝ ſigna ſcientie ⁊ potentie ſcientiā et potē-
tiam. ¶ Ad ſecundū dicendum ꝙ q̄ȝuis deus non velit Ad 2
omne quod precipit vel permittit. vult tamē aliquid cir-
ca hoc. vult eīn nos eſſe debitores eius quod precipit et
in poteſtate noſtra eſſe id quod ꝑmittit. ⁊ hanc poteſta-
tem diuinā preceptum ⁊ ꝑmiſſio ſignat. Vel poteſt dici
ꝙ voluntas ſigni non pro tanto dicitur ꝙ ſignat deū vel-
le illud. ſed quia illud quod ſolet eſſe ſignum voluntatis
apud nos voluntas nominatur. non autem oportet ꝙ id
quod ſolet eſſe alicuius rei ſignū ſit falſum. quādo non re
ſpondet ei id quod ſolet ſignificare niſi tunc tantū quan-
do ad ſignificandū id adhibet̄. q̄ȝuis ergo p̄cipere in no-
bis ſit ſignū volēdi id. nō tamē quādocunq̄ȝ p̄cipit aliq̄d
vel deus vel homo. oportet ꝙ ſignificet ſe illud velle. vn-
de non ſequitur ꝙ ſit ſignuȝ falſum Et inde etiā eſt ꝙ in
triplicit modo ꝯmuniter ſcḋm ꝙ oē recipe eſt pati. ꝛ ſic paſſio
nō eſt in qualibet pte anime. nec tameʒ ſolū in appetitiua
ſenſitiua. hoc mō accipiendo paſſionē dicit Cōmen. in. ij.
li. de anima. ꝙ vires anime vegetabilis omnes ſunt acti
ue. vires aūt ſenſibiles omnes paſſiue. vires aūt rationa
les partim actiue ꝓpter intellectū agentem. ꝛ partim paſ
ſiue ꝓpter intellectū poſſibilem. Licet igitur hic modus
paſſionis ꝙbuis ꝯueniat apprehenſiuis ꝛ appetitiuis, ma
gis tamē ꝯpetit appetitiuis, qꝛ cū opatio apprehēſiue ſit
in rem apprehenſam ſm ꝙ eſt in apprehendente. opatio
aūt appetitiue ſit ad rē ſcḋm ꝙ eſt in ſeipſa. id qḋ recipiť
in apprehēſiua minꝰ habet de ꝓprietate rei apprehenſe ꝙꝫ
id qḋ recipitur in appetitiua de ratione rei appetibilis.
vnde veꝝ qḋ perficit apprehenſiuam eſt in mente. bonuʒ
vero qḋ pficit appetitiuā eſt in rebꝫ vt dicitur in. vi. meta.
¶ Alio mō dicitur paſſio ꝓprie q̄ conſiſtit in abiectione
vnius cōtrarij ꝛ receptione alterius ꝑ viam tranſmuta
tionis. ꝛ hic modus paſſionis aīe conuenire non pōt niſi
ex corpe. Et hoc dupliciter. vno mō ſcḋm ꝙ vnitur corꝫ
pori vt forma. ꝛ ſic ꝯpatiť corpori patiēti paſſione corpo
rali. Alio mō prout vnitur ei vt motor. ꝛ ſic ex opatio
ne anime fit tranſmutatio in corpe. que q̄dem paſſio dici
tur animalis vt ſupra dictum eſt. Paſſio igiť corpalis pꝫ
dicta pertingit ad potētias ſm ꝙ in eſſentia anime radi
cantur. eo ꝙ anima ſm eſſentiā eſt forma corporis. et ſic
ad eſſentiā anime pimo pertinet. Poteſt tamē hec paſſio
alicui potentie attribui tripliciter. vno modo ſm ꝙ in eſ
ſentia anime radicatur. ꝛ ſic cū oēs potentie in eſſentia
anime radicētur ad omnes potētias ptinet predicta paſ
ſio. Alio modo ſicut ex leſione corporis potentiaꝝ actꝰ
impediūtur. ꝛ ſic predicta paſſio ptinet ad oēs poten
tias vtentes organis corporalibꝫ. quaꝝ omniū actus im
pediūtur leſis organis. ſꝫ indirecte. hoc mō ptinet etiā
ad potētias organis corporalibꝫ nō vtētes. ſcꝫ intellecti
uas inquantū accipiūt a potētijs organis vtētibꝫ Unde
contingit ꝙ leſo organo virtutis imaginatiue etiā intelle
ctus opatio impediť ꝓpter hoc ꝙ intellectus indiget fan
taſmatibꝫ in ſua operatione. Tertio modo ptinet ad ali
quā potentiā vt appetentem ipſam. ꝛ ſic ꝓprie ptinet ad
ſenſum tactus. nā tactus eſt ſenſus eoꝝ ex quibꝫ compo
nitur aīal. ſimiliter eoꝝ ꝑ que animal corrūpitur Paſſio
vero aīalis cū ꝑ eam ex opatione aīe trāſmuteť corpus.
in illa potētia eſſe debet q̄ organo corpali adiūgitur. ꝛ cu
ius ē corpa trāſmutare. ꝛ ideo hmōi paſſio nō eſt in par
te intellectiua q̄ nō eſt alicuius organi corpalis actꝰ. nec
iteꝝ ē in apprehēſiua ſenſitiua. qꝛ ex apprehēſione ſenſus
nō ſeqtur motꝰ in corpe niſi mediāte appetitiua q̄ eſt im
mediatū mouēs. vñ ſm modū opatiōis eius ſtati diſpo
nitur organū corpale. ſcꝫ cor vñ eſt pncipiū motus tali
diſpoſitione q̄ competat ad exequēdum hoc in qḋ appeꝫ
titus ſenſibilis inclinatur. vnde in ira feruet ꝛ in timore
quodāmō frigeſcit ꝛ ꝯſtrigiť. ꝛ ſic in appetitiua ſenſitiua
ſola animalis paſſio ꝓprie inuenitur Uires aūt anime ve
getabilis ꝙbuis organo vtātur. conſtat tamen ꝙ nō ſint
paſſiue. ſed actiue. paſſio eñ magis ꝓprie appetitiue potē
tie ꝯuenit ꝙꝫ apprehēſiue vt in pncipio dictū eſt. Et hec
eſt etiā vna ratio quare magis appetitiua ſenſitiua ꝓprie

paſſionis ſubiectū eſt ꝙꝫ apprehenſiua ſenſitiua. Sic eñ
ipſa affectiua ſuperior magis accedit ad ꝓpriā rationem
paſſionis ꝙꝫ intellectiua ¶ Tertio modo paſſio dicebať
quaſi tranſſumptiue ſm ꝙ aliqḋ qualitercunqꝫ impediť
ab eo qḋ eſt ſibi conueniēs. ꝛ ſic hoc modo potentie ani
me patiūtur cum a ꝓprijs actibꝫ impediūtur. quod q̄deʒ
aliqualiter in oībꝫ potentijs anime ꝯtingit vt dictū eſt
Nunc aūt loquimur de paſſione animali ꝓprie dicta que
vt oſtēſum eſt in ſola appetitiua ſenſitiua inuenitur
¶ Ad primū ergo dicenduʒ. ꝙ aīa xp̄i tota patiebať Ad .1.
paſſione corporali ꝛ ſic ad potētias oēs paſſio illa per
tinebat ad minus ꝓut in eſſentia aīe radicātur. non ita ꝙ
paſſio animalis in qualibet potētia anime eius eſſet ſicut
in ꝓprio ſubiecto ¶ Ad ſecundū dicēdū. ꝙ Augꝰ. loquiť Ad 2
contra quoſdā platonicos q̄ dicebāt omniū illaꝝ paſſio
num principiū eſſe ex carne. Augꝰ. autē oſtendit ꝙ etiā
ſi caro in nullo eſſet corrupta poſſet eſſe haꝝ paſſionū pn
cipiū ex aīa. ꝛ ideo nō dicit ꝙ ſine carne hmōi paſſiones
ꝑficiātur. ſed ꝙ nō ex carne tantū his paſſionibꝫ aīa affi
citur ¶ Ad tertiū dicendū. ꝙ Augꝰ. vel nomē volunta Ad 3
tis large accipit ꝓ quolibet appetitu. vel etiā timorem et
gaudiū ꝛ alia hmōi accipit ꝓ actibꝫ volūtatis ſimilibus
paſſionibꝫ in appetitu ſenſitiuo exiſtentibꝫ. Eſt eñ. vt in
queſtione de ſenſualitate dictū ē. ꝛ in ipſa volūtate gau
dium quodāmodo ꝛ triſtitia ꝛ alia huiuſmodi. ſed non
ita ꝙ ſint paſſiones ꝓprie loquendo ¶ Uel poteſt dici ꝙ
Aug. has paſſiones volūtates nomiat inquātū ex actu
voluntatis homo in has paſſiones inducitur ſm ꝙ appe
titus inferior ſequitur inclinationē appetitus ſuperioris
vt in queſtione de ſenſualitate dictum ē. Uñ Augꝰ. ipſe
poſtea ſubiūgit ſicut allicitur vel offenditur volūtas ho
minis ita in hos vel illos affectus mutatur et vertitur.
¶ Ad quartū dicendū. ꝙ ſenſus nō eſt virtus actiua. ſꝫ
paſſiua. non eñ dicitur virtus actiua que habet aliquem Ad 4
actum qui ē operatio. ſic eñ omnis potentia anime acti
ua eſſet. ſed dicitur potētia aliqua actiua eſſe que compa
ratur ad ſuū obiectū ſicut agens ad patiens. Paſſiua ve
ro q̄ comparatur ad ſuū obiectū ſicut patiēs ad agēs. Sen
ſus aūt comparatur ad ſenſibile ſicut patiens ad agēs. eo
ꝙ ſenſibile trāſmutat ſenſuʒ Oꝫ aūt ſenſibile aliqñ a ſen
ſu trāſmutať hoc eſt ꝑ accidēs. inquātū ipſuʒ organū ſen
ſus habet aliquā qualitatē ꝑ quā natū eſt immutare ali
qḋ corpus. Uñ infectio illa q̄ mulier mēſtruata ſpeculū
inficit. vel qua baſiliſcus hominē vidēdo interficit. nihil
confert ad viſionē. ſed viſio pficitur ꝑ hoc ꝙ ſpecies viſi
bilis recipitur in viſuʒ qḋ eſt quoddā pati. vñ ſenſus po
tentia paſſiua ē. Dato etiā ꝙ ſenſus aliqḋ ageret actiue
non ex hoc ſequereť ꝙ in ſenſu nulla paſſio eſſe poſſit. ni
hil eñ ꝓhibet reſpectu diuerſoꝝ idem eſſe actiuū ꝛ paſſi
uū Dato iteꝝ ꝙ ſenſus qui nominat vim apprehenſiuaʒ
nullius paſſionis eſſet capax. nō ꝓpter hoc excluderetur
quin in appetitiua ſenſibili paſſio eſſe poſſet. ¶ Ad. v. di
cendū. ꝙ ꝙuis actiuū ſit ſimpliciter paſſiuo nobilius re Ad 5
ſpectu eiuſdē. nihil tñ prohibet aliqḋ paſſiuū aliquo mō
nobilius eſſe inquātū paſſiuū nobiliori paſſione patitur
ꝙꝫ ſit actio q̄ actiuū agat. ſicut paſſio a qua intellectꝰ poſ
ſibilis dicitur potentia paſſiua. ꝛ etiam ſenſus recipiēdo
aliquid immaterialiter eſt nobilior actione q̄ potētia veꝫ
getatiua agit materialiter qḋ eſt mediātibꝫ qualitatibus
elemētaribus. ¶ Ad ſextum dicendū. ꝙ illi delectationi Ad 6
que eſt in parte intellectiua per coniūctionem intelligibi
lis conuenientis non eſt aliqḋ contrariū. qꝛ oporteret ꝙ

ſibi intelligibili ꝯuenienti aliquid contrariũ foret ꝙ cauſa
contrarij eſſet. hoc aũt eſſe nõ poteſt eo ꝙ intelligibili ſpe
ciei nihil eſt contrariũ. ſpecies eñ contrarioꝝ in aĩa ꝯtra
rie non ſunt vt dicitur in. vij. metaph. Unde homo nõ ſolũ
delectatur de hoc ꝙ intelligit bona. ſed de hoc ꝙ intelli-
git mala inquantũ intelligit. Ipſum eñ intelligere mala
bonũ eſt intellectui. ⁊ ſic delectatio intelligibilis ꝯtrariũ
nõ habet. dicit̃ eñ triſticia vel dolor in pte intellectiua eẽ
cõmuniter loquẽdo inquantũ intellectus intelligit aliqđ
nociuũ cui voluñtas repugnat. qr tamẽ illud nociuũ non
eſt nociuũ intellectui inquantũ eſt intellect⁹. ideo illa tri
ſticia vel dolor non cõtrariatur delectationi intellectus
que eſt ſcđm illud quod eſt ꝯueniẽs intellectui inquãtũ
intelligit. ¶ Ad ſeptimũ dicendũ. ꝙ potẽtia rationalis
Ad 7 ſe habet ad cõtraria aliquo mõ ſibi ꝓprio. ⁊ aliquo modo
ſibi communi ⁊ omnibꝫ alijs. Nã eñ potẽtia rationalis
ſit ſubiectũ contrarioꝝ accidẽtium hoc ſibi ⁊ alijs com-
mune eſt. qr omniũ contrarioꝝ idẽ eſt ſubiectũ. ſed ꝙ ſe
habeat ad ꝯtrarias actiones. iſtud eſt ſibi ꝓpriũ. Natura
les eñ potẽtie ſunt determinate ad vnum. ⁊ ſic loquitur
Ad 8 phs ꝙ rõnales poteſtates ſunt ad oppoſita. ¶ Ad. viij.
dđm. ꝙ abſentia gubernãtis nõ ẽ cauſa ſubmerſionis na
uis niſi ꝑ accidẽs inquãtũ ſcꝫ remouet gubernãtis ꝓui-
dentiã ꝑ quã nauis ſubmerſio ꝓhibebat̃. Et ſimiliter in
telligibilis remotio vel abſentia nõ eſt cauſa triſtitie. ſed
nõ delectãdi. effectus eñ ꝓportionat̃ ſm ꝓportionẽ cau-
ſarũ. Unde intelligere ⁊ nõ intelligere q̃ ꝯtradictorie oppo
nũtur ſunt cauſa delectãdi ⁊ nõ delectandi q̃ ſimilit̃ ſunt
cõtradictoria. non aũt delectãdi ⁊ triſtandi q̃ ſunt cõtra
ria. Si aũt accipiat̃ id qđ eſt contrariũ intellectiue virtu
tis. ſcꝫ error. nõ poteſt eſſe cauſa triſtitie. qr vel error eſti
matur eẽ veritas. ⁊ ſic error delectat ſicut ⁊ veritas. vel
cognoſcit̃ eſſe error qđ non eſt niſi ꝯgnoſcendo veritatẽ
Ad 9 et ſic iterũ error delectationẽ in intelligẽdo facit. ¶ Ad
nonũ dicendũ. ꝙ triſtitia ⁊ dolor hoc modo differunt ꝙ
triſtitia eſt quedã paſſio animalis incipiẽs. ſcꝫ in appre-
henſione nocumẽti. ⁊ terminata in opatione appetitus. ⁊
vlterius eſt in trãſmutatione corpis. ſed dolor ẽ ſm paſ
ſionẽ corpalem. vñ Aug⁹. dicit. xiiij. de ciui. dei. ꝙ dolor
vſitatius in corporibꝫ dicit̃. ⁊ ideo incipit a leſione corpo
ris et terminatur in apprehenſione ſenſus tactus. ꝓpter
qđ dolor eſt in ſenſu tact⁹ vt in appetente. vt dictum eſt.
Ad 10 ¶ Ad. x. dicendũ. ꝙ gaudiũ ⁊ triſtitiã ſequi paſſionem
dicit̃ ⁊ a Dam. ⁊ pho. ſꝫ ſub alio ⁊ alio intellectu Dam.
et Greg niceñ. illud verbũ ꝓponẽtes loquũtur de paſſio
ne corpali q̃ apprehẽſa cauſat gaudiũ vel triſtitiã in ſenſu
experta cauſat dolorẽ Phs etiã in ſcđo ethy. loquit̃ pro
cul dubio de paſſionibꝫ aĩalibꝫ volens ꝙ ad oẽs paſſio
nes aĩe ſeqtur gaudiũ ⁊ triſtitia Cuius ratio eſt. qr inter
oẽs paſſiones ꝯcupiſcibilis potentie gaudiũ ⁊ triſtitia
que cauſant̃ ex ꝯſecutione ꝯuenientis vel nociui. vltimũ
locũ tenẽt. Omes aũt paſſiones iraſcibilis ad paſſiones
cõcupiſcibilis terminãtur vt in queſtione de ſenſualitate
dictũ eſt. vñ reſtat ꝙ oẽs paſſiones aĩe ad gaudiũ termi
nãtur. ſm aũt neutrũ intellectũ ſequitur ꝙ paſſiones ſint
in apprehenſiua. quia paſſio corporalis eſt in ipſa natura
corporis Paſſiones aũt animales alie ſunt in eadem pte
appetitiua in qua gaudiũ et triſtitia. ſed tamen quãtum
ad priores actus eius. Si aũt in actibꝫ appetitiue ordo nõ
eſſet. ſequeretur ex verbis phi ꝙ paſſiones animales nõ
eſſent in appetitiua vbi eſt gaudium ⁊ triſtitia. ſed in ap
Ad .11. prehenſiua. ¶ Ad vndecimũ dicendũ. ꝙ neqꝫ ſenſus ne
ꝙ alia vis apprehenſiua mouet immediate. ſed ſolum me
diante appetitiua. ⁊ ideo ad opationẽ virtutis ſenſitiue
apprehenſiue non immutatur corpus quantũ ad diſpoſi
tiones naturales niſi ſuperueniat mot⁹ appetitiue quẽ ſta
tim ſeqtur trãſmutatio corporis diſponentis ſe ad obedi
endũ. vñ ꝗuis vis ſenſitiua apprehenſiua immutetur ſi-
mul cũ organo corporali nõ tamẽ ẽ ibi paſſio ꝓprie loquẽ-
do. qr in opatione ſenſus nõ tranſmutatur organum cor
porale ꝑ ſe loquẽdo. niſi ſpirituali immutatione ſcđm ꝙ
ſpecies ſenſibiliũ recipiũtur in organis ſentiendi ſine ma
teria. vt dicit̃ in. ij. de aĩa ¶ Ad. xij. dicendũ. ꝙ ꝗuis in ꝑ Ad 12
te intellectiua aliquid abijciatur ⁊ aliqđ recipiatur. hoc
tũ nõ cõtingit ꝑ viam tranſmutationis. vt cõtinue rece-
ptio ⁊ abiectio fiat. ſed hoc eſt ꝑ ſimplicẽ influxũ quãtũ
ad habitus infuſos in inſtãti. immediate eñ infunditur
gratia ꝑ quã expellitur culpa. alteratio quidẽ q̃ fit de vi-
cio in virtutẽ vel de ignorãtia ad ſcientiã. attingit ad par
tem intellectiuã per accidẽs ꝑ ſe exiſtẽte tranſmutatione
in pte ſenſitiua. vt patet in. vij. ethy. Ex hoc eñ ꝙ fit ali-
qua tranſmutatio circa partem ſenſitiuã ſubito reſultat
aliqua perfectio in pte intellectiua vt ſic id qđ fit in par-
te intellectiua ſit ſicut termin⁹ trãſmutationis in pte ſen
ſitiua exiſtentis. ſicut illuminatio eſt terminus mot⁹ lo
calis. ⁊ generatio ſimiliter alterationis. ⁊ hoc intelligen-
dum eſt quãtũ ad habitus acquiſitos ¶ Ad. xiij. dicen Ad 13
dum. ꝙ ex aliquo apprehenſo ꝑ intellectũ poteſt ſeq̃ paſ-
ſio in appetitu inferiori dupliciter. vno mõ inquãtum id
qđ intelligitur vniuerſaliter ꝑ intellectum format̃ in ima
ginatione pticulariter. ⁊ ſic mouetur inferior appetitus
ſicut cũ intellectus credẽtis accipit intellectualiter futu-
ras penas. ⁊ eaꝝ fantaſmata format imaginãdo ignem
vrentem ⁊ vermẽ rodentẽ. ⁊ alia huiuſmodi. ex quo ſeq̃-
tur paſſio timoris in appetitu ſenſitiuo. Alio modo in-
quantũ ex apprehenſione intellectus mouetur appetit⁹
ſuperior ex quo per quandã redũdantiam vel imperiũ
etiam appetitus inferior ꝯmouetur ¶ Ad. xiiij. dicendũ Ad 14
ꝙ ſpes q̃ in anima ſeparata manet. non eſt paſſio. ſed vel
habitus vel voluñtatis actus vt ex predictis patꝫ ¶ Ad Ad 15
xv. dicendũ. ꝙ ex beatificatione vel pfectione imaginis ni
hil aliud haberi poteſt ꝗ̃ ꝙ in pte intellectiua ſit paſſio
ſm ꝙ omnis receptio paſſio dicitur. ¶ Ad. xvi. dicẽdũ Ad 16
ꝙ paſſio dicitur eſſe motus ex alio recepto in aliud rece-
ptum. nõ aũt ex alio operato in aliud operatũ. ſic aũt in
intellectu ẽ motus ex alio in aliud. ¶ Ad. xvij. dicendũ. Ad 17
ꝙ intelligere ẽ pati ꝯmuniter loquendo de paſſione pro
ut oĩs receptio paſſio eſt. ¶ Ad. xviij. dicẽdũ. ꝙ paſſio Ad 18
illa de qua loqtur Dyoniſ. nihil aliud ẽ ꝗ̃ affectio ad di-
uina q̃ habet magis rationẽ paſſionis ꝗ̃ ſimplex appre-
henſio vt ex dictis patꝫ. ex ipſa eñ diuinoꝝ affectione ꝓ
uenit manifeſtatio eorũdem. ſcđm illud Jo. xiiij. Si qs
diligit me diliget̃ a patre meo ⁊ ego diligam eũ ⁊ mani-
feſtabo ei meipſũ. ¶ Ad. xix. dđm. ꝙ paſſio nõ dicitur Ad 19
eſſe in aĩa quaſi aĩa trãſmutet̃. ſꝫ quia per eam tranſmuta
tur corpus.

## Quarto querit̃. ſcđm

quid attẽdat̃ ꝯtrarietas ⁊ diuerſitas inter aĩe
paſſiones ¶ Et videt̃ ꝙ nõ ſm bonũ ⁊ malũ. Audacia .1.
eñ timori opponit̃. vtraqꝫ vero paſſio ẽ reſpectu mali. qr
hoc qđ timor fugit audacia aggredit̃. ergo contrarietas
paſſionũ nõ ẽ ſcđm bonũ ⁊ malũ ¶ Pre. Spes deſpera .2.

tioni opponit̄. vtrūqꝫ vero ē reſpectu boni. qđ eñ ſpes cō
ſequi expectat. deſperatio aūt de ꝯſecutione diffidit. ḡ con
3 trarietas paſſionū nō ē ſm̄ bonū ⁊ malū ¶ Pre. Dam.
in. ij. li. ⁊ Grego. niceñ. diſtinguūt paſſiones aīe ꝑ preſens
et futuꝝ ⁊ ꝑ bonū ⁊ malū. vt de bono futuro ſit ſpes vł
deſideriū. de pñti bono voluptas ſiue delectatio ſiue leti
cia. de malo futuro timoꝛ. de preſenti triſticia. ſꝫ preſens
et futuꝝ ꝑ accidēs ſe hñt ad bonū ⁊ malū. ergo differē
tia paſſionū anime ꝑ ſe nō attendit̄ ſm̄ bonum ⁊ malum
4 ¶ Pre. Aug⁹. xiiij. de ci. dei. diſtinguit inter triſticiam et
doloꝛē. ꝙ triſticia ē aīe. doloꝛ vero coꝛpoꝝ. qđ iteꝝ ad ra/
5 tionē boni vel mali nō ꝑtinet. ḡ idē qđ prius ¶ Pre. Ex
ultatio gaudiū leticia ⁊ triſticia iocūditas ⁊ hilaritas dif
ferentiā quandā hñt. alias duo iſtoꝝ inutilit̄ ꝯiungerē
tur vt patet Jſa. xxxv. gaudiū ⁊ leticiā obtinebūt. cū er/
go oīa iſta reſpectu boni dicātur videt̄ ꝙ bonū ⁊ maluꝫ
6 paſſiones aīe nō diuerſificēt ¶ Pre. Dam. in. ij. li. diſtin
guit q̄ttuoꝛ ſpecies triſticie q̄ ſūt accidia. achos. inuidia.
miſericoꝛdia. preter quas ē etiā penitētia. q̄ oīa reſpectu
7 mali dicūtur. ḡ idē qđ pri⁹. ¶ Pre. Dam. ibi diſtinguit
ſex ſpēs timoris. ſcꝫ ſegniciē. erubeſcētiā. verecundiā. ad
mirationē. ſtupoꝛē. ⁊ agoniā. q̄ iteꝝ ad ꝓdictā differētiā
8 nō ꝑtinēt. ergo idē qđ prius ¶ Pre. Dyoniſ. iiij. c. de di
no. zelū amori ꝯnumerat quoꝝ vtrūqꝫ ē paſſio reſpectu
boni. ⁊ ſic idem quod prius.

Contra

¶ Sed ꝯtra ē ꝙ actus diſtinguit̄ ꝑ obiecta. paſſiōes
aūt aīe ſunt actus appetitiue virtutis. cuius obiectuꝫ eſt
bonū ⁊ malū. ḡ paſſiones aīe ꝑ bonū et malū diſtinguū
tur. ¶ Pre. Scđm phm in. ij. ethy. Paſſiones aīe ſūt ad
quas ſequitur gaudiū ⁊ triſticia. ſed gaudiuꝫ et triſticia di/
ſtinguūtur ſm̄ bonū et malum. ergo bonū et malū diſtin
guūt anime paſſiones.

¶ R̃o. — Jn paſſionib⁹ anime ē triplex diſtinctio

¶ Reſponſio dicendū. ꝙ in paſſionib⁹ anime triplex di
ſtinctio inuenit̄. Prima q̄dem eſt qua differunt quaſi ge
nere. vtpote ad diuerſas aīe potentias pertinentes. ſicut
diſtinguūtur paſſiones ꝯcupiſcibilis a paſſionib⁹ iraſci/
bilis. Ratio aūt hui⁹ diſtinctionis paſſionū ſumitur ex
ipſa ratione diſtinguēdi potētias. Cū eñ ſupra dictū ſit
in queſtione de ſenſualitate ꝙ obiectū ꝯcupiſcibilis ē de
lectabile ſm̄ ſenſuꝫ. iraſcibilis vero aliq̄d arduū vel ali/
quid altū. Jlle paſſiones ad ꝯcupiſcibilē ꝑtinent in qui/
bus importat̄ oꝛdo ad delectabile ſenſus abſolute. vł ad
eius contrariū. Jlle vero ad iraſcibilē q̄ oꝛdinātur ad ali
quid arduū circa hmōi. Et ſic apparet differētia inter de
ſideriū ⁊ ſpem. nā deſideriū dicit̄ ſm̄ ꝙ appetitus mouet̄
in aliquid delectabile. ſpes aūt dicit quandā eleuationeꝫ
appetitus in aliqđ bonū qđ exiſtimat̄ arduū vel difficile
et ſimiliter de alijs. ¶ Scđa vero diſtinctio eſt q̄ diſtin
guūtur quaſi ſpecie paſſiones in eadē potētia exiſtētes.
Que q̄dē diſtinctio in paſſionib⁹ cōcupiſcibilis ſm̄ duo
attēditur. vno mō ſm̄ ꝯtrarietatē obiectoꝝ. ⁊ ſic diſtin/
guit̄ gaudiū qđ ē reſpectu boni. ⁊ triſticia que ē reſpectu
mali. Alio mō ſm̄ ꝙ ad ideꝫ obiectū vis ꝯcupiſcibilis di
uerſimode oꝛdinat̄ ſm̄ diuerſos gradus ꝯſideratos in ꝓ
ceſſu appetitiui motus. Jpſuꝫ eñ delectabile ꝑmo appe/
tenti ꝯiūgitur aīaliter. ſm̄ ꝙ apprehenditur vt ſimile vel
conueniēs. ⁊ ex hoc ſequitur paſſio amoris. q̄ nihil aliud ē
ꝗ informatio quedam appetitus ab ipſo appetibili. vnde
amoꝛ dicitur eſſe quedam vnio amātis ⁊ amati. id aūt qđ
ſic aliqualiter ꝯiunctū eſt vlterius querit̄ vt realiter con
iungatur. vt amās ſcꝫ ꝑfruatur amato. ⁊ ſic naſcitur paſ
ſio deſiderij. quod quidē dū adeptū fuerit in re. generat
gaudiū. Sic ergo primū qđ eſt in motu ꝯcupiſcibilis eſt
amoꝛ. ſcđm deſideriū ⁊ vltimū eſt gaudiū. Et ꝑ contra/
rium iſtis ſunt accipiēde paſſiones q̄ oꝛdinātur in malū
vt odiū contra amoꝛē. fuga ꝯtra deſideriū. triſticia ꝯtra
gaudiū. Paſſiones vero iraſcibilis. vt in alia queſtione
dictum eſt. oꝛiūtur ex paſſionib⁹ ꝯcupiſcibilis ⁊ terminā
tur ad eas. ⁊ ideo in eis inuenitur diſtinctio aliqua con
formis diſtinctioni cōcupiſcibilis. ⁊ vlterius eſt in eis di
ſtinctio ꝓpria ſm̄ rationē ꝓprij obiecti. Ex parte quidem
cōcupiſcibilis eſt diſtinctio qua diſtinguitur ꝑ bonuꝫ et
malum. vel ꝑ delectabile ⁊ contrariū. ⁊ iteꝝ ſm̄ habituꝫ
realiter ⁊ nō habitū realiter. Sed ꝓpria diſtinctio iraſci/
bilis eſt vt paſſiones eius diſtinguātur ſm̄ excedens fa
cultatem appetentis ⁊ nō excedens. ⁊ hoc ſm̄ eſtimatio
nem. iſta eñ videtur diſtinguere arduū ſicut differentie
per ſe ¶ Poteſt ergo paſſio in iraſcibili exiſtens vel reſpe
ctu boni eſſe vel reſpectu mali eſſe. ſi reſpectu boni vł ha
biti vel non habiti. reſpectu boni habiti nulla paſſio pōt
eſſe in iraſcibili. quia bonū ex quo iam poſſidetur nullaꝫ
difficultatem ingerit poſſidenti. vñ non ſaluatur ibi ra/
tio ardui. Reſpectu aūt boni nondū habiti in quo ratio
ardui ſaluari poteſt ꝓpter difficultatem ꝯſequendi. ſiq̄/
dem illud bonū eſtimatur vt excedēs facultatem facit de
ſperationē. ſi vero nō vt excedēs facit ſpem. Si vero con
ſideretur motus iraſcibilis in malum hoc erit dupliciter.
vel in malum nondū habitū qđ quidē eſtimatur vt ardu
um inquantū difficile eſt vitari. vel iam habitū ſiue cōiun
ctum qđ iterū rationē ardui habet inquantū eſtimat̄ dif/
ficile repelli. Si aūt reſpectu mali nondū preſentis ſiqui
dem illud malū eſtimatur vt excedēs facultatē facit paſ
ſionem timoris. ſi aūt nō vt excedens ſic facit paſſionem
audacie. Si aūt malū ſit preſens. aut eſtimatur vt nō ex/
cedens facultatē. ⁊ ſic facit paſſionē ire. aut excedēs ⁊ ſic
nullam facit paſſionē in iraſcibili. ſed in ſola concupiſcibi
li manet paſſio triſticie. Jſta ergo diſtinctio q̄ accipitur
ſcđm diuerſos gradus acceptos in motu appetitiuo nō
eſt cauſa alicui⁹ ꝯtrarietatis. quia huiuſmodi paſſiones
differunt ſicut perfectū ⁊ imꝑfectū. vt patet in deſiderio
et gaudio. ſed diſtinctio que eſt ſm̄ ꝯtrarietateꝫ obiecti
facit ꝓprie in paſſionibus contrarietatem. vnde in concu
piſcibili paſſiones ꝯtrarie accipiūtur ſm̄ bonū et malum
vt gaudium ⁊ triſticia amoꝛ ⁊ odium. Jn iraſcibili vero
poteſt accipi dupliciter ꝯtrarietas. vna ſm̄ diſtinctioneꝫ
ꝓprij obiecti. alia ſm̄ excedēs facultatem ⁊ nō excedens
et ſic ſunt cōtraria ſpes ⁊ deſperatio. audacia ⁊ timoꝛ. et
hec ꝯtrarietas eſt magis ꝓpria. Alia vero eſt ſm̄ differē
tiam obiecti ꝯcupiſcibilis id eſt ſm̄ bonuꝫ ⁊ malum per
quē modū ſpes ⁊ timoꝛ ꝯtrarietatem habere videntur.
Jra vero neutro modo poteſt habere paſſionē contrariā
neqꝫ ſm̄ cōtrarietatē boni ⁊ mali. quia reſpectu boni ꝑ/
ſentis non ē aliqua paſſio in iraſcibili. Similiter neqꝫ ſm̄
contrarietatem excedentis facultatē ⁊ non excedētis. q2
malum facultatem excedens nullam paſſionē in iraſcibi
li facit vt dictum eſt. vnde inter ceteras paſſiones ira ha
bet hoc ꝓprium. quia ei nihil eſt contrariū. ¶ Tertia ve
ro differentia paſſionū anime eſt quaſi accidentalis. que
quidem dupliciter accidit. vno modo ſm̄ intenſionem ⁊
remiſſionem. ſicut zelus importat intēſionem amoris. fu
roꝛ intēſionē ire. Alio mō ſm̄ differētias materiales bo
ni vel mali. ſicut differūt miſericoꝛdia ⁊ inuidia que ſunt
ſpecies triſticie. Nam inuidia eſt triſticia de ꝓſperitate
aliena inquantū eſtimatur vt malum propriū. Miſeri

Oꝛdo paſ/ſionū vis cō/cupiſcibilis.

Sufficiētia paſſionū iraſcibilis.

cordia vero eſt triſtitia de aduerſitate aliena inquantum
eſtimatur vt malum propriũ. ⁊ ſic eſt etiam in alijs qui‑
buſdam conſiderare.
Ad .1. ¶ Ad primũ ergo dicendũ. ꝙ iraſcibilis obiectuȝ nõ
eſt bonũ ⁊ malum abſolute. ſed addita circunſtantia ar‑
duitatis. vnde non ſolum in eoꝝ paſſionibus eſt contra
Ad 2 rietas per bonũ ⁊ malum. ſed per differentias que diſtin
Ad 3 guunt arduum. tam in bono ꝗ̃ in malo. ¶ Et per hoc
patet ſolutio ad ſecũdum. ¶ Ad tertiũ dicendum. ꝙ pre
ſens ⁊ futurũ accipiũtur vt differentie ad diſtinguẽdum
anime paſſiones. ſm̃ ꝙ futuꝝ eſt nondũ realiter coniun‑
ctum. preſens vero eſt iam coniũctum. perfectior vero ē
motus appetitus in id quod eſt realiter coniũctum ꝗ̃ in
id quod eſt realiter diſtans. vnde futurũ ⁊ preſens licet
faciant aliquã diſtinctionẽ paſſionũ. nullam tamẽ cõtra‑
rietatem faciunt. ſicut nec perfectũ ⁊ imꝑfectum. ¶ Ad
Ad 4 quartum dicẽdum. ꝙ dolor ſm̃ ꝙ ꝓprie accipitur non de
bet cõputari inter anime paſſiones. quia nihil habet ex ꝑ
te anime niſi apprehenſionẽ tantũ. Eſt eñ dolor ſenſus le
ſionis que quidem leſio eſt ex parte corporis. ⁊ ideo Au
guſtin⁹ ibidẽ dicit. ꝙ tractando de paſſionib⁹ anime ma
luit vti nomine triſtitie ꝗ̃ doloris. triſtitia eñ ꝑficitur in
Ad 5 appetitiua. vt ex dictis patet. ¶ Ad quintũ dicendũ. ꝙ
delectatio ⁊ gaudiũ eodem modo differũt ſicut triſtitia
et dolor. naȝ delectatio ſenſibilis habet ex parte corporis
coniunctionẽ ꝯuenientis. ex parte vero anime ſenſum illi⁹
conuenientie. ⁊ ſimiliter delectatio ſpiritualis habet quã
dam realem ꝯiunctionẽ conuenientis cũ conueniẽti et ꝑce
Delecta‑tio eſt ptionem illius coniũctionis. Unde Plato diffiniẽs de
lectationẽ ſenſibilem dicit. ꝙ delectatio eſt ſenſibilis ge‑
neratio in naturam. Areſto. vero diffiniens delectatio‑
nem dicit. ꝙ delectatio ē naturalis habitus operatio nõ
impedita. ipſa eñ operatio ꝯueniẽs eſt illud conueniẽs
coniunctũ qđ delectationẽ precipue ſpiritualeȝ facit. Et
ſic delectatio vtrobiqȝ incipit a coniũctione reali ⁊ perfi‑
citur in eius apprehẽſione. gaudiũ vero incipit in appre‑
henſione ⁊ terminaꝛ in affectu. vñ delectatio eſt interdũ
cauſa gaudij. ſicut dolor triſtitie. Gaudiũ vero ⁊ triſti‑
tia a ceteris differũt accidẽtaliter ſm̃ intenſionẽ ⁊ remiſ
ſionem. nam alia dicit quandã gaudij intenſionẽ. q̃ qui‑
dem intenſio attẽditur vel ſm̃ interiorem diſpoſitionem
et ſic eſt leticia q̃ importat interiorẽ cordis dilatationem
dicitur eñ leticia quaſi laticia. vel ſm̃ ꝙ intenſio gaudij
interioris ꝓrumpit in quedã exteriora ſigna. ⁊ ſic eſt ex
ultatio. Dicit eñ exultatio ex hoc ꝙ gaudiũ interius q̃‑
dammodo exterius exilit. q̃ quidem exilitio attẽditur vł
ſm̃ immutationẽ vultus q̃ primo apparent affectus in‑
dicia ꝓpter ꝓpinquitatẽ eius ad vim imaginatiuã. et ſic ē
hilaritas. vel ſcḋm ꝙ ex intẽſione interioris gaudij diſpo
Ad 6 nitur ꝑ verba ⁊ facta. ⁊ ſic ē iocũditas. ¶ Ad. vi. dḋm. ꝙ
ſpecies triſtitie q̃s Dam. ponit ſunt q̃dã modi triſtitie
addẽtes ſuꝑ triſtitiã quaſdã differẽtias accidẽtales. vel
ſm̃ intẽſionẽ mot⁹. ⁊ ſic ſm̃ ꝙ iſta intẽſio cõſiſtit in inte
riori diſpoſitiõne dicit accidia q̃ eſt triſtitia aggrauãs ſcȝ
cor ne aliq̃d libeat agere. vel ſcḋm ꝙ ꝓgrediꝛ ad exterio‑
rem diſpoſitionẽ. ⁊ ſic ē athos q̃ eſt triſtitia vocẽ auferẽs
Ex pte vero obiecti ſcḋm ꝙ illud qđ in alio ē reputatur
vt ꝓpriũ malum. et ſi quidẽ bonũ alterius reputeꝛ vt pro
prium malũ. erit inuidia. ſi aũt malũ alterius ꝓprium ma
lum reputetur. erit miſericordia. penitentia vero non ad
dit ſuꝑ triſtitiam generalem aliquã ſpecialẽ rationẽ. cum
ſit abſolute de malo proprio. ⁊ ideo a Dam. ꝑtermittitur

Poſſunt tamẽ multi modi triſtitie aſſignari ſi conſiderẽ‑
tur oĩa q̃ accidẽtaliter ſe habẽt ad malũ qđ triſtitiã facit.
¶ Ad. vij. dḋm. ꝙ cũ timor ſit quedam paſſio ex nociuo Ad 7
apprehẽſo vt excedẽte facultatẽ proueniẽs. diuerſificabũ
tur modi timoris ſm̃ differentiã taliũ nociuoꝝ. Quod
quidẽ tripliciter poteſt referri ad appetentẽ. vno modo re
ſpectu ꝓprie oꝑationis. ⁊ ſic inquantũ ꝓpria actio timeꝛ
vt laborioſa ē ſegnicies Inquantũ vero timeꝛ vt turpis
eſt verecundia q̃ eſt timor in turpi actu. ¶ Scḋo mõ re
ſpectu ꝯgnitionis prout aliqđ ꝯgnoſcibile apprehendiꝛ
vt omnino excedẽs cognitionẽ. ⁊ ſic eius cõſideratio ap
prehẽditur vt ſuꝑuacua ⁊ ſic vt nociua. Qꝫ aũt excedit
cognitionẽ cõtingit vel ꝓpter eius magnitudinẽ. ⁊ ſic eſt
ammiratio q̃ ē timor ex magna imaginatione. vel ꝓpt ei⁹
inconſuetudinem ⁊ ſic eſt ſtupor q̃ eſt timor ex inaſſueta
imaginatiõe ſꝫ Dam. ¶ Tertio reſpectu paſſiõis q̃ ē ab
alio. q̃ quidem paſſio timeri põt vel rõne turpitudinis ⁊
ſic ē erubeſcentia q̃ eſt timor in expectatione conuicij. vel
rõne leſionis. ⁊ ſic ē agonia ꝑ quã homo timet ne in aliq̃
infortunia incidat ¶ Ad octauũ dicendũ. ꝙ zelus addit Ad 8
ſupra amorẽ quandã intenſioneȝ. eſt eñ amor vehemẽs
non patiens conſortium aliquod in amato.

## Quinto queriꝛ. vtruȝ

ſpes timor gaudiũ ⁊ triſtitia ſint q̃ttuor princi
pales paſſiones. ¶ Et videꝛ ꝙ non. quia Aug⁹. xiiij. de
ci. dei enumerãs q̃ttuor principales paſſiones ponit cu‑ 1
piditatẽ loco ſpei. qđ etiam ex verbis Uirgilij accipi vi‑
detur q̃ has principales paſſiones deſignãs dixit. Hinc
homines cupiũt metuũt gaudentqȝ dolentqȝ ¶ Prete. 2
Quanto aliq̃d eſt ꝑfectius. tanto ꝑncipalius eſſe videꝛ
ſed motus audacie eſt ꝑfectior ꝗ̃ motus ſpei. vtpote cũ
maiori intenſione in ſuũ obiectum tendẽs. ergo audacia
eſt magis ꝑncipalis paſſio ꝗ̃ ſpes. ¶ Pre. Unũquodqȝ
denominatur a ꝑncipaliori. ſed vis iraſcibilis ab ira de‑ 3
nominatur. ergo ira debet cõputari inter ꝑncipales paſ‑
ſiones ¶ Pre. Sicut in iraſcibili ē paſſio reſpectu futuri. 4
ita ⁊ in cõcupiſcibili. ſed paſſio que ē in concupiſcibili re
ſpectu futuri. ſcȝ deſideriuȝ. nõ ponitur paſſio ꝑncipalis
ergo nec timor ⁊ ſpes q̃ ſilr̃ ſunt in iraſcibili reſpectu fu‑
turi ¶ Pre. Principale dicitur illud qđ inter reliqua pri
us exiſtit. principari eñ ſcḋm Grego. ē inter aliq̃s priorẽ 5
eſſe. ſed inter reliquas paſſiones amor ē prior. ex amore
eñ oĩes alie paſſiones naſcũtur. ergo amor deberet po‑
ni paſſio ꝑncipalis. ¶ Pre. Ille paſſiones videntur eſſe 6
ꝑncipales a quib⁹ alie dependent. ſed a gaudio ⁊ triſtitia
alie videntur depẽdere. nam paſſio anime ē quã ſequitur
gaudiũ ⁊ triſtitia ſm̃ phm̃ in. ij. eth. ergo he due paſſio‑
nes tãtũ. ſcȝ gaudiũ ⁊ triſtitia ſunt ꝑncipales paſſiones
tantũ ¶ Sed diceres. ꝙ gaudiũ ⁊ leticia ſunt ꝑncipales Solo
in concupiſcibili. ſpes aũt ⁊ timor ſunt principales in ira
ſcibili. ¶ Sed contra eſt quod dicitur in libro de ſpiritu ⁊ 7
anima. de ꝯcupiſcibilitate gaudium ⁊ ſpes. de iraſcibili‑
tate dolor ⁊ metus oriũtur. ¶ Pre. Scḋm ꝓprietatem 8
iraſcibilis potẽtie ſpes deſperationi opponiꝛ ⁊ timor au‑
dacie. ſꝫ ex pte ꝯcupiſcibilis ponũtur due paſſiones ꝑin‑
cipales ꝯtrarie ſcḋm ꝓprietatẽ ꝯcupiſcibilis. ſcȝ gaudiuȝ
et triſtitia. ergo ⁊ ex pte iraſcibilis deberẽt poni principa
les vel ſpes ⁊ deſperatio vel timor ⁊ audacia
¶ Sed ꝯtra ē qđ diciꝛ in li. de ſpiritu ⁊ aĩa. Affect⁹ qui Cõtra

dem partitus eē dinoſcit̄. dū de eo qđ amamus iam gau
demus vel gaudendū ſperam⁹. ꝛ de eo qđ odimus iam
dolemus vel dolendū metuim⁹. ergo he ſunt q̄ttuoꝛ ṗn
cipales paſſiones gaudiū doloꝛ ſiue triſtitia ſpes ꝛ amoꝛ
¶ Pre. Boe. ṗncipales paſſiões dicit in. p⁰. de Conſol.
Gaudia pelle. pelle timoꝛē. ſpēqꝫ fugato. nec doloꝛ aſſit
et ſic idem quod prius.

R̄ſ⁰. ¶ Reſpoſio dicendū. ꝙ q̄ttuoꝛ ſunt ṗncipales anime
paſſiones. ſcꝫ triſtitia gaudiū ſpes ꝛ timoꝛ. Cuius ratio
eſt. qꝛ ṗncipales paſſiones dicūtur. qꝛ alijs prioꝛes ſunt
et oꝛigo eaꝝ. cū autē paſſiones aīe ſint in parte appetiti/
ua ſenſitiua. ille paſſiones ṗoꝛes erūt que immediate ex
obiecto appetitiue oꝛiūtur. qđ quidē obiectum eſt bonū
et malū. he aūt ſunt quaſi ſcđarie q̄ mediātibus alijs oꝛi
untur ¶ Ad hoc aūt ꝙ aliqua paſſio imediate oꝛiaẗ ex
bono vel malo requirūtur duo. Primū eſt vt ex bono ꝛ
malo ꝑ ſe oꝛiatur. qꝛ quod eſt ꝑ accidēs non poteſt eē pri
mū. Scđm aūt eſt vt illud nullo preſuppoſito oꝛiatur vt
ſit principalis paſſio. ꝓpter hec duo dicaẗ ꝙ neqꝫ per acci
dens neqꝫ ꝑ poſterius ꝓuenit ex obiecto quod tenet lo/
cum actiui. Ex bono aūt prouenit ꝑ ſe paſſio que ꝓcedit
ex bono ſcđm ꝙ bonū ē. per accidens vero ea que proue
niunt ex bono ſcđm ꝙ ē malū. ꝛ ecōtrario eſt intelligēdū
de malo. Bonū vero ſcđm ꝙ ē bonū allicit ꝛ ad ſe trahit
vñ ſi aliqua paſſio ſit appetitus tendētis in bonū. erit paſ
ſio ꝑ ſe conſequēs ex bono. ſed repellere appetitū eſt pro/
priū mali inquantū eſt maluꝫ. vnde ſi aliqua paſſio ſit re
ſpectu boni per quā refugiatur bonū. paſſio illa non erit
ex bono ꝑ ſe. ſed inquantū apprehēditur vt aliqualit̄ ma
lum. et ecōtrario intelligēdum eſt de malo ꝙ illa paſſio ꝑ
ſe ꝓuenit ex malo q̄ ꝯſiſtit in fuga mali. illa vero per acci
dens q̄ cōſiſtit in acceſſu ad malū. Patet igitur qualiter
aliq̄ paſſio ꝑ ſe ex bono et malo oꝛitur. Quia vero quāto
aliquid ē magis vltimū in ꝯſecutione finis tanto eſt pri
us in intētione ꝛ appetitu. ideo ille paſſiones nō preſup/
poſitis alijs ex bono vel malo oꝛiūtur q̄ ꝯſiſtunt in cōſe
cutione finis. ꝛ eis preſuppoſitis oꝛiūtur alie. Gaudium
vero ꝛ triſtitia ex ipſa cōſecutione boni vel mali ꝓueniūt
et per ſe. nam gaudiū ex bono ꝓuenit inquantū ē bonū.
et triſtitia ex malo inquantū eſt malū. ꝛ ſimiliter omnes
paſſiones alie ꝯcupiſcibilis ꝑ ſe ex bono vel malo ꝓueni
unt. quod ꝯtingit ex hoc ꝙ obiectū ꝯcupiſcibilis eſt bo/
nū vel malū ſm abſolutam rationē. ſed tamē alie paſſio/
nes ꝯcupiſcibilis p̄ſupponūt gaudiū ꝛ triſtitiā ꝑ moduꝫ
cauſe. Nā bonū cōcupiſcibile ideo efficiẗ amatū ꝛ deſide
ratū. qꝛ apprehēditur vt delectabile. malū vero odioſuꝫ
et fugiendū inquantū apprehēditur vt triſtabile. ꝛ ſic ſm
oꝛdinē appetendi gaudiū ꝛ triſtitia ſunt prioꝛa. q̄ꝰuis in
oꝛdine exequēdi vel ꝯſequēdi ſint poſterioꝛa. In iraſci/
bili vero nō oēs paſſiones ꝑ ſe ꝯſequūtur ex bono vł ma
lo. ſed quedā per ſe. quedā per accidēs. qđ cōtingit ex h̄
ꝙ bonū vel malū nō ſm abſolutā rationē ſunt obiectum
iraſcibilis. ſꝫ ſm ꝙ apponiẗ conditio arduitatis ſm quā
et bonū repudiaẗ vt excedēs facultatē ꝛ in malū tēditur
ꝓut eſt impoſſibile repelli vel ſubijci. nō aūt poteſt eē in
iraſcibili aliqua paſſio q̄ ex bono vel malo ꝯſequaẗ nul/
la alia preſuppoſita. Bonū aūt poſtq̄ꝫ habitū eſt. nullam
paſſionem in iraſcibili facit. vt ex predictis patet. Malū
vero preſens facit quidem paſſionē in iraſcibili. ſed nō ꝑ
ſe. ſed per accidens inquātum ſcꝫ in malū preſens q̄s ten
dit vt repellēdum vel ſubijciēdum. ſicut patet in ira. Sic
ergo patet ex dictis ꝙ quedā paſſiones ſunt q̄ primo ꝛ ꝑ
ſe ex bono et malo oꝛiūtur. vt gaudiū ꝛ triſtitia. Quedaꝫ
vero ꝑ ſe ſed non primo. ſicut alie paſſiones concupiſcibi
lis. ꝛ he due iraſcibilis timoꝛ ꝛ ſpes. quarū vna dicit fu/
gam mali. alia acceſſum ad bonū. Quedā vero nec per ſe
nec primo. ſicut alie que ſūt in iraſcibili. vt deſperatio au/
dacia ꝛ ira que dicūt acceſſum ad malū. vel receſſuꝫ a bo
no. Sic ergo ṗncipaliſſime paſſiones ſunt gaudiū ꝛ tri/
ſtitia. timoꝛ aūt ꝛ ſpes ſunt principales in ſuo genere. q̄a
non preſupponūt aliquas paſſiones in potentia in q̄ ſūt
ſcꝫ iraſcibili. Alie vero paſſiones ꝯcupiſcibilis vt amoꝛ
et deſiderium ꝛ odiū ꝛ fuga. etſi ſint ꝑ ſe ex malo vel bo/
no. non tamē ſunt prime in ſuo genere cū preſupponāt ali
as in eadem potentia exiſtentes. ꝛ ſic nō poſſunt dici ṗn
cipales neqꝫ ſimpliciter. neqꝫ in genere. Et ſic reſtat ꝙ ſo
le quattuoꝛ ſunt paſſiones principales gaudium ꝛ triſti
tia ſpes et timoꝛ.

¶ Ad primū ergo dicendū. ꝙ cupiditatē vel deſide/ Ad .1.
rium precedit alia paſſio in eadem potētia. ſcꝫ gaudium
qđ eſt ratio deſiderandi. vnde non poteſt eſſe principalis
paſſio. Spes aūt etſi preſupponat aliam paſſionem. non
tamen in eadem potentia exiſtentem. ſed in concupiſcibi
li. Omes nāqꝫ paſſiones iraſcibilis oꝛiūtur ex paſſionibꝰ
concupiſcibilis. vt in alia queſtione dictum eſt. vñ poteſt
eſſe paſſio principalis. Aug⁹. vero ponit deſiderium vel
cupiditatem loco ſpei. ꝓpter ſimilitudinē quandā que eſt
inter ea. nam vtraqꝫ paſſio eſt reſpectu boni nondū ha/
biti. ¶ Ad ſecūdum dicendū. ꝙ audacia non poteſt eſſe Ad 2
principalis paſſio. oꝛitur em̄ ex malo ꝑ accidēs. cum ſit
reſpectu mali per viam aggrediendi. audax em̄ aggre/
ditur malum inquantū eſtimat victoꝛiam vel repulſionē
mali eſſe quoddā bonū. ꝛ ex huius boni ſpe oꝛiẗ audacia.
Et ſic ſubtiliter conſiderando inuenitur ſpes eſſe auda
cia prioꝛ. nā ſpes victoꝛie vel ſaltem euaſionis audaciaꝫ
cauſat. ¶ Ad tertiū dicendū. ꝙ ira etiam oꝛitur ex malo Ad 3
per accidēs inquantū ſcꝫ iratus vindictaꝫ mali ſibi illati
eſtimat bonū. ꝛ in eam tendit. vnde ſpes vindicte conſe
quende ē cauſa ire. vñ cū aliquis leditur ab eo cui nō ſpe
rat vindictam poſſe inferre nō iraſcit̄. ſꝫ triſtaẗ ſolum vel
timet. vt Auicē. ponit. ſicut ſi ruſticꝰ ledaẗ a rege. ꝛ ideo
ira nō poteſt eſſe principalis paſſio. ſupponit em̄ non ſo/
lum triſtitiā que ē in ꝯcupiſcibili. ſꝫ etiā ſpem q̄ eſt in ira
ſcibili. Denominaẗ aūt iraſcibilis ab ira. qꝛ ē vltima paſ/
ſionū q̄ ſunt in iraſcibili. ¶ Ad. iiij. dđm. ꝙ paſſiones q̄ Ad 4
ſunt in concupiſcibili reſpectu futuri oꝛiūtur quodāmo/
do ex paſſionibus in eadem exiſtentibus reſpectu preſen
tis. ſed paſſiones que ſunt reſpectu futuri in iraſcibili nō
oꝛiūtur ex aliquibus paſſionibꝰ reſpectu preſentis in ea/
dem potentia exiſtētibus. ſed exiſtētibus in alia potētia.
ſcilicet ex gaudio ꝛ triſtitia. vnde non eſt ſimile. ¶ Ad. v Ad 5
dicendum. ꝙ in via exequēdi vel cōſequēdi amoꝛ eſt pri
ma paſſio. ſꝫ in via intentionis gaudiuꝫ eſt prius amoꝛe.
et eſt ratio amandi precipue ſm ꝙ amoꝛ eſt paſſio concu
piſcibilis. ¶ Ad ſextum dicendum. ꝙ gaudium et triſti Ad 6
tia inter alias principaliſſime cōputantur. vt dictum eſt
nihilominus tamen ſpes ꝛ timoꝛ in genere ſuo ſunt prin
cipales. vt ex dictis patet. ¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ Ad 7.
liber ille cum non ſit Aug⁹. non imponit neceſſitateꝫ no/
bis vt eius autoꝛitatem recipiamus. ꝛ precipue hoc vi/
detur expreſſam falſitatem continere. ſpes non eſt in con
cupiſcibili. ſed in iraſcibili. triſtitia vero non in iraſcibili
ſed in concupiſcibili. Si tamē opoꝛteat autoꝛitatē ſuſti
nere pōt dici ꝙ loq̄tur de potētijs iſtis ſm rōnē nominū

Concupiſcētia aūt eſt boni. ⁊ ex hac ratione ↄcupiſcibili
omnes paſſiones ordinare in bonū attribui poſſunt Ira
aūt eſt ex aliquo malo illato. vnde omnes paſſiones que
reſpectu mali ſunt iraſcibili attribui poſſunt. ⁊ ſm̄ h̄ at/
tribuitur iraſcibili triſtitia ⁊ concupiſcibili ſpes. ¶ Ad
Ad 8 octauū dicendū. ꝙ contrarietas que ē ꝓpria paſſionū
iraſcibilis. ſcȝ facultatem excedens ⁊ non excedens. fa/
cit alteram paſſionem per accidens oriri ex bono vel ma
lo. Excedens eīm facultatem inducit ad receſſum. nō ex
cedens autē inducit ad acceſſum. ⁊ ideo ſi ille differētie
conſiderētur in bono illa paſſio que ſequitur ex excedēte
facultatem per accidens ex bono prouenit. ſi autē circa
malum tunc illa erit per accidens que ſeqt̄ur id quod ē
facultatem non excedens. Unde in iraſcibili nō poſſunt
eſſe due principales paſſiones q̄ ſunt directe contrarie vt
ſpes ⁊ deſperatio. vel audacia ⁊ timor ſicut erat in concu
piſcibili gaudium ⁊ triſtitia

## Sexto queritur. vtrū

1 paſſionib9 mereamur. Et videtur ꝙ ſic Im
plendo eīm precepta meremur. ſed in diuinis preceptis in
ducimur ad gaudēdū timēdum ⁊ dolendum et alias hu
iuſmodi paſſiones vt Aug9. dicit. xiiij. de ciui. dei. ergo
2 paſſionibus meremur. ¶ Prete. Scd̄m Aug9. eodem
libro. huiuſmodi paſſiones anime nō ſunt ſine volunta/
te immo etiam nihil aliud ſunt q̄ꝫ voluntas. ſed in acti/
bus voluntatis mereri poſſumus nō ſolum materialiter
ſed etiam formaliter. ergo et huiuſmodi paſſionibus.
3 ¶ Pre. Paſſiones animales plus accedunt ad rationē
voluntarij q̄ꝫ corporales. quia paſſiones animales mo/
do aliquo ſunt in nobis inquātum cōcupiſcibilis ⁊ ira/
ſcibilis obediūt rationi. paſſiones autē corporales nō. ſed
paſſiones corporales ſunt meritorie. vt patet in martiri
bus qui paſſionib9 corporalib9 aureolam merētur. ergo
multo fortius paſſiones animales ſunt meritorie. ¶ Sȝ
Solutio diceres. ꝙ paſſiones corporales ſunt meritorie inquan/
4 tum ſunt volite. ¶ Sed contra. Uoluntas patiendi ꝓ
criſto poteſt eſſe ⁊ in eo qui nunq̄ꝫ patietur. qui tamē nō
habebit aureolam. ergo paſſio corporalis aureolam me
retur non ſolum ſcd̄m ꝙ eſt volita. ſed ſcd̄m ꝙ eſt actua
5 liter experta. ¶ Prete. Id ad cuius intētionem ſequi/
tur intentio premij eſt meritoriū per ſe ⁊ non ſolum ma/
terialiter. ſed ad intētionem paſſionis corporalis ſeq̄tur
intentio premij. quia quanto quis magis patitur. tanto
6 glorioſius coronabitur. vt dicitur. ergo paſſionib9 ſcd̄m
ſe meremur et non ſolum materialiter. ¶ Prete. Hugo
de ſancto victore dicit. ꝙ poſt voluntatem ſeq̄tur opus.
vt voluntas in ſuo opere augeatur. ⁊ ſic facit aliquid ad
meritum opus exterius. ſed ſimiliter in paſſione pōt vo
luntas augeri. ergo paſſio facit ad meritū. ⁊ ſic idem qꝺ
7 prius ¶ Pre. Cum meritū in volūtate conſiſtat oportet
ꝙ illud formaliter ⁊ completiue ad meritum ꝑtineat. in
quo volūtas formalit̄ ⁊ cōpletiue terminat̄. ſȝ paſſio in/
quantū eſt volita ē obiectū volūtatis ⁊ ſic volūtatē deter
minat q̄ſi formalit̄. ergo formaliter ad meritū ꝑtinet ipſa
8 paſſio. ¶ Pre. Aliq̄ cōfeſſores magis grauia ſuſtinuerūt
martirib9 aliq̄bus. vn̄ de eis dicit̄ ꝙ longū traxere marti
riū. cū paſſio quorundā martirꝫ ſit breui ſpacio t̄pis fini/
ta. ⁊ tamē ↄfeſſorib9 non debetur aureola. ⁊ ſic videtur ꝙ
illa paſſio corporalis martirꝫ ſm̄ ſe mereatur aureolam.

¶ Pre. Super illud Iacobi. ij. omne gaudiū exiſtimate 9
fratres mei. gloſa dicit. tribulatio in preſenti iuſtitiam ⁊
in futuro auget coronam. non aūt auget niſi merendo. er
go cū tribulatio ſit paſſio. paſſio meritoria eſt ¶ Prete. 10
Idem videtur ꝑ hoc qꝺ dicitur in pſal. precioſa ē in cō/
ſpectu domini mors ſanctorꝫ eius. dicitur aūt precioſa q̄
ſi precio digna. preciū aūt laboris ē premiū qꝺ laborib9
meremur. ergo paſſionib9 poſſumus mereri. ¶ Sed di Solutio
ceres. ꝙ paſſionib9 meremur inquantū volite. ¶ Sȝ cō
tra eſt qꝺ Lucia dixit. ſi me inuitam violaueris caſtitas
mihi duplicabitur ad coronā. q̄ ipſa paſſio corruptionis
quā inuita ſuſtinuiſſet. fuiſſet ei meritoria corone. ⁊ ſic ipſa
paſſio nō meret̄ ſolū q2 eſt volita. ¶ Pre. Difficultas 11
eſt de neceſſitate meriti. qꝺ patet ex hoc qꝺ dicit Magi
ſter in ſcd̄o ſententiarꝫ diſ. xxiiij. ꝙ homo in ſtatu innocē
cie nō merebatur. q2 nihil impellebat ad malum. nec ali/
quid retrahebat a bono. cum ergo paſſiones difficulta/
tem afferant videtur ꝙ per ſe ad meritū faciant. ¶ Pre. 13
Timor eſt quedam paſſio. eo aūt mereri poſſumus etiā
formaliter cum ſit in parte intellectiua. vt patet cū time/
mus ea que non niſi ꝑ intellectum cognoſcimus. ſicut pe
nas eternas. ergo paſſionib9 poſſumus mereri. ¶ Pre. 14
Premiū reſpondet merito. ſed premiū glorie non ſolum
erit in anima ſed in corpore. ergo ⁊ meritū conſiſtit nō ſo
lum in actione anime. ſed in paſſione corporis ¶ Prete. 15
Ubi eſt maior difficultas ibi eſt maior ratio meriti. ſed
maior difficultas ē circa paſſiones q̄ꝫ circa oꝑationes vo
luntatis. ergo paſſiones ſunt magis meritorie q̄ꝫ act9 vo
luntatis qui tamē formaliter ſunt meritorij ¶ Pre. Uir 16
tutibus formaliter meremur. ſed quedā paſſiones a ſan
ctis ponūtur virtutes vt miſericordia et penitētia. que
dam etiam ponūtur a philoſophis laudabiles ⁊ median
tes inter vicia extrema vt verecundia et nemeſis a pho
in ſcd̄o ethycorꝫ. ꝙ totū ad virtutem pertinet. ergo paſ
ſionibus meremur. ¶ Prete. Meritum et demeritū cū 17
ſint contraria in eodem ſunt. ſed in genere paſſionum in
uenitur demeritum. nam primi motus qui ſunt peccata
et tamen paſſiones quedam ſunt. ira etiā ⁊ inuidia ſunt
quedā paſſiones q̄ tamē vicia capitalia ponūtur. Apl̄s
etiam Roma. p̄mo. peccata contra naturam paſſiones
ignominie appellat. ergo ⁊ in paſſionibus meremur
¶ Sed contra. Nihil poteſt eſſe meritoriū niſi quod In ſtātie
eſt in nobis. q2 ſcd̄m Aug9. voluntas eſt qua peccatur ⁊ 1
recte viuitur. ſed paſſiones nō ſunt in nobis. quia vt di/
cit Aug9. xiiij. de ci. dei. paſſionib9 inuiti cedimus. ergo
paſſionib9 nō meremur. ¶ Pre. Illud qꝺ eſt preambu/ 2
lum ad voluntatē non poteſt eſſe meritoriū. cū meritori
um ex voluntate dependeat. ſed paſſiones aīe precedunt
actus volūtatis cū ſint in p̄te ſenſitiua. actus eīm volūta
tis in parte intellectiua. intellectiua vero pars a ſenſitiua
accipit. ergo paſſiones anime non poſſunt eſſe meritorie.
¶ Pre. Omē meritū ē laudabile. ſed paſſionib9 neq̄ꝫ lau 3
damur neq̄ꝫ vituperamur ſm̄ phm̄ in. ij. eth. q̄ paſſioni/
bus nō meremur. ¶ Pre. In xp̄o fuit maior efficacia ad 4
merēdū q̄ꝫ in nobis. ſȝ xp̄s ſua paſſione nō meruit. ergo
nec paſſionib9 meremur. Probatio medie. Mereri ē de
nō ſuo ſuū facere. vel de min9 ſuo facere magis ſuū. ſȝ xp̄s
non potuit facere de non ſuo ſuum. quia a primo inſtanti
ſue conceptionis ſibi perfectiſſime debebat̄ quicq̄d cadit Solu
ſub merito. ergo criſtus paſſione nō meruit ¶ Sȝ dices. 5
ꝙ meruit faciendo de ſuo vno mō pluribus modis ¶ Sȝ
cōtra. Duplex vinculum facit maiorē obligationē. ergo

ſimiliter et duplex ratio debiti facit magis debitum. ſi er
go criſtus non potuit facere aliquid ſibi magis debitū
nec etiam potuit facere aliq̄d pluribus modis debitum
6 ¶ P̄re. Difficultas volūtariū diminuit. cū ergo meritū
debeat eſſe voluntariū videtur ꝙ difficultas meritum di
minuat. ſed paſſiones difficultatē faciūt. ergo diminuūt
meritū magis q̄ aliquid ad meritū operātur.
R̄ſo. ¶ Reſponſio dicendū. ꝙ paſſionibꝫ non meremur ꝑ ſe.
ſed quaſi per accidens ſi ꝓprie accipiatur mereri. Cū em̄
mereri reſpectu mercedis dicatur. ꝓprie mereri eſt aliq̄d
ſibi acquirere ꝓ mercede, q̄d quidē non fit niſi cum aliq̄d
damus quod eſt condignū ei quod mereri dicimur. Da
re aūt nō poſſumus niſi q̄d noſtꝝ eſt cuiꝰ domini ſumꝰ
Sumus aūt domini noſtroꝝ actuū ꝑ voluntatē. non ſo
lum illoꝝ qui immediate ex volūtate eliciūtur. vt dilige
re et velle. ſed eoꝝ etiam qui a voluntate imperātur
per aliquas alias potentias eliciti. vt ambulare loqui et
huiuſmodi. Iſti aūt actus nō ſunt cōdigni quaſi preciū
reſpectu vite eterne niſi ſm̄ ꝙ ſūt gratia ⁊ charitate infor
mati. Vñ ad hoc ꝙ aliquis actus ſit per ſe meritorius
oportet ꝙ ſit actus volūtatis vel imperātis vel elicien-
tis. ⁊ iteꝝ. ꝙ ſit charitate informatus. q2 ꝑncipiū actus
eſt et habitus ⁊ potētia. ⁊ etiā ipſum obiectū. ideo quaſi
ſcd̄ario dicimur mereri ⁊ habitibꝫ ⁊ potentijs et obiectꝭ
ſed illud q̄d ꝑ ſe ⁊ ꝑmo ē meritoriū eſt volūtarius actꝰ.
paſſiones aūt non ſunt volūtatis nec vt imperantis nec
vt elicientis. Paſſionū aūt principiū inquātū huiuſmodi
nō eſt in nobis. voluntaria aūt dicūtur aliq̄ ex hoc ꝙ in
nobis ſunt. vnde ⁊ paſſiones interdū actū voluntatis ꝑ
ueniunt. ⁊ ideo ꝑ ſe paſſionibꝫ nō meremur. ſ3 tn̄ ſm̄ ꝙ
aliquo modo cōcomitātur voluntatē. aliquo modo ſe ha
bent ad meritum vt ſic poſſint dici meritorie quaſi ꝑ acci
Paſſio tri- dens. Habet aūt ſe paſſio ad voluntatē triplicıter. vno
pliciter ſe modo vt volūtatis obiectum. ⁊ ſic paſſiones dicunt̄ me
h3 ad vo- ritorie inquantū ſunt volite vel amate. illud em̄ quo per
luntatem ſe meremur ſm̄ hoc non erit ipſa paſſio. ſed paſſionis vo
luntas. Scd̄o modo prout paſſio aliqua excitat volūta
tem vel intendit eam. Quod dupliciter accidere pōt vel
per ſe vel ꝑ accidens. Per ſe quidem quando paſſio exci
tat voluntatē ad id q̄d eſt ſibi ſimile. ſicut cum ex concu
piſcentia volūtas inclinatur ad conſentiendū cōcupiſci-
bili. ex ira ad volendū vindictam. Per accidēs vero qn̄
paſſio per quandā occaſionē excitat volūtatem ad ꝯtra-
rium. ſicut in caſto homine quādo inſurgit paſſio concu
piſcentie volūtas cū maiori conatu cōcupiſcentie reſiſtit
circa difficilia em̄ magis conamur. et ſic paſſiones dicun
tur eſſe meritorie inquantū voluntas excitata a paſſione
eſt meritoria. Tertio mō eſt ecōuerſo qn̄ ex volūtate paſ
ſio excitatur. ſm̄ ꝙ motus appetitus ſuperioris redun-
dat in inferiorem. ſicut cū quis ꝑ volūtatem deteſtatur
peccati turpitudinē ex hoc inferior appetitus ad verecun
diam afficitur. ⁊ ſic verecūdia dicitur eſſe vel laudabilis
vel meritoria ratione voluntatis cauſantis eā. In ꝑmo
ergo modo paſſio ſe habet ad volūtatem vt obiectū. In
ſecūdo vt principiū. In tertio vt effectus. Vñ primꝰ mo
dus remotior eſt a merito. pari em̄ ratione poſſet dici ꝙ
auꝝ vel argentū meritoriū ē vel demeritoriū inquātum
hm̄oi meremur volēdo vel demeremur. vltimꝰ aūt mo-
dus ē ad meritū ꝓpinquior ſm̄ ꝙ effectꝰ recipit a cauſa
et nō ecōuerſo. ⁊ ſic ꝓprie accipiēdo meritū paſſionibꝫ nō
meremur niſi ꝑ accidēs. Poteſt aūt meritū large accipi
ſm̄ ꝙ quelibet diſpoſitio faciens ꝯgruitatē ad aliq̄d. dici
tur mereri illud. ſicut ſi dicamus mulierem ratione pulcri
tudinis mereri ꝯiugium regis. ⁊ ſic paſſionibꝫ etiā cor-
poralibus mereri dicimur inquantū ipſe paſſiones nos
reddunt quodāmodo aptos ad aliquā gloriam ꝑcipien
dam. Oportet igitur vtriſq3 rationibꝫ reſpondere.
¶ Ad primū ergo dicendū. ꝙ preceptis dei admone Ad. 1.
mur ad gaudendū ⁊ timēdum. ſcd̄m ꝙ gaudiū ⁊ timor
et huiuſmodi in actu volūtatis ꝯſiſtunt. ⁊ non ſcd̄m ꝙ
ſunt paſſiones vt ex predictis pa3. vel ſcd̄m ꝙ huiuſmo
di paſſiones ex voluntate conſequūtur vt dicit Augꝰ.
¶ Ad ſecundū dicendū. ꝙ Augꝰ. dicit has paſſiones Ad. 2.
eſſe volūtates inquantū ex volūtate ꝯſequūtur in nobis
vnde ſubiungit omnino ſm̄ varietatē reꝝ que apponunt̄
vel fugiūtur ſicut allicitur vel offenditur volūtas hōis.
ita in hos vel in illos affectus mutatur vel etiā vertitur.
Vel loq̄tur de eis ſcd̄m ꝙ nomināt quoſdā actus volū Ad 3
tatis vt dictum eſt. ¶ Ad tertiū dicendū. ꝙ paſſio cor-
poralis martiris ad meritū eſſentialis premij nō facit ni
ſi inquantū eſt volita. ſed ad premiū accidētale quod eſt
aureola martiꝝ ordinat̄ ꝑ modū meriti ſm̄ ꝙ facit quan
dam decētiā reſpectu aureole. decens ē em̄ vt qui xp̄o cō
format̄ in paſſione ei ꝯformet̄ in gloria. Roma. viij. ſi tn̄
cōpatimur vt et ſimul glorificemur. ¶ Sciendū tamē ꝙ
voluntas nō pōt ſe eodē modo habere ad paſſiones cor-
porales dū homo eas nō patitur. ſicut qn̄ eas patitur ꝓpt̄
eaꝝ acerbitatē. vñ ſm̄ ph̄m in. iij. eth. In talibus ſufficit
fortem nō triſtari. ⁊ ideo ipſa corꝑalis paſſio actualiter ꝑ
peſſa. ⁊ eſt ſignū voluntatis firme ⁊ conſtātis. ⁊ eſt etia3
eius excitatiua ſm̄ ꝙ homo circa difficilia conatur. ⁊ ſic
aureola non debetur ꝯfeſſori q̄uis martiri debeat̄. ¶ Vn Ad 4
de patet ſolutio ad quartū. ¶ Ad quintū dicendū. ꝙ ad Ad 5
paſſionis intenſionē ſeq̄tur intenſio premioꝝ. vel ratio-
ne cuiuſdam decentie. vel ratione voluntatis intenſe.
¶ Ad ſextū dicendū. ꝙ q̄uis volūtas augeatur ⁊ in paſ Ad 6
ſione ⁊ in actu exteriori. non tamē eſt ſimile de vtroq3. nā
actus imperatur a voluntate. non aūt paſſio. vñ non ſimi
liter ſe habent ad meritū. ¶ Ad ſeptimū dicendū. ꝙ ob Ad 7
iectum determinat volūtatem ſcd̄m ſpeciem actus. me
ritum aūt non conſiſtit in actu ꝓprie loquēdo ſcd̄m ſpeci
em actus, ſed ſcd̄m radicem que eſt charitas. ⁊ ideo non
oportet ꝙ paſſionibꝫ formaliter mereamur. q̄uis ſe ha-
beant vt obiectū. ¶ Ad octauū dicendū. ꝙ totus labor Ad 8
quē ſuſtinet aliq̄s ꝯfeſſor longinquo tp̄e. non pōt adeq̄ri
morti quā martir ſuſtinet etiam in modico ſm̄ opis ge-
nus. nā per mortē priuatur id q̄d eſt maxime diligibile.
ſc3 viuere et eſſe. vnde eſt finis terribiliū ſm̄ ph̄m in. iij.
eth. ⁊ circa eam eſt maxime virtus fortitudinis. Et hoc
patet manifeſte ex hoc. ꝙ homines diuturnis afflictioni
bus fatigati horrent mortē quaſi magis eligentes affli-
ctiones alias pati q̄ mortem. Et ideo ph̄s in tertio eth.
dicit ꝙ virtuoſus exponit ſe morti. magis eligens vnam
bonā actionem ⁊ magnā q̄ paruas multas. q̄ſi ille actꝰ
fortitudinis in ſuſtinēdo mortem prepōderet multis ali Nota.
is virtuoſis oꝑationibꝫ. Et ideo quātū ad genus opis
plus meretur minimus martir q̄ quicunq3 confeſſor. ta
men quantum ad radicem operis poteſt confeſſor plus
mereri inquantum ex maiori charitate operatur. ⁊ quia
premium eſſentiale reſpondet radici charitatis. acciden-
tale vero generi actus. Inde ē ꝙ aliquis confeſſor poteſt
aliquo martire eſſe eminentior quantum ad premium eſ
ſentiale. martir tamē quantū ad ꝑmiū accidētale. ¶ Ad Ad 9
ix. dē3. ꝙ glo. illa loq̄t̄ de tribulatione ſm̄ ꝙ ē volita vel

Ad 10 voluntatē excitās ¶ Et ſimiliter dicēdū eſt ad decimū.
Ad .11. ¶ Ad vndecimū dicendū. ꝙ virgini que ꝓpter xp̄m cor
rumperetur illa corruptio meritoria foret ſicut ⁊ alie paſ
ſiones martiꝝ. nō quia ipſa corruptio eſſet volūtaria. ſꝫ
quia eius antecedēs eſt volūtarium. ſcꝫ ꝑmanere in con
feſſione xp̄i ad qđ ſeqt̄ur eam corrūpi. vt ſic corruptio il
la ſit voluntaria. nō volūtate abſoluta. ſed voluntate q̄ſi
conditionata inquātum magis elicit pati hoc obprobri
um q̄ꝫ xp̄m negare ¶ Ad duodecimū dicēdū. ꝙ duplex
Ad 12 eſt difficultas. vna que ē ex magnitudine facti ⁊ eius bo
nitate. ⁊ hec difficultas req̄ritur ad virtuteꝫ. Alia q̄ eſt
ex parte agentis inquātū eſt deficiēs. vel impeditus cir
ca rectas oꝑationes. ⁊ hanc difficultatē vel tollit vel mi-
nuit virtus. ⁊ ſic paſſiones difficultatē faciūt. Prima er-
go difficultas q̄ eſt ex parte facti ꝑ ſe facit ad merituꝫ ſi
cut bonitas actus. Scđa vero q̄ eſt ex infirmitate ope-
rantis non facit ad meritum. niſi forte occaſionaliter in-
quantū eſt occaſio maioris conatus. Nō aūt veruꝫ eſt ꝙ
Adam in primo ſtatu mereri nō potuit ſi gratiam habu
it q̄uis nihil retraheret a bono ⁊ nihil impelleret ad ma
lum. quia ſi perſtitiſſet ad gloriam quādoq̄ꝫ perueniſſet.
et cōſtat ꝙ non ſine merito. Nec Magiſter dicit. ꝙ non
potuiſſet mereri in primo ſtatu. ſed dicit ꝙ poſſet vitare
peccatum ſine hoc ꝙ mereretur. poterat em̄ vitare pec-
catum ſine gratia ex hoc ꝙ nihil impellebat ad malum.
ſine gratia vero nihil poteſt eſſe meritoriū ¶ Ad decimū
Ad 13 tertiū dicendū. ꝙ timor ille penaꝝ eternaꝝ qui eſt per ſe
meritorius. eſt in voluntate. ⁊ nō eſt paſſio per ſe loquē
do. vt ex predictis patet. Poteſt tamē in inferiori appeti-
tu excitari paſſio timoris ex penis eternis vel per redun
dantiam ex ſuperiori appetitu in inferiorē. vel per hoc ꝙ
conceptio intellectus de penis eternis formatur in ima-
ginatione. ⁊ ſic mouetur appetitus inferior ꝑ paſſioneꝫ ti
moris. ſed hic timor non ſe habet ad meritum niſi per ac
cidens vt dictum eſt. ¶ Ad decimūquartū dicenduꝫ. ꝙ
Ad 14 ſicut premiū per accidens ⁊ quaſi ꝑ quādam redūdanti
am ab anima procedit in corpus. ita etiam meritum eſt a
voluntate ꝑncipaliter ⁊ per oꝑationes corporales quaſi
Ad 15 per accidens inquātum imperātur a volūtate ¶ Ad de
cimūquintū dicendū. ꝙ loquēdo de difficultate que ē ex
parte noſtra. ſic paſſiones difficultateꝫ habent magis q̄ꝫ
actus volūtatis. ſed ſic difficultas non facit ad meritum
niſi ꝑ accidēs vt dictū eſt. ⁊ ſimiliter nec paſſiones. ſed lo
quendo de difficultate q̄ eſt ex excellentia et bonitate rei
que ꝑ ſe facit ad meritū ſic ē maior difficultas ex ꝑte actu
um volūtatis. ¶ Ad. xvi. dicendū. ꝙ paſſiones aliq̄ di-
Ad 16 cūtur eſſe a ph̄is laudabiles inquātū ſunt effectus et in
dicia bone volūtatis. ſicut patet de verecūdia. que indi-
cat volūtatem hoīs repugnātem turpitudini peccati vel
miſericordia que ē dilectionis ſignū. ⁊ ideo qñq̄ꝫ a ſanctꝭ
nomina haꝝ paſſionū accipiūtur ꝓ habitibus a quibꝰ
Ad 17 volūtas elicitur. q̄ eſt haꝝ paſſionū ꝑncipiū. ¶ Ad de
cimūſeptimū dicendū. ꝙ ꝑmi motus nō habēt rationem
☞ perfectā peccati vel demeriti. ſed ſunt quaſi quedā diſpo
ſitiones ad demeritū. ſicut veniale eſt diſpoſitio ad mor-
tale. vnde nō oportet ꝙ ipſi motus ſenſualitatis ſint ſm̄
ſe merita. quia meritū non poteſt eſſe niſi actus volunta
rius vt dictum ē. Paſſiones aūt iſte dicūtur interduꝫ vi
tia inquātū nominibꝫ paſſionū actus volūtatis deſignā
tur. vel etiā habitus. vicia em̄ contra naturaꝫ paſſiones
nominātur. q̄uis ſint volūtarij actus inquātum per hu
iuſmodi vicia natura a ſuo ordine perturbatur.

¶ Ad illud vero qđ primo obijcitur in contrarium Solo in
dicendū. ꝙ paſſionibꝫ inuiti cedimus non quantū ad con ſtantiaꝝ
ſenſum cū eis non niſi volūtate ꝯſentiamus. ſed quantū Ad 1.
ad aliquā corporalem tranſmutationeꝫ. ſicut eſt riſus et
fletus ⁊ alia huiuſmodi. ⁊ ideo inquantū eis voluntarie
cōſentimꝰ vel diſſentimꝰ ſunt meritorie vel demeritorie
¶ Ad ſecūdum dicendū. ꝙ paſſiones inferioris appetitꝰ Ad 2
q̄uis aliq̄n preueniant actū volūtatis. nō tamē ſemper.
Non em̄ ſimiliter ordinātur appetitiue ſicut apprehenſi
ue. nā intellectus noſter accipit a ſenſu. vñ operatio in-
tellectus eſſe nō poteſt niſi preexiſtēte aliqua operatione
ſenſus. volūtas aūt non accipit ab inferiori appetitu. ſed
magis ipſuꝫ mouet. ⁊ ideo nō oportet ꝙ actum volunta
tis precedat paſſio inferioris appetitus. ¶ Ad tertiū di Ad 3
cendū. ꝙ q̄uis paſſiones nō ſint laudabiles ꝑ ſe. poſſunt
tamē eſſe laudabiles ꝑ accidēs vt dictū eſt ¶ Ad. iiij. di Ad 4
cendū. ꝙ xp̄s per paſſionem ſuā meruit. ⁊ ſibi et nobis.
Sibi quidē gloriam corꝑis. quā q̄uis per alia preceden
tia merita meruit tamē per quandā decētiam ꝓprie clari
tas reſurrectionis ē premiū paſſionis. quia exaltatio eſt
ꝓprium humilitatis premiū. Nobis aūt meruit inquan
tum in ſua paſſione ꝓ peccato totius humani generis ſa-
tiſfecit. non aūt ꝑ precedētia oꝑa. q̄uis ꝑ ea nobis meru
it. Penalitas em̄ ad ſatiſfactionē req̄ritur ꝑ modum cu-
iuſdam recompēſationis ꝯtra delectationem peccati.
¶ Ad. v. dicendū. ꝙ gloriā corporis xp̄s per paſſionem Ad 5
nec fecit de nō debita debitam. nec de minus debita ma-
gis debitā. fecit tamē aliquo modo debitā qua ꝑus non
erat. nec tamē ſeq̄tur ꝙ magis debitā. hoc em̄ ſequeretꝰ ſi
cauſa debiti vel augeretꝰ vel multiplicaretꝰ. ſicuti fit quā-
do duplici promiſſione obligatio augeretꝰ. quod in meri-
to xp̄i non accidit. quia gratia eius non eſt augmentata.
¶ Ad ſextū dicendū. ꝙ difficultas ꝑ ſe impedit volun Ad 6
tarium. ſed ꝑ accidens auget inquātū aliquis difficulta
ti contra conatꝰ. ipſa tamē difficultas ad ſatiſfactioneꝫ fa
cit ratione penalitatis.

## Septimo queritur. vtꝝ

paſſio adiūcta merito diminuat aliquid deme
rito. ſcꝫ quis plus mereatꝰ verū ille qui benefacit pauperi
cum quadā paſſione miſericordie. vel qui facit abſq̄ꝫ om
ni paſſione ex ſolo iudicio rationis. ¶ Et videtꝰ ꝙ plus 1.
qui facit ex ſolo iudicio rationis. Meritū em̄ opponitur
peccato. ſed plus peccat q̄ ex ſola electione facit peccatuꝫ
q̄ꝫ qui peccat ex paſſione inſtigatus. peius em̄ dicitꝰ pec-
catum ex certa malitia q̄ꝫ ex infirmitate. ergo ⁊ plus me
retur q̄ facit aliqđ bonū ex ſolo iudicio rationis. q̄ꝫ qui fa
cit cū aliqua paſſione miſericordie. ¶ Sed dice. ꝙ ad h Solutio
ꝙ aliquid ſit meritoriū vel actus virtutis. nō ſolū requi
ritur ꝙ bonū ſit. ſed modus quo bene fiat. qđ nō poteſt
eſſe ſine affectione miſericordie. ¶ Sꝫ ꝯtra. Ad hoc ꝙ
aliq̄s actus bene fiat tria req̄rūtur ſcđm ph̄m. ij. eth. ſcꝫ 2
volūtas eligēs actū rō mediū in actu ꝯſtituēs. ⁊ relatio
actus in finē debitū. Hec aūt oīa poſſunt eē abſq̄ꝫ paſſio
ne miſericordie in eo q̄ facit elemoſinā. ergo ſine ea pōt eē
non tantū illud bonū qđ fit. ſed etiā benefieri. Probatio
medie. Omnia enim predicta tria fiunt per actum vo-
luntatis et rationis. ſed actus volūtatis ⁊ rōnis nō depē
dent a paſſione. q2 ratio et voluntas mouēt vires inferio
res in quibꝫ ſūt paſſiones. motio aūt motoris nō depēdet

a motu mobilis. ergo tria pdicta poſſunt eē ſine paſſione
3 ¶ Prete. Ad actū virtutis diſcretio rationis exigit. vñ
Grego. dicit in primo Moꝛa. ꝙ niſi cetere virtutes ea q̄
appetūt pruděter agāt virtutes eſſe nequaq̄ꝫ poſſūt Paſ
ſiones āt oēs impediūt iudiciū vel diſcretionē rōnis. vñ
dr̄ Saluſti⁹ in cathelinario. oēs hoies q̄ de reb⁹ dubijs
conſultāt ab ira amoꝛe odio miſericoꝛdia vacuos eſſe de
cet. nō em̄ anim⁹ facile verꝫ prouidet vbi illa afficiunt. ḡ
hmōi paſſiones diminuūt de laude virtutis ⁊ ita de me
4 rito ¶ Pre. Cōcupiſcibilis nō min⁹ impedit iudiciū ra⁄
tionis q̄ꝫ iraſcibilis. ſed paſſio iraſcibilis etiā actui virtu
tis adiūcta turbat iudiciū rōnis. Vñ dicit Grego. ꝙ ira
ꝑ zelū turbat oculuꝫ. ḡ ſimiliter miſericoꝛdia q̄ eſt paſſio
5 cōcupiſcibilis turbat iudiciū rōnis. ¶ Pre. Virtus eſt
diſpoſitio pfecti ad optimū. vt dicitur in. vij. phyſ. ergo il
lud magis ē virtuoſum in nobis ꝑ qd̄ magis appropin
quamus pfectis. ſed deo et angelis magis aſſimilamur
operantes ex iudicio rationis ſine paſſione. deus em̄ pu
nit ſine ira ⁊ releuat miſeriam ſine paſſione miſericoꝛdie.
ergo eſt magis virtuoſum facere bonū ſine his paſſioni⁄
6 bus. ¶ Prete. Virtutes purgati animi ſunt ceterꝭ di⁄
gnioꝛes. ſed ſicut dicit Macrobius ſuꝑ ſomniū Scipio
nis. virtutes purgati animi faciūt paſſiones penitus ob
liuiſci. ergo actus virtutis ſine paſſione factus ē laudabi
7 lioꝛ ⁊ magis meritoꝛius. ¶ Pre. Quāto amoꝛ charita
tis in nobis ē magis a carnali amoꝛe depuratus tanto ē
laudabilioꝛ. non em̄ carnalis. ſed ſpiritualis inter nos de
bet eſſe dilectio. vt Aug⁹. dicit in regula. ſed paſſio amo
ris cū quadaꝫ carnalitate eſt. ergo actus charitatis ſine
paſſione amoꝛis eſt laudabilioꝛ. ⁊ eadem ratio eſt de ali⁄
8 is paſſionibus. ¶ Pre. Tullius dicit in li. de offi. beniuo
lentiam nō ardoꝛe quodā amoꝛis. ſed ſtabilitate mētis
eſſe decet. ardoꝛ aūt ad paſſionem ꝑtinet. ergo paſſio di⁄
minuit laudem actus virtutis

Cōtra ¶ Sꝫ ꝯtra ē qd̄ Aug⁹. dicit. xiiij. de ci. dei. c. ix. dū hu
ius vite infirmitatem gerimus. ſi paſſiones omnino nul
las habeamus. tūc nō recte viuimus. vituperabat em̄ ⁊
deteſtabat̄ apl̄s q̄ſdam quos etiā dixit eē ſine affectione
culpauit illos ſatis pſal. q̄ ait. ſuſtinui q̄ ſil̄ ꝯtriſtaret̄ ⁊
nō fuit q̄ ꝯſolaretur ⁊ nō inueni. ⁊ ſic videt̄ ꝙ ſine paſſio
nibus nō poſſum⁹ recte viuere ¶ Pre. Aug⁹. dicit. xiiij.
de ci. dei. Iraſci em̄ peccāti vt coꝛrigat̄. cōtriſtari pro af⁄
flicto vt liberet̄. timere de periclitāte ne pe̅at. neſcio vtrū
quiſq̄ꝫ ſana cōſideratione reprehēdat. nā et miſericoꝛdiā
ſtoycoꝝ eſt ſolere culpare. ⁊ ita longe meli⁹ ⁊ humanius
et pioꝝ ſenſib⁹ accomodatius Cicero in ceſaris laude lo
cutus eſt. vbi ait. nulla de virtutib⁹ tuis. nec admiratioꝛ
nec gratioꝛ miſericoꝛdia ē. ⁊ ſic idem qd̄ prius.

R°. Paſſiões vie ſe hñt ad volun tatē du.

¶ Reſponſio dicendū. ꝙ paſſiones anime dupliciter in
duplici oꝛdine ſe poſſunt habere ad voluntatē. vel vt pre
cedentes ipſaꝫ vel vt cōſequentes. Vt precedētes qdē
inquantū paſſiones voluntatē impellūt ad aliqd volen⁄
dum. Vt ꝯſequētes vero ꝓut ex ipſa vehemētia volū⁄
tatis ꝑ quandā redundantiā cōmouetur inferioꝛ appeti
tus ſm has paſſiones. vel inq̄ꝫtū etiā ipſa voluntas has
paſſiones ꝓcurat ſpōte ⁊ excitat. Scd̄m igitur ꝙ ſunt p̄
cedentes volūtatem ſic diminuūt de ratione laudabilis
quia laudabilis eſt actus ſm ꝙ eſt ꝑ rationē oꝛdinatus
in bonū ſm debitam menſurā ⁊ modum. qui quidē mo
dus ⁊ menſura nō ſeruatur niſi cum actio ex diſcretione
fit. que diſcretio non ſeruatur. cum homo ex impetu paſ⁄
ſionis ad aliquid volendum etiam ſi ſit bonum prouoca⁄
tur. ſed erit circa modum actionis ſm ꝙ impetus paſſio
nis eſt magnus vel paruus. ⁊ ſic non niſi a caſu continget
ꝙ debita menſura ſeruetur Scd̄m vero ꝙ conſequūtur
ad voluntatem ſic non diminuūt laudem actus vel boni
tatem. quia erunt moderate ſm iudiciū rationis ex quo
voluntas ſeq̄tur Sed magis addit ad bonitateꝫ actus
duplici ratione Primo ſcd̄m modum ſigni. quia ipſa paſ
ſio conſequens in inferioꝛi appetitu eſt ſignum. ꝙ ſit mo⁄
tus voluntatis intentus. non enim poteſt eſſe in natura
paſſibili. ꝙ voluntas ad aliquid foꝛtiter moueatur. quin
ſequatur aliqua paſſio in parte inferioꝛi. vt dicit Aug⁹.
xiiij. de ci. dei. c. ix. dū huius vite infirmitatem gerimus
ſi paſſiones nullas habeam⁹ nō recte viuimus. Et poſt
pauca ſubiungit cauſam dicens. Nam omnino non dole
re dum ſumus in hoc loco miſerie. non ſine magna mer⁄
cede contingit immanitatis in animo ⁊ ſtupoꝛis in coꝛ⁄
poꝛe. Scd̄o per modum adiutoꝛij. quia quando volun
tas iudicio rationis aliquid eligit. promptius et facilius
illud agit. ſi tamen hec etiam paſſio in inferioꝛi parte ex⁄
citetur. eo ꝙ appetitiua inferioꝛ eſt ꝓpinqua ad coꝛpoꝛis
motū. vñ dicit Aug⁹. xiiij. de ci. dei. Seruit āt mot⁹ mi
ſericoꝛdie rōni qñ ita p̄bet̄ miſericoꝛdia vt iuſtitia cōſer⁄
uetur. Et hoc eſt quod dicit phs in tertio ethycoꝝ indu
cens verſum Homeri. virtutem immitte furoꝛi et virtu
tem ⁊ furoꝛem erige. quia videlicet cum aliquis eſt vir⁄
tuoſus virtute foꝛtitudinis. paſſio ire per electionem vir
tutis ſequens facit ad maioꝛem promptitudinē actus. ſi
autem precederet virtutis modū pertubaret

¶ Ad primum ergo dicendum. ꝙ perfecta ratio lau⁄ Ad .1.
dabilis ⁊ vituperabilis ꝯſiſtit in voluntario. vnde illud
qd̄ minuit de ratione volūtarij. diminuit rationē lauda⁄
bilis in bono ⁊ vituperabilis in malo Paſſio autem pre
cedens electionē diminuit rationē volūtarij. ⁊ ideo lau
dē boni actus ⁊ vituperiū mali diminuit Sed paſſio ſe
quens eſt ſignū magnitudinis volūtarij vt dictum ē. vn
de ſicut in bono addit ad laudem. ita in malo ad vitupe
rium. Ille autem ex paſſione peccare dicitur quē paſſio
inducit ad electionem peccati. qui autem ex electione pec
cati incidit in paſſionem peccati. non dicitur ex paſſione
peccare. ſed cum paſſione Verꝫ ē ergo ꝙ ex paſſione age
re diminuit ⁊ laudem ⁊ vituperium. ſed cū paſſione age
re poteſt vtrūq̄ꝫ augere. ¶ Ad ſecūdum dicendū. ꝙ mo Ad 2
tus virtutis qui conſiſtit in perfecta voluntate. non pōt
eſſe ſine paſſione. non quia voluntas ex paſſione depen⁄
deat. ſed quia ex volūtate perfecta in natura paſſibili ex
neceſſitate paſſio ſequitur. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ Ad 3
in opere virtutis eſt neceſſaria electio ⁊ executio. Ad ele
ctionem aūt requiritur diſcretio. ad executionem ei⁹ qd̄
iam determinatum eſt requiritur promptitudo. non aūt
requiritur multū vt homo actualiter in executione ope⁄
ris exiſtens multum circa opus meditetur. Hoc autem
vt dicit Auicenna in ſua ſufficientia, potius officeret q̄ꝫ p
deſſet. ſicut patet in cytharedo qui multū impediretur ſi
ad tactum ſingulaꝝ coꝛdarū cogitationē apponeret. ⁊ ſi⁄
militer ſcriptoꝛ ſi in foꝛmatione ſingularū litteraꝝ cogita
ret. Et inde ē ꝙ paſſio electionē preueniēs impedit actū
virtutis. inquātum impedit iudicium rationis qd̄ ne⁄
ceſſarium eſt in eligendo. poſtq̄ꝫ vero puro iudicio ratio
nis iam electio eſt perfecta ⁊ paſſio ſequēs pl⁹ ꝓdeſt q̄ꝫ
noceat. quia etſi in aliquo turbet rationis iudicium. facit
tamen ad promptitudinem executionis. Et per hoc pa Ad 4
tet ſolutio ad quartum.

Ad 5 ¶ Ad quintū dicendū. ꝙ deus et angeli non ſunt ſuſce-
ptiui paſſionis. ꝛ ideo ex voluntate perfecta in eis nulla
paſſio ſequitur. ſequeret̃ aūt ſi paſſionis capaces eſſent.
Et ꝓpter hoc ex quadā operꝫ cōſuetudine ſimilitudinem
locutionis humane in angelis vſurpamus. nō ꝓpter ali
Ad 6 quā affectionū infirmitatē. ¶ Ad ſextū dicendū. ꝙ illi q̄
habēt virtutes purgati animi ſunt aliquo mō immunes
a paſſionibꝫ inclinātibꝫ in contrariū eius quod eligit vir
tus. Etiā eꝫ a paſſionibꝫ inducētibꝫ volūtatem ad malū
Ad 7 non aūt a paſſionibꝫ voluntatē ꝯſequētibꝫ. ¶ Ad. vij. di-
cendū. ꝙ ad carnalitatē dilectionis ꝑtinet ſi paſſio amo-
ris dilectionē volūtatis precedat. non aūt ſi ſequat̃. hoc
eīn ad feruorem charitatis ꝑtinet. qui in hoc cōſiſtit ꝙ
dilectio q̄ eſt in ſuperiori ꝑte ſui vehemētia vſqꝫ ad per-
Ad vlti. mutationē inferioris partis redundat. Et per hoc patꝫ
ſolutio ad vltimum.

# Octauo querit̃. vtrū

huiuſmodi paſſiones in xp̄o fuerunt. ¶ Et vi-
.1. detur ꝙ non. qꝛ ſm Aug⁹. xij. de tri. Omne agens ē pre
ſtantius patiente. ſed nullū creatū eſt preſtātius aīa xp̄i.
2 ergo in anima criſti nulla potuit eſſe paſſio ¶ Prete. ſm
Macrob. fortitudinis purgati animi eſt paſſiones igno
rare. nō vincere. ſed xp̄s habuit maxime virtutes animi
purgati. ergo in eo huiuſmodi paſſiones non fuerunt
3 ¶ Pre. ſm Dam. Paſſio ē motus anime appetitiue per
ſuſpitionē boni vel mali. ſed in xp̄o nō fuit ſuſpitio. h̄ eīn
ad ignorantiā ꝑtinet. ergo in xp̄o non fuit aliqua paſſio
4 anime. ¶ Pre. ſm Aug⁹. Paſſio eſt motus aīe cōtra ra-
tionē. ſed in xp̄o nullus motus fuit ꝯtra rationē. ergo in
5 xp̄o nulla fuit paſſio aīe ¶ Pre. Criſtus quantū ad ani
mā non eſt angelis minoratus. ſed ſolū quantū ad infir
mitatem carnis. ſed in angelis paſſiones nō ſunt. vt di-
cit Aug⁹. ix. de ci. dei. ergo nec in anima criſti fuerunt
6 ¶ Pre. Criſtus fuit ꝑfectior ſm animā q̄ꝫ homo in pri-
mo ſtatu. ſed homo in ꝑmo ſtatu his paſſionibꝫ ſubiect⁹
non erat. qꝛ vt dicit Aug⁹. ix. de ci. dei. ad vite preſentis
ꝑtinet infirmitatē etiā in quibuſcūqꝫ bonis officijs hmōi
affectus ꝑpeti. infirmitas aūt in ꝑmo ſtatu nō fuit. ergo
nec in xp̄o huiuſmodi paſſiones fuerūt. ¶ Pre. Scdm
7 Aug⁹. dolor ē ſenſus diuiſionis vel corruptionis. ſed in
xp̄o nō fuit ſenſus corruptōnis vel diuiſionis. qꝛ vt dicit
Hil. habuit vim pene ſine ſenſu pene. neqꝫ fuit in eo di-
uiſio vel corruptio. qꝛ a ſummo bono nulla deꝑditio fie
8 ri poteſt. ergo in xp̄o nō fuit dolor. ¶ Pre. Ubi eſt cau-
ſa eadē ꝛ idem effect⁹. ſed in corporibꝫ beatoꝝ nō eſt ali
qua paſſio ꝓpter hāc cauſam. qꝛ ſcꝫ corꝑa erunt a fomite
depurata. ꝛ animabꝫ glorioſis vnita. cum ergo hoc fue-
rit in corꝑe xp̄i. videt̃ ꝙ non poterit eſſe in ea corporalis
9 paſſionis dolor. ¶ Pre. Nullus ſapiēs dolet vel triſtat̃
niſi de ſui boni amiſſione. ꝓpter hoc eīn ꝛ malū ē ꝯtriſta-
bile. qꝛ adimit bonū. ſed bonū hoīs eſt virtus. hoc eīn ſo
lo efficitur homo bon⁹. ergo cū in xp̄o nihil boni adeꝑtū
10 fuerit. in eo triſtitia vel dolor nō fuit. ¶ Pre. ſm Aug⁹.
xiiij. de ci. dei. cū diſſentim⁹ ab eo qd̄ nobis nolentibꝫ ac
cidit. talis volūtas triſtitia ē. ſed in xp̄o nihil accidit qd̄
ipſe noluerit. ergo in xp̄o paſſio triſtitie vel doloris nō fu
it. ¶ Pre. Nullus totaliter triſtat̃ vel dolet niſi propter
.11. aliquā leſionē. ſed ſicut ꝓbat Criſ. nullus leditur niſi a ſe
ipſo. qd̄ quidem ſapientis nō eſt. cū ergo xp̄s fuerit ſapiē
tiſſimus triſtitia in eo non fuit.

¶ Sed contra ē qd̄ dicitur Marci. xiiij. Cepit ieſus Cōtra
pauere ꝛ tedere ꝛ meſtus eſſe. ¶ Pre. Aug⁹. dicit ꝙ re
cta volūtas nō ſolū inculpabiles. verꝫ etiam laudabiles
habet hos motus. ſed in criſto fuit recta volūtas. ergo in
eo iſti motus fuerūt. ¶ Pre. In xp̄o fuerūt defect⁹ hu-
ius vite q̄ perfectioni gratie nō repugnāt. ſed huiuſmo-
di paſſiones non repugnāt ꝑfectioni gratie. ſed magis ex
gratia cauſant̃. vt patet ꝑ Aug⁹. xiiij. de ci. dei. Hi affe-
ctus de amore boni ꝛ de ſancta charitate veniunt. ergo
huiuſmodi paſſiones in criſto fuerunt.

¶ Reſponſio dicenduꝫ. ꝙ paſſiones iſte aliter ſunt in R̄ꝫ
peccatoribꝫ. aliter in iuſtis. ꝛ in ꝑfectis. ꝛ in imperfectis.
aliter in xp̄o homine. aliter in ꝑmo homine. ꝛ beatis. In
angelis eīn ꝛ deo omnino non ſunt. qꝛ appetitiua ſenſibi-
lis in eo nō eſt. cuius ſunt motus huiuſmodi paſſiones.
¶ Ad dictoꝝ aūt euidentiam ſciendū eſt. ꝙ huiuſmodi Quattu
paſſiones animi quattuor differētijs diſtingui poſſunt or diffe
ſm quā diſtinctionē magis vel min⁹ ꝓprie paſſionis ra iſtaꝝ paſ
tionem habēt. Primo ex hoc ꝙ aliqs afficit̃ paſſione ani ſionum.
mi ꝑ illud qd̄ eſt contrariū ſiue nociuū. vel ꝑ illud qd̄ eſt Pri͠a diffa
conueniens vel proficuū. ꝛ magis ſaluat̃ ratio paſſionis
quādo affectio ſeq̄tur ex nociuo q̄ꝫ ſi ſeq̄tur ex proficuo.
ꝓpter hoc ꝙ paſſio importat quandā tranſmutationē pa
tientis a ſua naturali diſpoſitione in contrariā diſpoſitio
nem. Et inde eſt ꝙ dolor ꝛ triſtitia ꝛ timor ꝛ alie hmōi
paſſiones que ſunt reſpectu mali habēt rationē paſſionis
magis q̄ꝫ gaudiū ꝛ amor et alia huiuſmodi q̄ ſunt reſpe-
ctu boni. q̄uis in his etiā ratio paſſionis ſaluet̃. vel ſcdm
ꝙ cor ꝑ hmōi dilatatur vel accenditur vel qualitercunqꝫ
diſponit̃ aliter q̄ꝫ ſit eius cōmunis diſpoſitio. vn̄ etiā ex
his affectibꝫ aliquē mori ꝯtingit. Scdo ꝑ hoc ꝙ paſſio Secūda
totaliter ē ab extrinſeco vel ē ab aliquo principio intrin- differētia
ſeco. magis tamē ſaluatur ratio paſſionis qn̄ eſt ab ex-
trinſeco. q̄ꝫ quādo eſt ab intrinſeco. Ab intrinſeco q̄dem
eſt quādo paſſio ſubito concitat̃ ex occurſu alicuius con
uenientis vel nociui. Ab extrinſeco aūt qn̄ ab ipſa volun
tate paſſiones iſte cauſant̃ per modū qui dictus ē ꝛ tūc
non ſubito ſequūtur paſſiones. ſed conſequūtur ratōnis
iudiciū. Tertio ex hoc ꝙ aliquid vel totaliter tranſmu- Tertia
tatur vel nō totaliter. Qd̄ eīn aliq̄liter alterat̃ ꝛ nō tota differētia
liter tranſmutat̃. nō ita ꝓprie pati dicim⁹. ſicut qd̄ in con
trariū totaliter trāſmutatur. magis eīn ꝓprie dicim⁹ ho
minē totaliter pati infirmitatē ſi totū corpus eius infir-
metur. q̄ꝫ ſi morbus accidat in aliqua eius ꝑte. tunc eīn
totaliter homo ꝑ huiuſmodi affect⁹ tranſmutat̃ quādo
non ſolū ſiſtunt in appetitu inferiori. ſed trahūt ad ſe etiaꝫ
ſuperiorē. Quādo vero in ſolo appetitu inferiori ſunt. tūc
hō immutat̃ eis quaſi ſcdm ꝑtem. vnde ſic dicūtur pro-
paſſiones. ꝑmo aūt modo paſſiones Quarto ex hoc ꝙ Quarta
tranſmutatio eſt intēſa vel remiſſa. Remiſſe aūt trāſmu differētia
tationes min⁹ ꝓprie paſſiones vocātur. vn̄ Dam. dicit
in. ij. li. Non om̄es motus paſſiui paſſio vocātur. ſed qui
ſunt vehemētiores in ſenſuꝫ ꝓcedentes. qui eīn ꝑui ſunt
et inſenſibiles nondū paſſiones ſunt. ¶ Sciendū ē ergo
ꝙ in hominibꝫ in ſtatu vie ſi ſint peccatores. ſunt paſſio
nes. ꝛ reſpectu mali. ꝛ reſpectu boni. qn̄qꝫ non ſolum pre
uiſe. ſed ſubite. ꝛ intenſe ꝛ frequenter et perfecte. vn̄ di-
cuntur paſſionū ſectatores in ꝑmo eth. In iuſtis vero
nunqꝫ ſunt ꝑfecte. qꝛ ratio in eis nunqꝫ deducitur a paſ-
ſionibꝫ. ſunt tamē vehemētes in imperfectis. ſed in perfe
ctis ſunt debiles in inferioribꝫ viribꝫ ꝑ habituꝫ virtutū
moraliū refrenatio. Habēt eīn paſſiones nō ſolū preuiſas

ſed etiam ſubitas.⁊ nõ ſolum reſpectu boni. ſed etiã re/
ſpectu mali. In beatis vero ⁊ in homine in p̃mo ſtatu.⁊
in chriſto ſm ſtatum infirmitatis hmõi paſſiones nunꝙ̃
ſunt ſubite.eo ꝙ ꝓpter ꝑfectam obedientiã in eis inferioꝝ
virium ad ſupiores nullus motus inſurgit in appetitu in
feriori.niſi ſm dictamen rõnis.vt Damaſ.dicit in tercio
libro.non p̃cedebant in dño chriſto naturalia volũtatem
volens eſuriuit.volens timuit.⁊c. Et ſimiliter intelligen
dum eſt de beatis poſt reſurrectõnem ⁊ de hominibꝰ in p̃
mo ſtatu. Sed hoc intereſt.q: in chriſto nõ ſolum fuerũt
paſſiones reſpectu boni.ſed etiã reſpectu mali. Habebat
eñ corpus paſſibile.⁊ ideo ex imaginatione nociui natu
raliter paſſio timoris ⁊ triſticie ⁊ hmõi poterant in eo eẽ
Sed in p̃mo ſtatu ⁊ in beatis non.pt eſſe ꝯprehenſio vt
alicuius nociui.et ideo in eis nõ eſt paſſio niſi reſpectu bo
ni.ſicut amor ⁊ gaudiũ ⁊ hmõi.nõ aũt triſticia vel timor
aut ira,aut aliq̃d tale. Sic ergo ꝯcedimus veras paſſio
nes in chriſto fuiſſe Vñ Augꝰ.dicit.xiiij.de ci.dei. Chri
ſtus hos motus certiſſime diſpenſationis gratia.ita cuꝫ
voluit ſuſcepit animo humano.vt cũ voluit factꝰ eſt hõ.
Ad .j. ¶ Ad p̃mũ ergo dõm.ꝙ nõ oportꝫ agens eſſe ſimplr
p̃ſtantius ſuo patiẽte.ſed ſm quid.ſcꝫ inq̃tum eſt agẽs.
et ſic nihil ꝓhibet obiectũ aĩe chriſti eſſe ea p̃ſtantius inq̃
Ad 2 tum eſt actiuũ.⁊ aĩa chriſti aliquã habet paſſiuam poten/
tiã ¶ Ad.ij.dõm.ꝙ ſm Augᵐ.ix.de ci.dei.c.iiij. circa h̃
fuit cõtentio inter ſtoycos ⁊ peripatheticos.que tñ ma/
gis videbatur eſſe ſm vocem q̃ ſm rem.nam ſthoyci di
cebant hmõi paſſiones nullo mõ eſſe in aĩa ſapientis.ſa/
pientẽ aũt dicebant qui ꝑfectus eſt in virtutibꝰ quaſi ha
bens purgati animi virtutem. Perypathetici vero dicũt
has paſſiones animi ⁊ etiã in ſapienteꝫ cadere. ſed mode
ratas,q: rõni ſubiectas. Probat etiã Augꝰ. ex cuiuſdaꝫ
ſthoyci ꝯfeſſione.ꝙ etiã volebant ſthoyci hmõi affectus.
ſed ſubitos in aĩa ſapientis eſſe.ſine hoc tñ ꝙ approbẽtur
vel ꝙ eis ꝯſentiaꝛ.quos quidem paſſiones nõ dicebant.
ſed viſa animi vel phantaſias. Et ſic patꝫ ꝙ ſm rem ni/
hil aliud ſthoyci q̃ peripathetici dicebant. ſed erat tan/
tũmodo in verbis diſſonãtia.q: qð perypathetici paſſi/
ones nominabãt.ſthoyci vero aliter appellabant Sicut
ergo ſm ſthoycoꝝ ſententiam Macrobius ⁊ Plotinus
dicũt paſſiones cum virtute purgati animi nõ eſſe. nõ q:
non ſunt aliqui ſubiti motus paſſionũ in hmõi virtuoſis
ſed q: nec rõnem trahũt.nec adeo vehementes ſunt ꝙ pa
cem mentis multũ ꝑturbant .ſm etiã ꝙ phs in.vij .ethi.
dicit.ꝙ ꝯcupiſcentie in temperatis non ſunt fortes. ſicut
ſunt in ꝯtinentibꝰ.q̃uis in neutris rõ ad ꝯſenſum traha
tur. ¶ Vel poteſt dici ⁊ melius.ꝙ cũ hmõi paſſiones ex
bono ⁊ malo oriantur diſtinguende ſunt ſm differentiã
bonoꝝ ⁊ maloꝝ.ſtꝫ eñ q̃daꝫ bona ⁊ mala naturalia.ſicut
cibꝰ potus.ſanitas ⁊ egritudo corporis ⁊ alia hmõi. Que
dam vero nõ naturalia .ſicut diuitie honores.⁊ hmõi cir
ca que vita ciuilis verſatur. Diſtinguũt eñ Plotinus ⁊
Macrobius .virtutes purgati animi ꝯtra virtutes po
liticas Ex quibꝰ patꝫ ꝙ virtutes purgati animi ponũt in
illis qui totaliter ſunt a ciuili ꝯuerſatione remoti ſoli con
templatõi ſapientie vacantes.et ideo in eis nõ ſunt aliq̃
paſſiones cauſate ex bonis vel malis ciuilibꝰ.non tñ ſunt
immunes ab illis paſſionibꝰ que ſequũtur bona vel mala
Ad 3 naturalia. ¶ Ad.iij.dõm.ꝙ quicq̃d cauſaꝛ ex debili po/
teſt etiam ex fortiori cauſa cauſari. exiſtimatio autẽ certa
eſt fortior cauſa ad excitandas paſſiones q̃ ſuſpicio. vñ/
de Damaſ.poſuit illud minimũ ex quo paſſio cauſari pt
per hoc dans intelligere ꝙ ex fortiori cauſa fortius cauſa/
tur. ¶ Ad.iiij.dõm.ꝙ ſm Augᵐ.iiij.de ci.dei. Impaſſi Ad 4
bilitas dicitꝛ dupl'r.vno mõ ſm ꝙ p̃uat affectiones que
accidũt circa rõnem ⁊ mentem ꝑturbant. Alio mõ ſm ꝙ
excludit omnẽ affectũ.accipiꝛ ergo paſſio in p̃dicta auto
ritate ſm ꝙ p̃me impaſſibilitati opponitur.nõ aũt ſm ꝙ
opponiꝛ ſecũde.⁊ ſic ſolũmodo in chriſto fuit. ¶ Ad.v. Ad 5
dõm.ꝙ chriſtus ſm aĩam intellectiuã angelis ſuperior eſt
habuit tñ appetitum ſenſitiuũ ſm quem paſſiones eideꝫ
ineſſe potuerũt.quẽ angeli nõ hñt ¶ Ad ſextũ dõm.ꝙ in Ad 6
p̃mo homine fuerũt alique paſſiones. vt gaudiũ ⁊ amor
q̃ ſunt reſpectu boni. nõ aũt timor ⁊ dolor q̃ ſtꝫ reſpectu
mali.et hec ad p̃ſentem infirmitatem ꝑtinent.quã Adã
non habuit.xp̃s aũt volũtarie aſſumpſit ¶ Ad.vij.ꝙ in Ad 7
chriſto fuit vera leſio corporis ⁊ fuit verus ſenſus leſio/
nis.ip̃e eñ ſm diuinitatem eſt ſummũ bonũ cui nihil ſub
trahi poteſt.nõ aũt ſm corpus.verbũ aũt Hil'.vt q̃dam
dicit.poſtmodũ ẽ ab ip̃o retractatũ Vel pt dici.ꝙ ideo
dicit chriſtũ ſenſum pene nõ habuiſſe.non q: penam non
ſenſit.ſed q: ſenſus ille non ꝑuenit vſqꝫ ad rõnem imutã
dã ¶ Ad.viij.dõm.ꝙ ex hoc ip̃o ꝙ anima glorificata eſt Ad 8
ſm ꝯmunem curſum.corpus ei vnitũ glorioſum efficitur
et impaſſibile leſionis. Vñ dicit Augꝰ.in ep̃la ad Dy/
oſcoruꝫ. Tam potenti natura deus fecit aĩam vt ex eius
pleniſſima beatitudine que in fine tempoꝝ promittiꝛ ſan/
ctis redũdet in inferiorem naturã.que eſt corpus.nõ bea
titudo que fruentis ⁊ intelligentis eſt ꝓpria. ſed plenitu/
do ſanitatis.id eſt incorruptiõis vigor.ſed chriſtus in ſua
poteſtate habens aĩam ſuam ⁊ corpus ꝓpter virtutem di
uinitatis ex quadam diſpenſatione.⁊ habebat in aĩa beati
tudinem ⁊ in corpore paſſibilitatem.verbo ꝑmittẽte cor/
pori illud qð eſt ſibi ꝓprium. vt Damaſ.dicit. Unde ſin/
gulare fuit in chriſto vt ex plenitudine beatitudinis aĩe nõ
redũdaret gloria in corpus. ¶ Ad nonum dicendum Ad 9
ꝙ bonum hominis ſthoyci nõ appellabant niſi illud quo
homines boni dicuntur.ſcilicꝫ virtutes aĩe .reliqua vero
ſicut corporalia ⁊ ea que ſunt fortune exterioris nõ appel/
labant bona ſed cõmoda.que tamen peripathetici appel
labant bona ſed minima.virtutes autẽ maxima bona.q̃
differentia non erat niſi ſm noĩa. Sicut eñ ex minimis
bonis ſm peripatheticos. ita ex cõmodis ſm ſthoycos
aliqui motus in aĩa ſapientis oriũtur.licet non rõnem ꝑ/
turbantes.⁊ ſic nõ eſt verum ꝙ in aĩa ſapientis ex ſolo de
fectu v̾tutꝫ poſſit triſticia oriri ¶ Ad.x.dõꝫ.ꝙ q̃uis leſio Ad 10
corpis in xp̃o nõ fuerit nolẽte rõne.fuit tñ ꝯtra appetitũ
ſenſualitatꝫ.⁊ ſic fuit triſticia ¶ Ad.xi.dõm.ꝙ Triſo.loq̃ Ad .ij
tur de leſione qua aliquis efficitur miſer qua ſcꝫ p̃uaꝛ bo/
no virtutis,nõ aũt ex ſola tali leſione paſſio triſticie in ſa/
piente oritur.vt dictũ eſt.vñ rõ nõ ſequitur

## Nono queritꝛ. vtrum .i.

paſſio fuerit in anima chriſti q̃tum ad ſuperio
rem rõnem. ¶ Et videtur ꝙ non.tũc eñ dr homo ꝯtur
bari ⁊ a paſſione deduci quãdo ꝯmotio paſſionis vſqꝫ ad
rõnem ꝑtingit.ꝑturbari aũt ⁊ a paſſione deduci nõ eſt ali a
cuius ſapientis.cum ergo chriſtus fuerit ſapientiſſimus
videtur ꝙ in ip̃o dolor vſqꝫ ad ſuperiorem rõnem nõ per
uenerit. ¶ Pre. Unaqueqꝫ potentia delectari dicitꝛ ſm
ꝯuenientiã ꝓprij obiecti.ergo ⁊ dolor alicui potentie at/
tribui non debet.niſi ꝓpter nocumentũ qð accidit ex par/

te obiecti.ſed reſpectu rerū eternarū q̄ ſūt ſupioris rōnis
obiecta. chriſtus nullum defectū vel impedimentū patie
batur.ergo in ſuperiori rōne chriſti paſſio doloris nō fuit
3 ¶ Pre. Scdm Auguſtinū.xiiij.de ci.dei. Dolor ꝑtinet
ad corporales paſſiones.ergo dolor nō ꝑtinet ad animā
niſi ſm q̄ eſt corpori ꝯiūcta. ſed ſm rōnem ſuperiorē aīa
corpori nō ꝯiūgitur.cū ſm phm in.iij.de anima.intelle/
ctus nullius corporis eſt actus.ergo in ſuperiori ratōne
dolor eſſe nō poteſt. ¶ Sed diceres.q̄ rō ſuperior nō cō
iungitur corpori ꝑ operatōem.ꝯiūgitur tn̄ ei vt forma.
¶ Sed ꝯtra. Scdm phm in libro de ſomno ⁊ vigi. eiuſ
4 dem eſt potētia ⁊ actio.ſi ergo actio intellectus eſt anime
abſq̄ ꝯmunicatōne corporis. ⁊ potentia intellectiua erit
anime nō ſm q̄ coniūgitur corpori.et ita rō ſuperior non
5 erit corpori ꝯiuncta vt forma. ¶ Pre. Paſſio ſm Da/
maſcenū.eſt motus rōnalis anime vt appetitiue.ſed do/
lor ⁊ triſticia ⁊ hmōi ſunt q̄dam paſſiones.ergo in parte
ſuperioris rōnis nō fuerūt in chriſto. ¶ Pre. Sꝫm Au/
6 guſtinū.xiiij.de ci.dei. Dolor vel triſticia eſt eoꝝ que no
bis nolentibꝫ acciderūt.ſed chriſtus ſm ſuperiorē partē
volebat ſuā paſſionem corporalem.nec aliquid ꝯtra eius
volūtatem accidit.que ꝑfectiſſime diuine voluntati erit
ꝯformis.ergo ſm ſuperiorem ratōnem in chriſto triſticia
vel dolor nō fuit ¶ Sed diceres.q̄ rō ſuperior vt rō vo/
7 lebat corporis paſſionem.nō aūt vt natura. ¶ Sed con
tra. Eadem eſt potentia vt rō ꝯſiderata ⁊ vt natura.di
uerſa em̄ ꝯſideratio ſubſtantiā rei nō variat.ſi ergo ratio
ſuperior vt rō aliquid volebat ⁊ vt natura nolebat.eadē
potētia ſimul ⁊ ſemel aliquid volebat ⁊ aliquid nolebat.
8 hoc eſt impoſſibile. ¶ Pre. Scdm phm. Delectationi
que eſt in ꝯſiderando nulla triſticia cōtraria eſt.delecta/
tio aūt ſupioris rōnis eſt in ꝯtemplando eterna. ergo in
ea nō poteſt eſſe dolor vel triſticia.hec em̄ triſticia ſiue do
lor delectatōi ꝯtemplatiue opponeret̄.ergo in aīa chriſti
ſm ſuperiorem rōnem paſſio doloris vel triſticie nō fuit.
Inſtātie ¶ Sed ꝯtra eſt q̄d in pſ.dr̄ Repleta eſt mal'aīa mea
.j. gloſa.non vicijs.ſed doloribꝫ.ergo in qualibet parte ani/
me chriſti fuit dolor.⁊ ita in ſupiori rōne ¶ Pre. Satiſ/
2 factio reſpondet culpe.ſed chriſtus ſua paſſione ſatiſfecit
pro culpa primi hominis.cum ergo culpa illa ꝑuenerit
vſq̄ ad ſuperiorem rōnem.paſſio chriſti vſq̄ ad ſuperio
3 rem rōnem debuit ꝑuenire. ¶ Pre. Glo.ſup illud pſ.
Repleta eſt ma.a.m.dicit.dolendo ꝯpatitur corpori cui
vnitur.ſed rō vt rō dicit reſpectum ad corpus.q̄d patet
ex hoc q̄ in angelis .qui nō habent corpa ſibi naturaliter
vnita .nō dicimus rōnem ſed intellectū.in animabꝫ autē
corpibꝫ vnitis dicimus rōnem.ergo in ſuperiori rōne vt
4 eſt rō fuit dolor paſſionis chriſti. ¶ Pre. Tota anima
ſm Augꝰ.eſt in toto corpore.ergo quelibꝫ pars eius eſt
corpori vnita.ſed ſupior rō etiā vt rō eſt q̄dā pars aīe.er/
go eſt corpori vnita.⁊ ꝯpatitur ꝑ dolorē corpori patiēti
¶ Reſpōſio dōm.q̄ ſicut ex ꝑdictis patꝫ. duplex eſt
Rꝫo paſſio qua anima ꝑ accidens patitur. Una corporalis
Duplex paſ. q̄ incipit a corpore ⁊ terminat̄ ad animā ſm q̄ eſt corpo/
aīe ꝑ accñs ri vnita. Alia vero eſt paſſio animalis. que cauſat̄ ex hoc
q̄ anima aliq̄d apprehendit ex quo appetitus mouet̄.cu/
ius motū ſequitur q̄dam tranſmutatio corporalis . Lo
quendo igitur de ꝑma paſſione ad quā ꝑtinet dolor ſm
Augꝰ.ſic dōm eſt.q̄ dolor paſſionis chriſti quodāmo/
do fuit in ſuperiori rōne ipſius ⁊ quodāmodo nō. Sūt
em̄ duo in dolore.ſcꝫ leſio ⁊ experimentalis ꝑceptio leſio
nis.leſio quidem ꝑncipaliter eſt in corpore. ſed ꝯſequēter
in anima.inq̄ʒtum corpori vnit̄.vnitur aūt anima ꝑ ſuam
eſſentiā corpori.in eſſentia vero aīe omnes potentie radi
cantur.⁊ ſm hoc illa leſio ad animam ⁊ ad oēs partes
eius in chriſto ꝑtinebat.etiā ad rōnem ſuperiorē ſm q̄
in eſſentia anime fundatur. Experimentalis vero perce/
ptio leſionis ad ſolum ſenſum tactus ꝑtinet. vt ſupra di/
ctum eſt.loquēdo vero de paſſione animali in illa ſola aīe
parte poteſt eſſe triſticia.que eſt ꝓpria paſſio aīalis.ex cu
ius obiecto triſticia ꝯtingit.ꝑ cuius apprehenſionē ⁊ ap/
petitum triſticia ꝯtingit.ex obiecto aūt ſuperioris rōnis
in anima chriſti nulla rō triſticie accidere poterat .ſcilꝫ ex
parte eternoꝝ.quibꝫ ꝑfectiſſime fruebatur.⁊ ideo triſti/
cia animalis in ſuperiori rōne chriſti eſſe nō potuit. Patie
batur ergo ſuperior rō in chriſto dolore corporali ſm q̄
in eſſentia aīe radicat̄.nō aūt patiebat̄ triſticia animali ſm
q̄ per actum ꝓprium ad eterna ꝯſpicienda reſpiciebat
¶ Ad ꝑmū ergo dōm.q̄ tūc hō ꝑturbatur ⁊ a paſſi/ Ad .j.
one deducitur.qn̄ rō in ꝓpria operatōne ſeq̄tur inclinatio
nem paſſionis ꝯſentiendo ⁊ eligendo.dolor aūt corpora/
lis nō ꝑuenit ad ſuperiorem ratōnem chriſti immutando
eius ꝓpriam operatōnem.ſed ſolūmodo vt radicatur in
eſſentia.vt dictū eſt.et ideo rō nō ſequit̄. ¶ Ad. ij.dōm. Ad 2
q̄ q̄uis dolor nō fuerit in ſuperiori parte aīe chriſti ꝑ ꝯpa
rationem ad ꝓpriū obiectū.fuit tn̄ in ea ſm q̄ ꝯparat̄ ad
ꝓpriam radicē que eſt aīe eſſentia. ¶ Ad.iij.dōm.q̄ po Ad 3
tentia aliqua poteſt eſſe actus corporis dupl'r. vno mo/
do inq̄ʒtum eſt potentia quedam. ⁊ ſic dicitur actus cor
poris inq̄ʒtum informat aliquod organū corporale ad ac
tum ꝓprium exequendum. ſicut potentia viſiua perficit
oculum ad exequendū actum viſionis.⁊ ſic intellectus nō
eſt actus corporis. Alio mō rōne eſſentie in qua fundat̄.
et ſic tam intellectus q̄ʒ alie potentie corpori ꝯiungūtur
vt forma inq̄ʒtum ſunt in anima.que per ſui eſſentiā cor/ Ad 4
poris eſt forma. ¶ Ad quartum dōm.q̄ illa obiectio ꝓ
cedit de potentia ſm ratōnem potentie.nō autem ſm q̄
eſt in eſſentia anime. ¶ Ad quintum dōm.q̄ Damaſ. Ad 5
loquitur de paſſione animali.que q̄dem paſſio ſicut in ꝓ
prio ſubiecto eſt in appetitiua ſenſibili.ſed eſt etiā in ap/
prehenſiua quaſi cauſaliter .inq̄ʒtum ex obiecto apprehē
ſo motus paſſionis in appetitiua ꝯſurgit.ſunt aūt in ap/
petitu ſuperiori alique operatōnes ꝯſimiles paſſionibus
inferioris appetitus.rōne cuius ſimilitudinis noīa paſſi
onū aliquādo angelis vel deo attribuimus. vt Augꝰ.di
cit.ix.de ciui.dei. Et per hūc modū q̄nq̄ʒ dicit̄ triſticia eē
in rōne ſuperiori q̄ʒtum ad apprehenſiuam ⁊ appetitiuam
ſic tn̄ nō dico dolorem fuiſſe in ſuperiori rōne anime chri/
ſti.ſed ſm q̄ in eſſentia anime radicatur . vt dictum eſt
¶ Ad ſextum dōm.q̄ obiectio ꝓbat in ſuperiori ratiōe Ad 6
nō fuiſſe dolorem ſm q̄ ꝑ ꝓpriam operatōem ad ſuū obie
ctum ꝯparatur.ſic em̄ nihil ea nolente accidit. ¶ Ad ſe/ Ad 7
ptimū dōm.q̄ diſtinctio illa qua diſtinguitur rō vt ratio
et rō vt natura.poteſt dupliciter intelligi Uno modo ita
q̄ rō vt natura dicatur rō ſm q̄ eſt natura creature rōna
lis .prout ſcꝫ fundata in eſſentia anime dat eſſe naturale
corpori. Ratio vero vt rō dicitur ſm illud q̄d eſt ꝓpriū
rōnis inq̄ʒtum eſt rō.⁊ hic eſt actus eius.q2 potentie di/
ſtinguūtur per actus.quia igitur dolor nō eſt in ſuperio
ri rōne ꝓut ſm actum ꝓpriū ꝯparatur ad obiectū. ſed ſm
q̄ in eſſentia anime radicatur Ideo dicitur q̄ ſuperior rō
patiebat̄ dolorem vt natura.nō autē vt rō. Et eſt ſimile
de viſu.qui fundatur ſuper actum inq̄ʒtum organū vi/
ſus eſt etiā organū tactus. Unde dupliciter viſus poteſt

pati leſionem. Uno modo per actum ꝓprium.ſicut cū ab
excellenti luce viſio obtunditur. ⁊ hec eſt paſſio viſus vt
viſus. Alio mō ꝓut fundatur in tactu. vt cum oculus pū
gitur vel aliquo corpore diſſoluitur. ⁊ hec paſſio non eſt
paſſio viſus vt viſus.ſed vt eſt q̄dam tactus ¶ Alio mō
poteſt intelligi p̄dicta diſtinctio vt dicamus ratōnem vt
naturā intelligi.ſm ꝙ rō ꝯparatur ad ea que naturaliter
cognoſcit vel appetit.rōnem vero vt rōnem ſm ꝙ ꝑ quā-
dam collatōem ordinatur ad cognoſcendū vel ad appe-
tendum.eo ꝙ rōnis ꝓprium eſt ꝯferre. Sūt em̄ quedam
que ſm ſe ꝯſiderata ſunt fugienda.appetūtur vero ſm or
dinem ad aliud.ſicut fames ⁊ ſitis ſm ſe cōſiderata ſunt
fugienda.prout aūt ꝯſiderantur vt vtilia ad ſalutem aīe
vel corporis ſic appetuntur. ⁊ ſic rō vt rō de eis gaudet.
rō vero vt natura de eis triſtatur. Ita etiā paſſio corpo-
ralis chriſti in ſe cōſiderata fugienda erat. vn̄ rō vt natu-
ra de ea ꝯtriſtabatur ⁊ eam nolebat. Prout vero ordina
batur ad ſalutem humani generis ſic bona erat ⁊ appetibi
lis.et ſic rō vt rō eam volebat. ⁊ inde gaudebat. ſed hoc
nō poteſt referri ad ſuperiorem rōnem.ſed ad inferiorem
tm̄.que his que ſunt corporis intendit ſicut ꝓprio obiecto
vnde in paſſione corporis poteſt ferri ⁊ abſolute ⁊ cū col
latione.ſed rō ſuperior nō intendit his que ſunt corporis
ſicut obiectis.ſic em̄ intendit ſolis eternis. ad corporalia
vero reſpicit de eis iudicando per ratōnes eternas .quibꝫ
nō ſolum ꝯſpiciendis ſed etiam ꝯſulendis intendit. Et
ita rō ſuperior non reſpiciebat ad corporis paſſionem in
chriſto niſi in ordine ad rōnes eternas ſm̄ quas de ea gau
debat.inq̄Ꝝtum erat deo placita.vnde nullo mō rōne ꝓ-
prie operatōnis triſticia vel dolor in ſuperiori rōne cade-
bat. Nō aūt eſt incōueniens vt eadem potentia idez ve-
lit in ordine ad alterum.qđ nō vult ſm̄ ſe.quia poteſt eſſe
ꝙ id quod nō eſt ſm ſe bonum ex ordine ad alterum acci
piat quādam bonitatem.q̄Ꝝuis hoc nō habeat locuz in ſu-
periori rōne in chriſto reſpectu paſſionis corporis ad quā
Ad 8 non ordinatur niſi ad volitam.vt ex dictis patz. ¶ Ad
octauū dōm. ꝙ ꝯſideratio poteſt cauſare delectatōem du
pliciter Uno mō ex parte operationis que eſt ꝯſideratio
et ſic delectationi,que eſt in ꝯſiderando.nulla triſticia cō
trariatur.q2 huic ꝯſiderationi .que eſt cauſa delectatio-
nis .nō eſt aliqua ꝯſideratio contraria que ſit cauſa triſti
cie.omnis em̄ ꝯſideratio delectabilis eſt.non ſic autez eſt
ex parte ſenſus.quia ſm operatiōem ſenſus contingit et
triſtari ⁊ dolere.et ſic ex tactu ꝯuenientis delectamur.ex
tactu aūt nociui dolemus Alio modo facit delectatōem
ex parte conſiderati .quod quidem ꝯtingit inq̄Ꝝtum ali-
quid conſideratur vt bonum vel malum.et ſic ex conſide
ratione poteſt accidere delectatio ⁊ triſticia contraria.ſi-
cut em̄ ⁊ ipſum non intelligere triſticiam cauſat inq̄Ꝝtum
conſideratur vt quoddam malum.ſm ſe vero nō cauſat
niſi delectationis negationem.non tamen hoc modo di-
cimus dolorem eſſe in ſuperiori rōne aīe chriſti. ſed vt in
eſſentia anime radicatur.
So.inſtā. ¶ Ad illud quod p̄mo in cōtrarium obijcitur dicendū
Ad .j. ꝙ gloſa non dicit ꝙ anima chriſti nō ſit repleta triſticia.ſ3
ꝙ ſit repleta doloribꝰ ſm ꝙ compatitur corpori. ⁊ ſic non
oportz ꝙ paſſio doloris pertingat ad rationem ſuperio-
rem.niſi ſm ꝙ eſt in eſſentia anime.ſic em̄ corpori vnitur
Ad 2 ¶ Ad ſecūdum dicendum.ꝙ paſſio chriſti nō eſſet ſatiſ-
factoria niſi inq̄Ꝝtum eſt volūtarie ⁊ ex charitate ſuſcepta
et ſic nō oportz ꝙ dolor ſit in ſuperiori parte rōnis chriſti
reſpectu ꝓprie operatōis.ſicut in Adam fuit culpa ꝑ ope
rationem ſuperioris ratōnis. quia ipſe motus charitatꝫ
patientis.qui eſt in ſuperiori parte rōnis.reſpondet in ſa
tiſfactione ad id quod fuit in culpa ſm rōnez ſuperiorem
¶ Ad tercium dōm.ꝙ in rōne duo intelligūtur.ſcʒ par Ad 3
ticipatio quedam intellectualis virtutis. ⁊ iterū obum-
bratio vel defectus intellectus. Defectus em̄ intellectua
lis virtutis ꝯſequitur animam ſm ꝙ eſt vnibilis corpori
ſed intellectualis virtus ineſt ei ſm ꝙ non eſt ſub corpo-
re depreſſa.ſicut alie forme materiales. et ideo cū opera-
tio rōnis inſit anime ſm ꝙ participat virtutez intellectu
alem.non exercetur talis operatio corpore mediante
¶ Ad.iiij. dōm.ꝙ rō vt rō non nominat aliquam poten Ad 4
tiam diſtinctam a rōne vt natura eſt.ſed nominat quen-
dam modum conſiderandi ipſam potentiam.q̄Ꝝuis autē
ſm aliquem modū conſiderandi paſſio non pertineat ad
aliquam potentiarum anime.nō tamen excludit quin to
ta anima patiatur

# Decimo querit̄. vtruʒ
per dolorem paſſionis. qui erat in ſuperiori rati-
one chriſti. impediebat̄ gaudium fruitionis ⁊ econuerſo
¶ Et videtur ꝙ ſic. Beatitudo em̄ magis ꝓprie eſt in 1
anima q̄ꝫ in corpore.ſed corpus non dici poteſt beatum
vel glorioſum ſimul dum patitur.quia impaſſibilitas ad
gloriam corporis pertinet.ergo nec in ſuperiori rōne chri
ſti poteſt ſimul eſſe gaudiuz beate fruitionis ⁊ paſſio do-
loris. ¶ Pre. Phus dicit in. vij.ethi.ꝙ delectatio queli 2
bet expellit triſticiam cōtrariam.ſi autem vehemens ſit
expellit omnem triſticiam.ſed delectatio qua ſuperior rō
in anima chriſti fruebatur diuinitate fuit vehemētiſſima
ergo expulit a chriſto omnem dolorez ⁊ triſticiā. ¶ Pre. 3
Ratio ſuperior in chriſto limpidius contemplabatur q̄ꝫ
Paulus in raptu.ſed ex vi ꝯtemplationis anima Pauli
ſubtracta fuit a corpore.non ſolum q̄Ꝝtum ad operatōez
rōnis.ſed etiam q̄Ꝝtum ad operatōnes ſenſibiles.ergo ⁊
chriſtus nec ſm rōnem nec ſm ſenſum aliquem dolorem
ſuſtinuit. ¶ Pre. Ex forti cauſa ſequitur fortis effectus 4
operatio autem anime eſt cauſa corporalis immutatōis
ſicut patz ꝙ ex imaginatōe terribilium ⁊ delectabilium
corpus diſponitur ad frigus vel calorez.cum ergo in ani-
ma q̄Ꝝtum ad ſuperiorem rōnem fuerit vehementiſſimū
gaudium.videtur etiam ꝙ corpus fuerit ex hoc gaudio
immutatum. ⁊ ita dolor nec potuit eſſe in corpore nec in
ſuperiori ratōne ſm ꝙ eſt corpori vnita. ¶ Pre. Viſio 5
dei in ſua eſſentia eſt efficacior q̄ꝫ viſio dei in ſubiecta crea
tura.ſed viſio qua Moyſes vidit deum in ſubiecta crea
tura.fecit vt non affligeretur fame quadragenario ieiu-
nio.ergo multo fortius viſio dei in ſua eſſentia que chriſto
ꝯueniebat ſm ſuperiorem rōnem omnem corporalem af
flictionem remouit. ⁊ ſic idem quod p̄us. ¶ Pre. Id qđ 6
eſt in ſummo ⁊ a quo nō poteſt fieri receſſus nō patitur
ꝯtrarij permixtionem .ſicut calor ignis qui eſt in ſummo
nō patitur admixtionem frigoris.q̄Ꝝuis calor ille ſit trāſ-
mutabilis.ſed gaudium fruitionis fuit in ſuperiori rōne
in ſummo ⁊ immutabiliter.ergo non fuit ibi aliqua ꝑmi-
xtio doloris. ¶ Pre. Homo beatificatur ⁊ ſm animam 7
et ſm corpus.vtrāq3 aūt beatitudinem ꝑ peccatū amiſit
in xp̄o aūt fuit reſtituta humana natura ad beatitudinez
anime.que ꝯſiſtit in hoc ꝙ ſuperior ratio diuinitate frue
batur.ergo multo magis fuit reſtituta ad beatitudinem

coꝛpoꝛis ꝗ̄ minus eſt. ⁊ ita etiā nec ſm̄ coꝛpus doloꝛ in eo
fuit. ⁊ ſic nec in ratōne ſuperioꝛi ſm̄ ꝙ coꝛpoꝛi vnitur.
8 ¶ Pꝛe. Sicut anima chꝛiſti vnitur verbo. ita ⁊ caro ei⁹
ſed ſi caro eius eſſet gloꝛificata ꝑ vnionem ad verbū non
poſſet eſſe in ea aliquis doloꝛ. ergo cum ſuperioꝛ rō ſit bea-
tificata ꝑ vnionem ad verbū non poterat in eo eſſe aliq̇s
9 doloꝛ. ¶ Pꝛe. Sʒᵐ Augᵐ. xij. ſup geñ. ad litterā. gaudi-
um ⁊ doloꝛ ꝑ eſſentiam ſunt in anima. gaudiū aūt ⁊ doloꝛ
ſunt ꝯtraria. cum ergo ꝯtraria nō poſſint eſſe in eodem
ſm̄ eſſentiam. videtur ergo ꝙ in ſuperioꝛi parte rationis
nō ſimul potuerit eſſe gaudiū fruitionis ⁊ doloꝛ paſſionis
10 ¶ Pꝛe. Doloꝛ ſequitur ex appꝛehenſione nociui. gaudiū
ex appꝛehenſione ꝯuenientis. ſed nō eſt poſſibile ſimul ap-
pꝛehendere nociuū ⁊ ꝯueniens. q2 ꝯtingit vnū ſolum in-
telligere ſm̄ phm̄. ergo in ſuperioꝛi rōne nō potuit ſimul
11 eſſe gaudium ⁊ doloꝛ ¶ Pꝛete. Maius poſſe habet in
natura integra ratio ſuper ſenſualitatem. ꝗ̄ in natura
coꝛrupta ſenſualitas ſuper ratōnem. ſed in natura coꝛru-
pta ſenſualitas trahit poſt ſe ratōnem. ergo multo foꝛtius
in chꝛiſto. in quo natura humana fuit integra ⁊ rō trahe-
bat poſt ſe ſenſualitatem. ⁊ ita ſenſualitas fuit particeps
gaudij fruitōis quod erat in rōne. ex quo videtur ꝙ ani-
12 ma chꝛiſti totaliter erat expers doloꝛis. ¶ Pꝛe. Maioꝛ
eſt infirmitas ꝯtracta ꝗ̄ aſſumpta. ⁊ ſimiliter eſt potioꝛ
vnio in perſona ꝗ̄ vnio per gratiam. ſed in trib⁹ pueris q̇
habebant infirmitatem contractam. vnio dei per grati-
am eoꝛū coꝛpoꝛa a leſione ignis impaſſibilia ſeruauit. er-
go multo foꝛtius in chꝛiſto. qui nō habuit infirmitatem
ꝯtractam ſed aſſumptā. vnio in perſona verbo dei ⁊ fru-
itio ꝯſeruauit ratōnem immunem a doloꝛe paſſionis.
13 ¶ Pꝛe. Gaudium fruitionis in ſuperioꝛi ratiōe eſt per
hoc ꝙ ad deum ꝯuertitur. doloꝛ aūt paſſionis ꝑ hoc ꝙ
conuertitur ad coꝛpus. ſed non poteſt ratio. cum ſit ſim-
plex. ſimul ꝯuerti ad deū ⁊ ad coꝛpus. quia ſimplex ad
quod ꝯuertitur totum cōuertitur. ergo in ſuperioꝛi rati-
one chꝛiſti nō poteſt eſſe gaudium fruitionis ⁊ doloꝛ paſ-
ſionis ¶ Sed diceres. ꝙ in chꝛiſto fuit duplex ſtatus. ſcʒ
viatoꝛis ⁊ compꝛehenſoꝛis. ⁊ ſm̄ hos duos ſtatus poteſt
ſimul ineſſe ei ⁊ gaudium fruitionis. ⁊ doloꝛ paſſionis
14 ¶ Sʒ ꝯtra Duplex ſtatus chꝛiſti neq3 aufert ꝯtrarieta-
tem que eſt inter gaudium ⁊ doloꝛem. neq3 ſubiectū do-
loꝛis ⁊ gaudij diuerſificat. contraria autem non poſſunt
eſſe in eodem ſubiecto. ergo duplex ſtatus chꝛiſti non fa-
cit ꝙ ſimul poſſint ineſſe ei ſm̄ ſuperioꝛem rationem do-
15 loꝛ ⁊ gaudium. ¶ Pꝛe. Status viatoꝛis ⁊ compꝛehen-
ſoꝛis aut ſunt contrarij aut nō. ſi ſunt ꝯtrarij. ergo ſimul
eſſe in chꝛiſto non poſſunt. ſi aūt non ſunt contrarij. cū cō-
trarioꝛum contrarie ſint cauſe. videt̄ ꝙ duplex ſtatus nō
poſſit eſſe cauſa per quam chꝛiſto ſimul inſint gaudiū et
doloꝛ. que ſunt contraria. ¶ Pꝛe. Quādo vna potentia
16 intenditur in ſuo actu. alia ab actu retrahitur. multo er-
go foꝛtius quādo vna potentia eſt intenſa in vno actu re-
trahitur ipſa ab alio. ſed in ſuperioꝛi rōne fuit gaudiū in-
tenſum ergo per hoc omino a doloꝛe retrahebat̄ ¶ Sed
diceres. ꝙ doloꝛ erat materialis reſpectu gaudij. vnde ꝑ
17 doloꝛem gaudium non impediebatur. ¶ Sed contra.
Doloꝛ erat paſſio coꝛpoꝛis. gaudiū vero erat de viſione
dei. ergo doloꝛ paſſionis nō erat materialis reſpectu gau-
dij fruitōis. ⁊ ſic doloꝛ ⁊ gaudium in rōne ſuperioꝛi xp̄i ſi-
mul eſſe nō poterant

Cōtra ¶ Sed contra. Secūdum ꝓpoꝛtionem cauſarum eſt
ꝓpoꝛtio effectuū. ſed vnio anime chꝛiſti ad coꝛpus erat
cauſa doloꝛis. vnio autem eius ad diuinitatem erat cau-
ſa gaudij. he aūt due vniones nō ſe impediunt. ergo nec
doloꝛ ⁊ gaudium ſe impediūt. ¶ Pꝛe. Chꝛiſtus in eo-
dem inſtanti fuit verus viatoꝛ ⁊ compꝛehenſoꝛ. ergo ha-
buit ea que ſunt viatoꝛis ⁊ compꝛehenſoꝛis. ſed compꝛe-
henſoꝛis eſt de diuina fruitione intenſe gaudere. viatoꝛis
aūt coꝛpoꝛales doloꝛes ſentire. ergo in xp̄o ſimul fuit do-
loꝛ paſſionis ⁊ gaudiū fruitionis

¶ Reſpōſio dicendum ꝙ in chꝛiſto duo predicta. ſcʒ Rº
gaudium fruitionis ⁊ doloꝛ coꝛpoꝛalis paſſionis ſe nulla-
tenus impedierunt. ¶ Ad cuius euidentiam ſciendum Nota
eſt ꝙ ſm̄ nature oꝛdinem ꝓpter colligantiam viriū ani-
me in eſſentia vna. ⁊ anime ⁊ coꝛpoꝛis in vno eſſe compo-
ſiti. vires ſuperioꝛes ⁊ inferioꝛes. ⁊ etiā coꝛpus ⁊ anima
inuicem in ſe influūt ꝙ in aliquo earum ſuperabundat. et
inde eſt ꝙ ex appꝛehenſione anime tranſmutatur coꝛpus
ſm̄ caloꝛem ⁊ frigus. ⁊ quandoq3 etiam vſq3 ad ſanitatē
et egritudinem. ⁊ etiam vſq3 ad moꝛtē. contingit enim
aliquem ex gaudio vel triſticia vel amoꝛe moꝛtem incur-
rere. Et inde eſt ꝙ ex ipſa gloꝛia anime fit redundantia in
coꝛpus gloꝛificatum. vt patʒ per autoꝛitatem Auguſti-
ni ſupꝛa inductam. Et ſimiliter eſt ecōuerſo. ꝙ tranſmu-
tatio coꝛpoꝛis in animā redūdat. anima em̄ cōuncta coꝛ-
poꝛi eius complexiones imitatur ſm̄ amentiam vel do-
cilitatem ⁊ alia huiuſmodi. vt dicitur in libꝛo ſex pꝛinci.
Similiter etiam ex viribus ſuperioꝛib⁹ fit redundantia
in inferioꝛes. vt cum ad motum voluntatis intenſum ſe-
quitur paſſio in ſenſuali appetitu. et ex intenſa contempla-
tione retrahūtur vel impediuntur vires animales a ſuis
actibus. et econuerſo ex viribus inferioꝛibus fit redūdā-
tia in ſuperioꝛes. vt cum ex vehementia paſſionum in ſen-
ſuali appetitu exiſtentiū obtenebꝛatur ratio vt iudicet
quaſi ſimpliciter bonum id circa quod homo per paſſio-
nem afficitur. In chꝛiſto autem ſecus eſt. nam ꝓpter
diuinam virtutem verbi. eius voluntati ſubiectus erat oꝛ-
do nature. vnde poterat hoc contingere vt non fieret p̄-
dicta redūdantia ſiue ex anima in coꝛpus vel econuerſo.
ſiue ex ſuperioꝛibus viribus in inferioꝛes vel econuerſo
virtute verbi hoc faciente. vt compꝛobaretur veritas na-
ture humane. ꝗ̄tum ad ſingulas partes eius. vt decēter
impleretur ꝗ̄tum ad omnia noſtre reparationis myſte-
rium. Unde dicit Damaſ. in tertio lib. mouebatur ſm̄
ꝯuenientiam nature verbo volente ⁊ ꝑmittēte diſpen-
ſatiue pati ⁊ operari quecunq3 ꝓpꝛia. vt per omnia natu-
re credatur veritas. Sic ergo patet. ꝙ cum in ratōne ſu-
perioꝛi eſſet ſummum gaudium inq̄tum per eius opera-
tionem anima deo fruebatur ipſum gaudium in ſuperio-
ri ratōne ꝯſiſtebat. ⁊ nō deriuabatur ad inferioꝛes vires
anime. neq3 ad coꝛpus. al's nec doloꝛ nec paſſio in eo eſſe
potuiſſet. Et ſic etiam effectus fruitionis nō perueniit ad
eſſentiam anime inq̄tum eſt foꝛma coꝛpoꝛis. neq3 inq̄-
tum eſt radix inferioꝛum virium. ſic em̄ ⁊ ad coꝛpus ⁊ ad
inferioꝛes vires perueniſſet. vt accidit in beatis poſt re-
ſurrectōnem. Similiter ecōuerſo doloꝛ qui erat ex leſio-
ne coꝛpoꝛis in ipſo coꝛpoꝛe. et eſſentia anime ſcd̄m ꝙ eſt
foꝛma coꝛpoꝛis ⁊ in inferioꝛibus viribus nō poterat ꝑ-
uenire ad ſuperioꝛem ratōnem ſm̄ ꝙ per actum ſuū deo
fruebatur. vt ꝑ hoc ipſa cōuerſio aliquatenus impedire-
tur. Relinquitur ergo ꝙ ſuperioꝛem rationem attinge-
bat ipſe doloꝛ inq̄tum in eſſentia anime radicatur. ⁊ erat
ibi gaudium ſummum inq̄tum per actum ſuum deo fru-
ebatur. et ſic ipſum gaudium cōueniebat rationi ſuperi-

ori per ſe. quia per actū ꝓprium. dolor aūt quaſi ꝑ accñs
ꝙ rōne eſſentie anime in qua fundabaẛ.
Ad .j. ¶ Ad ṗmum ergo dicendum. ꝙ ſicut deus eſt bonuꝫ
et vita anime. ita anima eſt bonum ⁊ vita corporis. nō au
tem econuerſo ꝙ corpus ſit bonuꝫ anime. paſſibilitas au
tem eſt quoddam impedimentum vel nocumentum re/
ſpectu vnionis anime ad corpus. et ideo corpus non po/
teſt eſſe beatum ſuo modo paſſibile exiſtens. vtpote im/
pedimentum habens reſpectu participationis ſui boni.
ꝓpter quod impaſſibilitas pertinet ad gloriam corporis
anime vero beatitudo tota conſiſtit in fruitione ſui bo/
ni quod eſt deus. Unde anima que fruitur deo perfecte
eſt beata. etiam ſi cōtingat ꝙ ſit paſſibilis ex parte illa qua
Ad 2 corpori vnitur. ſicut accidit in chriſto ¶ Ad ſecūdum di
cendum. ꝙ hoc ꝙ gaudium vehemens expellat omnem
triſticiam etiam dolori non cōtrariam contingit ex redū
dantia virium ad inuicem que in chriſto nō fuit. vt dictū
Ad 3 eſt. ¶ Et hac ratōne ex vehementia ꝯtēplationis ipſius
Pauli inferiores vires a ſuis actibus ſunt abſtracte. Un
Ad 4 de patet ſolutio ad terciū ¶ Ex hac eñ ratōne ex opera
tione anime cōtingit aliqua trāſmutatio in corpore. Ex
Ad 5 quo patet ſolutio ad quartū ¶ Unde etiam eſt ꝙ Moy/
ſes ſiti ⁊ fame nullo modo vel minus affligebatur ex cō/
templatione. ꝗuis videret deum in ſubiecta creatura.
Et ſic patet ſolutio ad quintum. ¶ Ad ſextum dicen/
Ad 6 dum. ꝙ in chriſto nulla ꝑmixtio facta eſt gaudij ⁊ dolo/
ris. nam gaudium fuit in ſuperiori ratōne ex illa parte ꝗ
eſt ṗncipium ſui actus. ſic eñ deo fruebatur. dolor autem
non erat in ipſa niſi ſm ꝙ leſio attingebat eam. vt actum
corporis mediante eſſentia in qua radicatur. ita tamē ꝙ
actus ſuperioris ratiōis nullatenus impediebatur. et ſic
erat ⁊ purum gaudiuꝫ ⁊ purus dolor. ⁊ ſic vtrūqꝫ in ſum
Ad 7 mo. ¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ ex quadam diſpenſati
one factum eſt in chriſto a ṗncipio ſue conceptōnis ꝙ glo
ria anime non autem corpori conferretur. vt ſcꝫ per glo/
riaꝫ anime ꝯueniret cum deo. ꝑ paſſibilitatem corporis
ſimilis eſſet nobis. ⁊ ſic eſſet cōueniens mediator dei et
hominū in gloriam dei nos adducens. ⁊ ſuam paſſionē
ex parte noſtra deo offerens. ſm illud hebreo. ij. Dece/
bat eum ꝓpter quem omnia ⁊ ꝑ quem omnia qui multos
filios in gloriam adduxerat autorem ſalutis eorum per
qui req̄ritur ad iuſtificationē impij nō eſt motus in deū
¶ Pre. Ad impij iuſtificationē ſe habet homo vt remo- 12
uens prohibēs. ſicut ille q̄ aperit feneſtrā dicitur cauſa il-
luminationis domus. ſed impedimētum gratie ē pecca
tum. ergo ex parte iuſtificati nō req̄ritur motus liberi ar
bitrij in deū. ſed in ſolum peccatum
¶ Sed ꝯtra ē q̄d dicitur Ja. iiij. Appropinq̄te deo Cōtra
et appropinquabit vobis. appropinquat em̄ nobis de⁹ ꝑ
gratie infuſionē. ergo ad hoc ꝙ homo iuſtificetur ꝑ grati
am req̄ritur ꝙ nos appropinquemus deo per motū libe
ri arbitrij in deum ¶ Pre. Juſtificatio impij eſt quedā
hominis illuminatio. ſed in pſal. dicitur Accedite ad eū
et illuminamini. cum ergo ad deum non accedat hō paſ
ſibus corporis. ſed motibus mentis vt Aug⁹. dicit. vi-
detur ꝙ motus liberi arbitrij requiritur ad iuſtificatio-
nem impij. ¶ Pre. Roma. iiij. dicitur. Reputatur fides
ad iuſtitiam credētibꝫ in eū q̄ iuſtificat impium. ergo ad

hoc ꝙ impius iuſtificetur requiritur motus fidei in deū
Rñº ¶ Reſponſio dicendum. ꝙ ſicut ſupra dictuꝫ eſt mo
tus liberi arbitrij in iuſtificatione req̃ritur ad hoc ꝙ ho/
mo cauſam iuſtificātem attingat per actum ꝓpriū. Cau
ſa autem iuſtificationis deus eſt qui noſtraꝫ iuſtificatio
nem operatus eſt per myſteriuꝫ incarnatōnis ſue.ꝑ quā
factus eſt dei ⁊ hominū mediator.⁊ ideo motus liberi ar
bitrij in deum ad iuſtificationem impij req̃ritur.ſed cum
liberꝫ arbitriuꝫ multipliciter in deū poſſit moueri.ille mo
tus de neceſſitate ad iuſtificationē req̃ritur qui eſt prior
inter alios ⁊ in omnibꝫ alijs includitur.hic aūt eſt motꝰ
fidei . accedētem eīn ad deum oportet credere quia eſt.
vt habetur Hebre.xi.nullus eīn quocūqꝫ alio motu po
teſt in deum moueri.niſi ſimul cum hoc motu fidei mo/
ueatur.quia omnes alij motus mentis in deum iuſtificā
tem ꝑtinent ad affectum.ſolus autem motus fidei per/
tinet ad intellectum Affectus aūt non mouetur in ſuum
obiectum niſi ſm ꝙ eſt apprehenſum.bonū aūt apprehē/
ſum mouet affectum.vt dicitur in.iij.de anima. Vñ ap/
prehenſiue motus req̃ritur ad motuꝫ affectiue.ſicut mo
tio mouentis ad motum mobilis Et ꝑ hunc etiam mo
dum motus fidei includit̃ in motu charitatis.⁊ in quo/
libet alio motu quo mens mouetur in deum . Sed quia
iuſtitia cōpletiue in affectu conſiſtit.⁊ ideo ſi homo ſcd̃m
intellectum tantū in deū conuerteretur nō attingeret de
um ſm id quod iuſtitiam recipit. id eſt ſm affectum . et
ſic iuſtificari non poſſet. Requiritur ergo ꝙ nō ſolum in
tellectus ↄuertatur in deum.ſed etiā affectus . Primus
aūt motus affectꝰ in aliq̃d eſt motus amoris . vt in que
ſtionibꝫ de paſſionibꝫ aīe dictū ē.qui q̃dem motus in deſi
derio includitur.ſicut cauſa in effectu. Deſiderat̃ eīn ali
quid quaſi amatū.ipſa vero ſpes deſideriū quoddā im/
portat cū quadā animi erectōne quaſi in quoddā arduū
tendens.ſicut ergo eſt ſimul motus ↄgnitionis cū motu
amoris.ita etiā motus amoris cū motu ſpei vel deſiderij
ſicut eīn apprehēſum mouet amorē.ita amor mouet deſi
deriū ſiue ſpem. Sic ḡ liberꝫ arbitriū in iuſtificatione im
pij mouetur in deū motu charitatis fidei ⁊ ſpei. oportet
eīn iuſtificatū in deū ↄuerti amādo ipſuꝫ cū ſpe venie. et
hec tria cōputātur pro vno motu cōpleto inquātū vnū
includitur in alio Denominat̃ aūt ille motus a fide eo ꝙ
virtute ↄtinet in ſe alios motꝰ ⁊ in eis includitur.
Ad .i. ¶ Ad primū ergo dicendū. ꝙ moueri in deū ꝑ liberū
arbitriū ſeq̃tur quodāmodo ordine nature gratie infu/
ſionē.nō aūt tpe. vt infra patebit. Gratie āt infuſio ē vnū
eoꝝ q̃ req̃rūtur ad iuſtificationē. vñ nō ſeq̃tur ꝓpter hoc
Ad 2 ꝙ motꝰ liberi arbitrij in deū iuſtificationē ſeq̃tur ¶ Ad
ſecundū dcd̃m. ꝙ tractus ille non importat violentiā.ſed
opationē diuinā q̃ opatur etiā in liberꝫ arbitriū vertēdo
illud quocunqꝫ voluerit.⁊ ſic illud ad qd̃ hō trahit̃ aliq̃
Ad 3 mō ad liberꝫ arbitriū ꝑtinet ¶ Ad tertiū dicendū.ꝙ ti/
mor ſeruilis qui habet oculū ad penaꝫ tantū req̃ritur ad
iuſtificationē vt diſpoſitio precedens.nō aūt vt intrans
ſubſtātiā iuſtificationis.q2 ſimul cū charitate eſſe non po
teſt.ſed introeūte charitate timor recedit. vñ ꝑma Joā.
iiij. Timor non eſt in charitate.timor aūt filialis qui ti/
met ſeparatōnē.includitur virtute in motu amoris.eiuſ
dem aūt rationis eſt deſiderare coniūctionē amati . et ti
Ad 4 mere ſeparationē ¶ Ad quartū dicendū. ꝙ timor filialis
inducit aliquā fugam.nō tamē fugam dei.ſed fugā ſepa
rationis a deo. vel adequationis ad deū ſm ꝙ timor im
portat quandam reuerentiā ꝑ quā homo non audet di/
uine maieſtati ſe cōparare.ſed ei ſe ſubijcere ¶ Ad quin Ad 5
tū dicendū.ꝙ etiā motus charitatis in deū req̃ritur. ſed
tamē in hoc motu etiam includitur motus fidei vt dictū
eſt ¶ Ad.vi.dcd̃m. ꝙ licet credere deo vel deū poſſit eē ſi/ Ad 6
ne iuſtitia.tamē credere in deum quod eſt actus fidei for
mate ſine iuſtitia vel gratia eſſe nō poteſt . ⁊ tale credere
requiritur ad iuſtificationē. vt patet Roma.iiij. Credēti
in eum qui iuſtificat impiū fides reputatur ad iuſtitiam
¶ Ad ſeptimū dicendū.ꝙ quia poſt lapſuꝫ humane na Ad 7
ture homo nō poteſt reparari niſi ꝑ mediatorē dei et ho
minū ieſuꝫ xp̃m.qd̃ quidē ſacramentū mediationis xp̃i
ſola fide tenetur.ideo ad iuſtificationē impij non ſufficit
cognitio naturalis.ſed req̃ritur fides ieſu xp̃i vel explici
te vel implicite ſcd̃m diuerſa tp̃a ⁊ diuerſas ꝑſonas. Et
hoc eſt quod dicitur Roma.iij iuſtitia aūt dei ꝑ fidem ie
ſu chriſti. ¶ Ad octauū dicendū. ꝙ ſicut intellectus ꝑn/ Ad 8
cipioꝝ naturaliter cognitoꝝ ſe habet ad ſapientiā ⁊ ſciē
tiam ratione acquiſitā in ratione ꝑncipij.ita fides ad ſapi
entiam infuſam.vñ primus motus ↄgnitionis gratuite
in deum non eſt ſapientie vel ſcientie infuſe. ſed fidei.
¶ Ad nonū dicendū. ꝙ licet ſint multi articuli fidei.non Ad 9
tamē oportet ꝙ actu oēs cogitētur in ipſo inſtanti iu
ſtificationis.ſed ſolū ꝙ cogitet̃ deus ſm hūc articulū ꝙ
eſt iuſtificās ⁊ peccata remittens.in quo etiam includit̃
implicite articulꝰ incarnationis ⁊ paſſionis chriſti ⁊ alio
rum q̃ ad iuſtificationē requirūtur ¶ Ad decimū dicen Ad 10
dū. ꝙ motus humilitatis conſeq̃tur motum fidei ſm ꝙ
aliquis conſiderata altitudine diuine maieſtatis ſeipſuꝫ
ei ſubijcit.⁊ ita motus humilitatis non eſt primus q̃ re/
quiritur in iuſtificatione ¶ Ad vndecimū dicendū. ꝙ in Ad .11.
iuſtitia generali de qua nūc loquimur includitur ordina
tio debita hominis ad deū. vt dictum eſt. Et ſic tam fi/
des q̄ꝫ ſpes q̄ꝫ charitas ſub huiuſmodi iuſtitia continen
tur. ¶ Ad duodecimū dicendū.ꝙ peccatū ꝓhibet grati Ad 12
am.precipue ratione auerſionis.⁊ ideo ad remouenduꝫ
hoc ꝓhibēs requiritur liberi arbitrij in deū conuerſio.

## Quinto querit̃. vtruꝫ

in iuſtificatione impij req̃ratur motꝰ liberi ar/
bitrij in peccatū ¶ Et videt̃ ꝙ nō. Motus eīn charita .1.
tis ad remiſſionē peccatoꝝ ſufficit Luce.vij. dimiſſa ſūt
ei peccata multa q̃m dilexit multū.ſꝫ motꝰ charitatis di
recte in deum eſt.ergo ad iuſtificationē impij ſufficit mo
tus in deū ⁊ nō req̃ritur motꝰ in peccatū ¶ Preterea. Bo 2
num incōmutabile ē efficacius q̄ꝫ bonū commutabile. ſꝫ
conuerſio ad bonū commutabile ſufficit ad hoc ꝙ homo
incurrat peccatū.ergo conuerſio ad bonū incommutabi
le ſufficit ad hoc ꝙ homo iuſtificetur. ¶ Preterea. Homo 3.
non poteſt moueri in peccatū niſi de peccato cogitet.nul
lus aūt poteſt cogitare de eo qd̃ memoria non tenet.con
tingit aūt aliquē oblituꝫ eſſe peccati commiſſi.ſi ergo ad
iuſtificationē req̃ritur motus liberi arbitrij in peccatum
videtur ꝙ talis q̃ eſt peccatoꝝ ſuorum oblitus nūqꝫ poſ
ſit iuſtificari. ¶ Preterea. Contingit aliquē multis crimini 4
bus eſſe inuolutum.ſi ergo motus liberi arbitrij in pecca/
tum in iuſtificatione req̃ritur . videt̃ pari ratione ꝙ opor
teat eum in illo inſtanti de ſingulis ſuis peccatis cogita/
re qd̃ eſt impoſſibile.non eīn eſt maior ratio de vno q̄ꝫ de
alio. ¶ Pre. Quicūqꝫ conuertitur in aliquid ſicut in finē 5
vltimū ex hoc ipſo ab alio fine vltimo auertitur.quia im
poſſibile eſt vnius eſſe multos fines vltimos . ſed homo

quando mouetur ꝑ fidem formatā in deum. mouetur in
ipſuꝫ ſicut in finē vltimū. ergo ex hoc ipſo a peccato auer
titur. ⁊ ita nō videtur eſſe neceſſarius aliquis motus li-
6 beri arbitrij in peccatū. ¶ Pre. Non ē idem motus a pec
cato ⁊ in peccatū. ſicut nec ab albo ⁊ in album. ſed iuſtifi
catio eſt motus a peccato. ergo nō eſt motus ad peccatū

Cōtra ¶ Sed contra eſt quod dicitur in pſal. Dixi confite-
boꝛ aduerſum me iniuſticiam meam domino ⁊c. ſed ho-
mo non poteſt hoc niſi de peccato cogitando dicere. er
go motus liberi arbitrij in peccatum ad iuſtificationē re
quiritur. ¶ Pre. Ad iuſtificationem impij contritio re-
quiritur que eſt pꝛima penitētie pars ꝑ quā peccata tol
luntur. ſed cōtritio eſt doloꝛ de peccato. ergo motus libe-
ri arbitrij requiritur in peccatum in iuſtificatione impij.

Rꝫo. ¶ Reſponſio dicendum. ꝙ iuſtificatio impij addit
ſuper iuſtificationem ſimpliciter. Nā iuſtificatio ſimplici
ter impoꝛtat ſolummodo iuſtitie infuſionem. ſed ſuper
hoc addit iuſtificatio impij remiſſionem culpe. que qui-
dem remiſſio non fit ſoluꝫ per hoc ꝙ homo deſiſtit a pec
cato. ſed aliquid amplius requiritur. vnde Aug⁹. dicit
in li. de nup. ⁊ concup. Si autem a peccando deſiſtere hoc
eſſet nō habere peccata. ſufficeret vt hoc nos moneret ſcri-
ptura Fili peccaſti non adijcias iteꝝ. non aūt ſufficit. ſed
addidit. ⁊ de pꝛiſtinis depꝛecare vt tibi remittātur. Hic
ergo ad iuſtificationē ſimpliciter requiritur conuerſio ho
minis per liberū arbitriū in cauſam iuſtificātem q̄ eſt mo
tus liberi arbitrij in deum. Sed ſuꝑ hoc in iuſtificatione
impij requiritur ꝙ ꝯuertatur ad deteſtationem peccati
preteriti. ſicut aūt ꝯuerſio in deū fit per hoc ꝙ cognoſcit
homo deum per fidem ⁊ eum amat. ⁊ gratiam deſiderat
ſiue ſperat. ita opoꝛtet ꝙ conuerſio liberi arbitrij in pecca
tum fit per hoc ꝙ homo ſe peccatoꝛeꝫ recognoſcit qđ eſt
humilitatis. ⁊ peccatū pꝛeteritum deteſtetur. vt pigeat
feciſſe. ⁊ iterare non velit.

Ad .i. ¶ Ad pꝛimū ergo dicendū. ꝙ dilectio dei non poteſt
eſſe ſine deteſtatione eius qđ a deo ſeparat. ⁊ ideo pꝛeter
motum dilectionis in deū requiritur in iuſtificatione im
pij peccati deteſtatio. Vñ ⁊ Magdalena. de q̄ dictum ē
Dimiſſa ſunt ei peccata multa qm̄ dilexit multuꝫ. lacri
Ad 2 mas emiſerat pꝛo peccatis. ¶ Ad ſecundum dicendum.
ꝙ conuerſio in bonum incommutabile ſufficit ad iuſtifi-
cationem ſimpliciter. ſed ad iuſtificationem impij requi-
ritur etiam motus in peccatū vt dictum eſt. quia ad hoc
vt homo iuſtificetur a peccato pꝛeterito. non ſolū ſufficit
ꝙ iuſtitiam velit ⁊ nō peccet. ſed ꝙ contra pꝛeteritā iniq̄
tatem opereť deteſtando ipſam. non autē in eo q̄ peccat
req̄ritur deteſtatio dei vel iuſtitie niſi ex ꝯſequenti. quia
id qđ eſt bonū nullus habet odio niſi inquantū ē incom
poſſibile alteri bono qđ diligit. vñ peccatoꝛ nō niſi ꝑ acci
dens odit iuſtitiam ⁊ deū. ex hoc videlicet ꝙ amat imo
Ad 3 derate bonū cōmutabile. ¶ Ad tertiū dđm. ꝙ nō eſt ne
ceſſariū ꝙ aliquis in ipſo momēto iuſtificationis de hoc
vel illo peccato determinate cogitet. ſed ſolū ꝙ doleat ſe
ꝓpꝛia culpa a deo eſſe auerſum. vel abſolute. vel ſub ꝯdi-
tione. ſi ſcꝫ auerſus ē q̄ñ ſcꝫ aliq̄s ignoꝛat an vnq̄ꝫ ꝑ pec-
catū moꝛtale a deo auerſus fuerit. ⁊ ꝑ huiuſmodi motū
Ad 4 etiā ille q̄ peccati oblitus ē de peccato conteri pōt ¶ Ad
quartū dicendū. ꝙ oīa peccata ꝯueniūt in auerſione a
deo. ratione cuius gratiam impediūt. vnde ad iuſtifica-
tionē non req̄ritur ꝙ in ipſo iuſtificationis momento ali
quis de ſingulis peccatis cogitet. ſed ſufficit ꝙ cogitet
de hoc ꝙ per ſuam culpam eſt auerſus a deo. recogitatio
autem ſinguloꝝ peccatoꝝ debet pꝛecedere vel ſaltem ſe-
qui iuſtificationē. ¶ Ad quintū dicendū. ꝙ ex hoc ꝙ ali Ad 5
quis ſibi deum finem conſtituit. ſequitur ꝙ nō cōſtituit
finem ſibi in peccato. ⁊ ita ꝙ auertatur a ꝓpoſito peccādi
hoc aūt non ſufficit ad deletionem peccati pꝛeteriti. vt di
ctum eſt. ⁊ ideo ratio non ſeq̄tur. ¶ Ad ſextum dicendū Ad 6
ꝙ motus liberi arbitrij in peccatuꝫ pꝛoſequendū vel am
plectendū iuſtificationi oppōitur. nō aūt motus liberi ar
bitrij in peccatū fugienduꝫ. hic em̄ motus cū iuſtificatio
ne conuenit que eſt motus a peccato. nam fuga alicuius
motus eſt ab illo.

# Sexto queritur. vtrū

gratie infuſio ⁊ culpe remiſſio ſint idē Et vi .1.
detur ꝙ ſic. Idē em̄ eſt poſitio affirmationis ⁊ negatiōis
remotio. ſed culpa nihil videtur eē q̄ꝫ defectus gratie. er
go idem videť eſſe remotio culpe ⁊ infuſio gratie ¶ Pre. 2
Culpa ⁊ gratia oppoñūtur ſicut tenebꝛa ⁊ lux. ſed remo
tio tenebꝛe ⁊ inductio lucis ſunt idem. ergo remiſſio cul-
pe ⁊ infuſio gratie ſunt idem ¶ Pre. Remiſſio culpe pꝛ-
cipue attēditur quantū ad deletionē macule. macula aūt 3
nō videtur eſſe aliquid poſitiue in anima. quia ſic aliquo
modo eſſet a deo. ⁊ ſic videtur ꝙ ſit pꝛiuatio ſola. non eſt
aūt pꝛiuatio niſi eius cum quo ſimul eſſe non poteſt. qđ
eſt gratia. remotio ergo pꝛiuationis nihil aliud eſt q̄ꝫ in-
fuſio gratie. ¶ Sed diceres. ꝙ macula non ſolum ponit Solutio
abſentiam gratie. ſed aptitudinem ⁊ debitum reſpectu
gratie habende. ¶ Sed contra. Omnis pꝛiuatio ponit 4
aptitudinem in ſubiecto. ſed cum remotio pꝛiuationis ⁊
inductio habitus ſunt idem. ergo hoc nō impedit quin
remiſſio culpe ⁊ infuſio gratie idem ſint. ¶ Pre. Gene- 5
ratio vnius eſt coꝛruptio alterius. cum ergo remiſſio cul
pe ſit quedam ipſius coꝛruptio. infuſio auteꝫ gratie que
dam ipſius generatio. ergo idem eſt infuſio gratie et re-
miſſio culpe.

¶ Sed contra eſt qđ dicitur ꝙ inter quattuoꝛ que re Cōtra
quirūtur ad iuſtificationeꝫ impij connumerātur. duo in
fuſio gratie ⁊ remiſſio culpe. ¶ Pre. Quecūq̄ꝫ ita ſe ha
bent ꝙ vnum poteſt eſſe ſine altero non ſunt idem. ſed in
fuſio gratie poteſt eſſe ſine remiſſione culpe. ſicut in ange-
lis beatis. in pꝛimo homine ante caſum. ⁊ in xpo ergo in
fuſio gratie ⁊ remiſſio culpe non ſunt idem.

¶ Reſponſio dicendum. ꝙ infuſio gratie ⁊ remiſſio Rꝫo
culpe nō ſunt idem. Qđ ſic patet. mutationes em̄ penes
terminos diſtinguūtur. infuſionis aūt gratie termin⁹ eſt
gratiam ineſſe. remiſſionis vero culpe culpam non eſſe.
¶ Eſt aūt oppoſitoꝝ quantū ad hoc attendēda q̄dam
differentia. nam quedā oppoſita ſunt quoꝝ vtrūq̄ꝫ ponit
naturam aliquā. vt album ⁊ nigruꝫ. ⁊ in talib⁹ oppoſitis
vtriuſq̄ꝫ negatio eſt negatio realis. id eſt alicuius rei. Et
ideo cum affirmatio non ſit negatio. eſſe albū nō eſt idē
quod non eē nigrū. ſed realiter differūt. ⁊ ideo coꝛruptio
nigri cuius terminus eſt non eſſe nigrū. ⁊ generatio albi
cuius termin⁹ eſt eē albū. ſunt realiter diuerſe mutatio-
nes. q̄uis ſint vn⁹ motus. vt ſupꝛa dictū eſt. Quedā ve
ro oppoſita ſunt quoꝝ alteꝝ tm̄ ē natura quedā. reliquū
vero nō eſt niſi remotio vel negatio ipſius. ſicut patet in
oppoſitis ſꝫm affirmationē ⁊ negationē. vel ſꝫm pꝛiuatio-
nem ⁊ habitū. ⁊ in talib⁹ negatio oppoſiti q̄ ponit aliquā
naturā eſt realis. q2 ē alicuius rei. Negatio vero alterius
oppoſiti nō eſt realis. q2 nō eſt alicui⁹ rei. eſt em̄ negatio

bet intelligi ſm ꝙ id dr̄ agere. qd̄ habet dominiū ſup acti
onem ſuam. ſm quē modū loquendi dicit Dama. ꝙ ani-
malia bruta non agūt ſed agūtur. per hoc tñ nō excludit
Ad 5 quin agant ſm ꝙ agere eſt aliquam actionem exercere.
¶ Ad q̄ntū dōm. ꝙ agens ſemꝑ eſt ꝯtrarium patienti ⁊
diuerſum. vt dr̄ in pmo de generatōe. et ideo corpori nō
ꝯpetit agere in aliud corpus ſm hoc qd̄ hꝫ ꝯmune cū eo
ſed ſm id in quo ab eo diſtinguit. et ideo corpus nō agit
inq̄ꝫtum eſt corpus. ſed inq̄ꝫtū tale corpus. ſicut ⁊ animal
non rōcinatur inq̄ꝫtum eſt aīal. ſed inq̄ꝫtum eſt homo. et
ſimiliter ignis non calefacit inq̄ꝫtum eſt ignis. ſed inq̄ꝫtuꝫ
Ad 6 eſt calidus. et ſimiliter etiā de corpore celeſti eſt. ¶ Ad
ſextuꝫ dōm. ꝙ dimenſiones ꝑintelligūtur in materia nō
in actu ꝯpleto ante formas naturales. ſed in actu incom-
pleto. et ideo ſunt pus in via generationis. ſed forma eſt
por in via ꝯplementi. ſm hoc aūt aliquid agit ꝙ ꝯpletū ē
ens in actu. nō ſm ꝙ eſt in potentia. ſm hoc em̄ patitur.
et ideo nō ſequit ꝙ ſi materiales dimēſiones in materia
ꝑexiſtentes non agāt ꝙ forma nō agat. ſed ecōuerſo ſeq-
tur ꝙ ſi non patiant ꝙ forma nō patiatur. ⁊ tamen forma
corporis celeſtis nō ineſt ei mediantibꝫ hmōi dimenſio-
Ad 7 nibꝫ. vt cōmen. dr̄ ibidem ¶ Ad ſeptimū dōm. ꝙ ordo ef
fectuū debet reſpondere ordini cauſaꝝ. In cauſis aūt ſm
autoritatē illius libri talis ordo inuenit. ꝙ pmuꝫ eſt cauſa
pma ſcꝫ deus. ſecūdum intelligentia. terciū vero anima.
Unde ⁊ pmus effectus qui eſt eſſe ꝓprie attribuit cauſe
pme. et ſecūdus qui eſt cognoſcere attribuit intelligentie
et tercius qui eſt mouere attribuit anime. ſed tñ cauſa ſe
cūda ſemꝑ agit in virtute cauſe pme. et ſic habet aliquid
de opatione eius. ſicut ⁊ inferiores orbes habent aliquid
de motu pmi orbis. Un̄ etiam intelligentia ſm ipm non
ſolum intelligit. ſed etiā dat eē. et anima que eſt facta ab
intelligentia ſm eum nō ſoluꝫ mouet qd̄ eſt actio anima
lis. ſed etiam intelligit qd̄ eſt actio intellectualis. etiā dat
eſſe qd̄ eſt actio diuina. et hoc dico de anima nobili quaꝫ
intelligit ille eſſe animā corporis celeſtis vel quālibet ani
mam rōnalem. Sic ergo nō oportꝫ ꝙ ſola virtus diuina
immediate moueat. ſed etiam cauſe inferiores per virtu
Ad 8 tes ꝓprias ſm ꝙ participant virtutes ſuperiorū cauſarū
¶ Ad octauū dōm ſm Augu. ꝙ rōnes ſeminales di-
cūtur vires actiue ⁊ paſſiue creaturis a deo collate. quibꝫ
mediantibꝫ naturales effectus in eſſe ꝓducūtur. vn̄ ipe
dicit ſcꝫ. iij. de trini. ꝙ ſicut matres grauide ſunt fetibus
ſic ipſe mūdus grauidꝰ eſt cauſis naſcentiū. exponēs qd̄
ſupra de rōnibus ſeminalibꝫ dixerat. quas etiam vires ⁊
facultates rebꝫ diſtributas nomiauerat Unde inter has
rōnes ſeminales etiā cōtinent virtutes actiue corpoꝝ ce
leſtium. que ſunt nobiliores virtutibꝫ actiuis inferiorum
corpoꝝ. ⁊ ita poſſunt eas mouere. Et dicūtur rōnes ſe-
minales inq̄ꝫtum in cauſis actiuis ſunt om̄es effectus ori
ginaliter. ſicut in q̄buſdā ſeminibꝫ. Si tamē intelligātur
rōnes ſeminales inchoatōes formarū. que ſꝫ in materia
pma ſm ꝙ eſt in potentia ad om̄es formas. vt quidā vo
lunt. q̄uis nō multū cōueniat dictis Auguſti. tñ poteſt
dici ꝙ earum ſimplicitas eſt ꝓpter earū imꝑfectōeꝫ. ſicut
et materia pma eſt ſimplex. et ideo ex hoc nō habēt ꝙ nō
Ad 9 moueant. ſicut nec materia pma ¶ Ad. ix. dōm. ꝙ oportet
ſexuū diuerſitatē ad aliquas celeſtes virtutes reducere.
om̄e em̄ agens intendit ſibi aſſimilare patiens ſm ꝙ pt.
vn̄ vis actiua que eſt in ſemine maris intendit ꝯceptuꝫ
ſemꝑ ducere ad ſexū maſculinū. qui ꝑfectior eſt. vn̄ ſexus
femineus accidit ꝑter intentōem nature ꝑticularis agen
tis. niſi ergo eſſet aliqua virtus que intenderet femineuꝫ
ſexū generatio femine eſſet oīno a caſu. ſicut ⁊ alioꝝ mon
ſtroꝝ. ⁊ ideo q̄uis ſit ꝑter intentōnem nature particula
ris. rōne cuius dr̄ femina mas occaſionatus. tñ eſt de intē
tione nature vniuerſalis que eſt vis corporis celeſtis. vt
Auic. dicit. ſed poteſt eſſe impedimētū ex parte materie
quo neqꝫ virtus celeſtis neqꝫ particularis ꝯſequit effectū
ſuū. ꝓductōem ſcꝫ maſculini ſexus Un̄ quādoqꝫ femina
generat etiā exiſtente diſpoſitōe in corpore celeſti ad con
trariū ꝓpter materie indiſpoſitionem vel econtrario ge-
neratur ſexus maſculinus ꝯtra diſpoſitōem celeſtis cor-
poris. ꝓpter particularis virtutis victoriam ſupra mate-
riam. contingit ergo ꝙ in ꝯceptione geminoꝝ ex opera-
tione nature materia ſeparat. cuius vna pars magis obe
dit virtuti agenti q̄ꝫ altera pars. ꝓpter alterius impoten
tiam. ⁊ in vna parte generat ſexus maſculinus. in altera
femineus. ſiue corpus celeſte diſponit ad vnū ſiue ad alte
rum. magis hoc poteſt accidere qn̄ corpꝰ celeſte diſponit
ad ſexum femineū. ¶ Ad decimū dōm. ꝙ cauſa pmaria Ad 10
plus dicit influere q̄ꝫ ſecūda. inq̄ꝫtum eius effectus eſt in
timior ⁊ ꝑmanentior in cauſato q̄ꝫ effectus cauſe ſecunde
effectus tamen magis ſimilat cauſe ſecūde. qꝛ ꝑ eam de-
terminat quodāmodo actus pme cauſe ad hūc effectum
¶ Ad vndecimū dōm. ꝙ q̄uis motus celeſtis ſm ꝙ eſt Ad. 11
actus corporis mobilis non ſit actus volūtarius. ſm ta-
men ꝙ eſt actus mouētis eſt volūtarius. id eſt ab aliqua
volūtate cauſatus. ⁊ ſm hoc ea que ex motu illo cauſan-
tur ſub prouidentia cadere poſſunt ¶ Ad. xij. dōm. ꝙ ef Ad 12
fectus nō ſequit ex cauſa pma. niſi compoſita cū ſecūda
vnde neceſſitas cauſe prime non inducit neceſſitatem in
effectu niſi poſita neceſſitate in cauſa ſecunda ¶ Ad de- Ad 13
cimūterciū dōm. ꝙ corpus celeſte non eſt factū ꝓpter ho
minem ſicut ꝓpter pncipalem finē. ſed finis pncipalis eſt
bonitas diuina. Et iterū ꝙ homo ſit nobilior celeſti cor-
pore nō eſt ex natura corporis. ſed ex natura anime rōna
lis Et preterea dato etiaꝫ ꝙ corpus hominis eſſet ſimpli
citer nobilius q̄ꝫ corpus celi. nihil ꝓhibet corpus celi ſm
aliquid nobilius eſſe humano corpore. inq̄ꝫtum illud ſcilꝫ
habet virtutem actiuaꝫ. hoc aūt paſſiuā. et ſic poterit age
re in ipſum. et ſic etiā ignis inq̄ꝫtuꝫ eſt actu calidus agit
in corpus humanū inq̄ꝫtum eſt in potentia calidū ¶ Ad Ad 14
xiiij. dōm. ꝙ anima rōnalis ⁊ eſt ſubſtantia q̄dā ⁊ eſt cor
poris actus. inq̄ꝫtum ergo eſt ſubſtantia eſt nobilior for-
ma celeſti. non aūt inq̄ꝫtum eſt corporis actus ¶ Uel pōt
dici. ꝙ anima eſt perfectio corporis humani ⁊ vt forma et
vt motor. corpus aūt celeſte qꝛ perfectum eſt non reqrit
aliam ſubſtantiā ſpūalē que ꝑficiat ipſum vt forma. ſed q̄
ꝑficit ipſum vt motor tm̄. ⁊ hec ꝑfectio ſm naturam nobi
lior eſt q̄ꝫ anima humana. q̄uis etiam quidā poſuerunt
motores ꝯiūctos orbium eſſe formas eorum. qd̄ ſub du-
bio ab Auguſtino relinquitur in. ij. ſup gen̄. ad litteram.
Hyeronimus aūt aſſerere videtur eccleſiaſtes pmo ſup
illud luſtrans vniuerſa ⁊c. glo. ſpūm ſolem nominauit. qꝛ
ſicut animal ſpiret ⁊ vigeat. Damaſ. tamen in ſecūdo li-
bro ꝯtrariū dicit. nullus inquit animatos celos vel lumi
naria exiſtimet. inaīati em̄ ſunt ⁊ inſenſibiles ¶ Ad. xv. Ad 15
dōm. ꝙ actio etiā contrarij que repugnat virtuti actiue
alicuius corporis celeſtis habet cauſam in celo. per motū
em̄ pmū ponitur a phis ꝙ ꝯſeruātur res inferiores in ſu
is actionibꝫ. ⁊ ita illud contrariuꝫ quod agit impediendo
effectum alicuius corporis celeſtis. vtpote calidū qd̄ im-
pedit humectatōnem lune. habet etiam cauſam aliquam

celeſtem.⁊ ſic etiā ſanitas que conſequitur non omino cō
trariatur actioni corporis celeſtis.ſed habet ibi aliquaꝫ
Ad 16 radicem ¶ Ad.xvi.dōm.ꝙ corpora celeſtia tangunt in-
feriora.ſed non tangūtur ab eis.vt dicitur in pmo de ge
neratione.nec quodlibet illorum tangit quodlibet iſtorū
immediate.ſed per medium.vt dicebatur ¶ Ad.xvij.
Ad 17 dōm.ꝙ actio agentis recipitur in medio per moduꝫ me-
dij.⁊ ideo quandoqꝫ alio modo recipitur in medio ꝙꝫ in
vltimo.ſicut virtus magnetis attrahentis ferrum defer
tur ad ferrum p mediū aerem.qui non attrahitur.⁊ vir-
tus piſcis ſtupefacientis manū defertur ad manū medi-
ante rethi quod non ſtupefacit.vt dicit Commētator in
octauo phyſicoꝝ.Corpora aūt celeſtia habent qdeꝫ om-
nes qualitates exiſtentes in his inferiorib ſuo modo.ſcꝫ
originaliter.et non ꝓut ſunt in his.vnde ⁊ actiones ſu-
premorum corporum non recipiūtur in medijs orbibus
vt alterentur ſicut inferiora. ¶ Ad.xviij.dicēdū.ꝙ hec
Ad 18 inferiora gubernantur a diuina prouidentia per ſuperio-
ra corpora.non ita ꝙ diuina prouidentia illis corporib
ꝯmunicetur.ſed quia efficiūtur diuine prouidētie inſtru
menta.ſicut ars non ꝯmunicatur martello.qui eſt inſtru
mentum artis.

# Decimo querit̄.vtrū

humani actus gubernentur mediantib corpo-
ribus celeſtib. Et videtur ꝙ ſic.dicit enī Dama.ꝙ corpo
.1. ra celeſtia conſtituūt in nobis habitus ⁊ cōplexiones et
diſpoſitōes.ſed habitus ⁊ diſpoſitiones pertinent ad in
tellectum ⁊ volūtatem que ſunt principia humanorum
actuū.ergo humani actus mediantib corporib celeſtib
2 diſponūtur a deo. ¶ Pre. Dicit̄ in ſex pncipijs.ꝙ anima
ꝯiūcta corpori complexionem corporis imitatur.ſed cor
pora celeſtia imprimūt in complexionem humanaꝫ.ergo
et in ipſam animaꝫ.⁊ ita poſſunt eſſe cauſa humanorum
actuū ¶ Pre. Omne illud qđ agit in pus agit in poſteri-
3 us.ſed eſſentia anime por eſt ꝙꝫ eius potentie. ſcꝫ volun
tas ⁊ intellectus.cum ex eſſentia anime oriantur.cū ergo
corpora celeſtia imprimant in ipſam eſſentiam anime rō-
nalis.imprimūt enī in eam ſm ꝙ eſt corporis actus.qđ ei
per eſſentiam ſuam ꝯuenit.videtur ꝙ corpora celeſtia im
primant in intellectū ⁊ volūtatem.et ſint pncipia horuꝫ
actuū ¶ Pre. Inſtrumentum non ſolum agit in virtute
4 ꝓpria.ſed etiam in virtute pncipalis agentis.ſed corpus
celi cum ſit mouens ⁊ motuꝫ eſt inſtrumentū ſubſtantie
ſpiritualis mouentis ⁊ motus eius non ſolum eſt actus
moti.ſed actus ſpūs mouentis.ergo motus eius non ſolū
agit in virtute corporis moti.ſed etiaꝫ in virtute ſpiritus
mouentis.ſed ſicut corpus illud celeſte preeminet corpo-
ri humano.ita ſpūs ille preeminet ſpiritui humano.ergo
ſicut motus ille imprimit in corpus humanuꝫ.ita impri-
mit in animā humanā.⁊ ita videt̄ ꝙ corpora celeſtia ſint
pncipia hoꝝ actuū ¶ Pre. Experimento inuenitur ali-
5 quos homines eſſe a ſua natiuitate diſpoſitos ad addi-
ſcenda vel exercenda aliqua artificia.quidā ad hoc ꝙ ſint
fabri.qdaꝫ ad hoc ꝙ ſint medici.⁊ ſic de alijs.nec hoc po
teſt reduci ſicut in cauſam in pncipia proxima generatio
nis.quia quādoqꝫ nati inueniūtur diſpoſiti ad quedā alia
ad que parentes nō inclinabantur.ergo oportꝫ ꝙ hec di-
uerſitas diſpoſitōis reducatur ſicut in cauſam in corpo-
ra celeſtia.Sed nō poteſt dici ꝙ huiuſmodi diſpoſitōes

ſint in animab mediantib ꝓprijs corporib.qꝛ ad hmōi
inclinatiōes nihil operant̄ corporee qualitates.ſicut ope
rantur ad iram ⁊ gaudiuꝫ ⁊ hmōi anime paſſiones.ergo
corpora celeſtia immediate ⁊ directe in aīas humanas
imprimūt.⁊ ita humani actus mediātib corporib celeſti
bus diſponūtur ¶ Pre. In humanis actib illi vident̄ ce 6
teris peminere.ſcilꝫ regnare regem bellare.⁊ hmōi.ſed ſi-
cut yſaac dr in libro pmo de definitōib.deus fecit regna
re orbem ſup regna ⁊ bella.ergo multo fortius alij huma
ni actus mediantibus celeſtib corporib diſponuntur.
¶ Pre. Facilius eſt tranſmouere partes ꝙꝫ totū.ſed ex 7
virtute corporū celeſtiū qnqꝫ mouet̄ tota multitudo vni
us ꝓuincie ad bellandū.vt dicūt phi.ergo multo fortius
virtute corpoꝝ celeſtiuꝫ mouet̄ aliquis hō pticularis
¶ Sed ꝯtra eſt qđ dr Dama.in ſecūdo libro.noſtro Cōtra
ruꝫ actuū nequaqꝫ ſunt cauſa ſcꝫ corpora celeſtia.nos enī
liberi arbitrij a ꝯditore facti dn̄i exiſtimus noſtroꝝ actu
um ¶ Pre. Ad hoc etiā eſt qđ Augꝰ.determinat in.v.
de ci.dei.⁊ in fine ſecūdi ſup geñ.ad litterā.⁊ qđ Grego.
determinat in omelia epiphanie.
¶ Rñſio dōm ꝙ ad huius queſtionis veritatē opor- Rº
tet ſcire qui dicūtur actus humani.dicuntur enī ꝓprie illi
actus humani quorū ipſe homo eſt dominus.eſt enī ho-
mo dominus ſuoꝝ actuū per volūtatem ſeu per liberum
arbitriū.vnde circa actus volūtatis ⁊ liberi arbitrij verſa
tur iſta queſtio.actus enī alij qui ſunt in homine nō ſub-
iacentes imperio volūtatis.ſicut actus nutritiue ⁊ gene
ratiue potentie eodem modo ſubiacent virtutib celeſti-
bus.ſicut ⁊ alij corporales actus. De actib vero huma Triplex
nis predictis fuit multiplex error. Quidā enī poſuerunt error.pꝰ
actus humanos ad diuinā prouidentiam non pertinere
nec reduci in aliquam cauſam niſi in prouidentiā noſtraꝫ
Et hmōi poſitiōis videtur eſſe Tullius.vt dicit Augꝰ.
in quinto de ciui.dei ¶ Sed hoc nō poteſt eſſe.volūtas Re.pbaº
enī eſt mouens motū.vt in tercio de anima probat̄.vnde
oportet eius actum reducere in aliquod pmū principiū.
quod eſt mouens nō motū. ¶ Et ideo quidam omnes Scđs er.
actus reduxerūt in corpora celeſtia.ponentes ſenſum et
intellectum idem eſſe in nobis.et per conſequens omnes
virtutes anime corporales eſſe.et ita virtutib ⁊ actioni-
bus corpoꝝ celeſtium ſubdi. ¶ Sed hanc poſitionē phi Re.pbaº
loſophꝰ deſtruit in tercio de anima.oſtendēs ꝙ intellectꝰ
eſt vis inmaterialis.⁊ ꝙ actio eius nō eſt corporalis.ſed
ſicut dr in.xvi.de animalib.quoꝝ principiorum actiones
ſunt ſine corpore.ipſa pncipia ſunt ſine corpore.vnde non
poteſt eſſe ꝙ actiones intellectus ⁊ volūtatis per ſe lo- Terciꝰ er
quēdo in aliqua pncipia materialia reducāt̄ ¶ Et ideo
Auicenna poſuit in ſua metaph.ꝙ ſicut homo ꝯpoſitus
eſt ex anima ⁊ corpore.ita ⁊ corpus celeſte.⁊ ſicut actōes
corporis humani ⁊ motus reducūtur in corpora celeſtia
ita actōnes anime omnes reducūtur in animas celeſtes
ſicut in principia.ita omīs volūtas que eſt in nobis cau-
ſatur a volūtate q̄ eſt in anima celeſti. Et illud poteſt eſſe
ꝯueniens ſm opinionem ſuā quam habet de fine homis.
quem ponit eſſe in coniūctione anime humane ad animā
celeſtem vel ad intelligentiam.cum enī perfectio volūta-
tis ſit finis ⁊ bonum quod eſt obiectum eius.ſicut viſi-
bile eſt obiectum viſus.oportet ꝙ illud quod agit in vo-
luntatem habeat etiam rationē finis.qꝛ efficiens nō agit
niſi ſm ꝙ imprimit in ſuſceptibili formā eius. Sꝫm autē
ſententiā fidei ipe deꝰ imediate eſt finis humane vite.eius Sñia fidi
aūt viſione ꝯfruentes beatificant̄.⁊ ideo ipſe ſolus impri

ınere p̄t in voluntatē noſtrā. oportet aūt ordinem mobi-
lium reſpōdere ordini mouentiū. In ordine autē ad finē
quē prouidentia reſpicit primū in nobis inuenitur volū-
tas ad quā primo pertinet ⁊ rō boni ⁊ finis. etiam omni-
bus que ſunt in nobis vtitur ſicut inſtrumētis ad conſe-
quutionē finis. q̄uis in aliquo alio reſpectu intellectus
voluntatē precedit, ꝓpinquius aūt voluntati eſt intellectꝰ
remotiora ſunt corꝑales vires. ⁊ ideo ipſe deus qui ē ſim-
pliciter p̄mus ꝓuidens imprimit ſolū in voluntatē no-
ſtram. angelus autē qui eum ſeq̄tur in ordine cauſaꝝ im-
primit in intellectū noſtrū ſm̄ ꝙ ꝑ angelos illuminamur
purgamur ⁊ ꝑficimur. vt dr̄ Dyo. ſed celeſtia corꝑa que
ſunt inferiora agentia imp̄mere poſſunt in vires ſenſibi-
les ⁊ alias organis affixas. ſm̄ vero ꝙ motus vnius po-
tentie anime redūdat in aliam conuenit ꝙ impreſſio cor-
poris celeſtis redūdat in intellectum quaſi ꝑ accidens et
vlterius in voluntatē. ⁊ ſimiliter impreſſio angeli in intel
lectum redūdat in voluntatē ꝑ accidens Sed tamē quā-
tum ad hoc diuerſa eſt diſpoſitio intellectus et volunta-
tis ad vires ſenſitiuas. Intellectus. ꝙ naturaliter moue
tur a ſenſitiua apprehenſiua motiua ꝑ modum quo obie
ctum mouet potentiā. quia phantaſia ſe habet ad intelle-
ctum ſicut color ad viſum. vt dicit̄ tercio de aīa. ⁊ ideo ꝑ-
turbata vi ſenſitiua interiori de neceſſitate perturbat̄ in-
tellectus. ſicut videmus leſo organo phātaſie de neceſſi-
tate impedit̄ intellectus actio. ⁊ ſm̄ hunc modū redun
dare p̄t in intellectum actio vel impreſſio corporis cele-
ſtis quaſi ꝑ viam neceſſitatis. ꝑ accidēs tamē ſicut in cor
pora ꝑ ſe. ⁊ dico neceſſario niſi ſit ꝯtraria diſpoſitio ex par
te mobilis. ſed appetitꝰ ſenſitiuus nō eſt naturaliter mo-
tiuus voluntatis. ſed ecōuerſo. quia appetitus ſuperior mo
uet inferiorē appetitum. ſicut ſphera ſpheram. vt dicitur
in tercio de anima. ⁊ quātumcūq̄ appetitus inferior ꝑtur
betur ꝑ aliquā paſſionem ire vel cōcupiſcentie nō opor
tet ꝙ voluntas ꝑturbetur. imo habet potentiā repellen-
di huiuſmodi ꝑturbationem. vt dicit̄ Gen̄. tercio. ſubter
te erit appetitus tuus ⁊ tu dominaberis illius. et ideo ex
corꝑibus celeſtibus non inducitur aliqua neceſſitas nec
ex parte recipientiū nec ex ꝑte agentiū in actibus huma-
nis ſed inclinatio ſola. quā etiam volūtas repellere p̄t ꝑ
virtutem acquiſitā vel infuſam
Ad. j. ¶ Ad primū ergo dōm ꝙ Damaſ. intelligit de diſpo
ſitionibꝫ ⁊ habitibꝫ corporalibꝫ. ¶ Ad ſcd̄m dōm. ꝙ ſicut
Ad 2 ex dictis patet anima quantū ad actus volūtatis non de
neceſſitate ſeq̄tur corporis diſpoſitionē. ſed ex corꝑis cō-
plexione eſt inclinatio tantū ad ea que voluntatis ſunt
Ad 3 ¶ Ad terciū dicenduꝫ. ꝙ rō illa recte ꝓcederet ſi corpus
celeſte ꝑ ſe poſſet imprimere in animā. Impſſio autē cor-
poris celeſtis nō ꝑuenit ad anime eſſentiā niſi ꝑ accidēs
ſcꝫ niſi ꝑ corporis immutatōem cuius ipa eſt actus. volū
tas aūt nō oritur ex eſſentia anime. ſm̄ ꝙ eſt corpori con-
iuncta. ⁊ ideo rō nō ſeq̄tur. ¶ Ad quartū dōm. ꝙ inſtru
Ad 4 mentū ſpūalis agentis nō agit per virtutem ſpūalem ni-
ſi ꝑ hoc ꝙ agit ꝑ virtutem corporalē. ſm̄ aūt virtutē cor-
poralē corpus celeſte nō poteſt agere niſi in corpus. et iō
actus qui eſt ſm̄ virtutem ſpūalem non poteſt pertinge-
re ad animā niſi per accidens. ſcꝫ corpore mediāte. ſed in
corpe actio vtroq̄ mō eius ꝑuenit. ex virtute eñ corpora
li mouet qualitates elemētares. ſcꝫ calidū humidū et hu
iuſmodi. ſed ex virtute ſpūali mouet ad ſpeciem ⁊ ad effe-
ctus cōſequentes totam ſpeciem qui non poſſunt in qua-
Ad 5 litates elementares reduci ¶ Ad quintum dicenduꝫ. ꝙ
aliquis effectus eſt a corporibus celeſtibus in iſtis inferio
ribus qui non cauſatur ex calido et frigido. ſicut ꝙ ma-
gnes attrahit ferrum. ⁊ per hunc modū aliqua diſpoſitio
in corpore humano relinquitur ex corpore celeſti. ex quo
cōtingit ꝙ cauſa ei ꝯiuncta inclinetur ad hoc vel illud ar
tificium. ¶ Ad ſextum dicendū. ꝙ verbū yſaac ſi oporꝫ Ad 6
ſaluari eſt intelligendū ſm̄ inclinationē tantū modo pre
dicto ¶ Ad ſeptimū dicendū. ꝙ multitudo in pluribus
ſequitur inclinationes naturales inquantū homies mul Ad 7
titudinis acquieſcunt paſſionibus. ſed ſapientes ratione
ſuperant paſſiones ⁊ inclinatōes predictas. Et ideo ma
gis eſt probabile de aliqua multitudine ꝙ operetur illud
ad quod inclinat corpus celeſte q̄ꝫ de vno homine ſingu
lari qui forte ꝑ rationem ſuperat inclinationē predictam
et ſimile eſſet ſi vna multitudo hominū colericorum po-
neretur nō de facili contingeret quin ad iracundiā moue
rentur q̄uis de vno poſſet magis accidere

¶ Materia ſexta de predeſtinatione.

## Queſtio ſexta de pre

deſtinatione. Primo vtrum predeſtinatio
pertineat ad ſcientiam vel voluntatem Se
cūdo vtrum preſcientia meritoꝝ ſit cauſa vel ratio p̄de-
ſtinatiōis. Tercio vtrū p̄deſtinatio habeat certitudinē
vel non. Quarto vtrum numerus predeſtinatoꝝ ſit cer
tus. Quinto vtrū predeſtinantis ſit certa ſua predeſtina
tio. Sexto vtrum p̄deſtinatio poſſit iuuari precibꝫ ſctōꝝ

## Queſtio eſt de pre

deſtinatione. Et p̄mo queritur vtrū
pertineat ad ſcientiā vel voluntatē
Et videt̄ ꝙ ad voluntatē ſicut ad
genus. quia ſicut dicit Auguſtinꝰ in .j.
libro de p̄deſtinatione ſanctoꝝ. p̄deſtinatio eſt propoſitū
miſerendi. ſed ꝓpoſitum eſt volūtatis. ergo ⁊ predeſtina-
tio. ¶ Preterea. Predeſtinatio videtur idem eſſe cū ele- 2
ctione eterna. de qua dicitur Eph. p̄mo. elegit nos in ipo
⁊c̄. quia ijdem dicunt̄ electi ⁊ predeſtinati. ſed electio ſm̄
phm̄ in ſexto ethicoꝝ. magis eſt appetitus q̄ꝫ intellectus.
ergo ⁊ p̄deſtinatio magis ad voluntatem q̄ꝫ ad ſcientiā
pertinet. ¶ Sed diceres ꝙ electio p̄deſtinationē prece- Solutio
dit nec eſt idem ei. ¶ Sed contra. voluntas ſeq̄tur ſcien-
tiam ⁊ non precedit. ſed electio ad voluntatem pertinet. 3
ſi ergo dei electio p̄deſtinationē precedit. p̄deſtinatio non
poteſt ad ſcientiā ꝑtinere. ¶ Preterea. Si predeſtinatio
ad ſcientiam ꝑtineret idem videret̄ eſſe predeſtinatio et 4
ſcia. et ſic quicūq̄ p̄ſciret ſalutē p̄deſtinaret illū. ſed h̄ eſt
falſum. propheta eñ p̄ſciuit ſalutem gentium quā non p̄
deſtinauit. ergo ⁊c̄. ¶ Preterea. Predeſtinatio cauſalita- 5
tem importat. ſed cauſalitas non eſt de ratione ſcientie.
ſed magis de ratione volūtatis. ergo predeſtinatio ma-
gis pertinet ad voluntatem q̄ꝫ ad ſcientiam ¶ Preterea 6
Voluntas in hoc a potentia differt ꝙ potentia reſpicit
effectus tantū in futuro. non eſt eñ potentia reſpectu eo-
rum que ſunt vel fuerunt. voluntas vero reſpicit equali-
ter effectum preſentem ⁊ futurum. ſed predeſtinatio di-

cit effectũ in pſenti ⁊ in futuro. vnde ab Auguſtino dr̃ ꝙ
predeſtinatio eſt ꝑparatio gratie in pñti et glie in futuro.
ergo pdeſtinatio ꝑtinet ad voluntatẽ ¶ Pre. Scia non
7 reſpicit res vt factas vel faciẽdas ſed magis vt ſcitas vl'
ſciẽdas. pdeſtinatio vero reſpicit aliqđ qđ eſt fiendum. g̃
8 pdeſtinatio ad ſciam nõ ꝑtinet. ¶ Pre. Effectus magis
denoiaṭ a cauſa ꝓxima q̃ʒ a remota. ſicut hõ generatus
ab hoie magis q̃ʒ a generãte ſole. ſed ꝑparatio eſt a ſcien/
tia ⁊ volũtate. ſcientia aũt eſt cauſa ꝑo: ⁊ remotio: q̃ʒ vo
luntas. ergo ꝑparatio magis ꝑtinet ad voluntateʒ q̃ʒ ad
ſcientiam. ſed pdeſtinatio eſt ꝑparatio ad grãm ⁊ gloꝛiã.
9 vt dt Aug⁹. ergo ⁊c̃. ¶ Pre. Quãdo multi motus oꝛdi
nanṭ ad vnũ terminũ tota motuũ coordinatio recipit no
men vltimi motus. ſicut ad deducendũ formã ſubſtantia
lem de potentia materie oꝛdinaṭ primo alteratio. ſecundo
generatio. ⁊ totum nominaṭ generatio. ſed ad aliquid ꝑ
parandũ oꝛdinatur pmo motus ſcie. ſecũdo motus volũ
tatis. ergo totũ debet volũtati attribui. ⁊ ita pdeſtinatio
10 in volũtate eſſe videtur. ¶ Pre. Si vnũ oppoſitoꝝ maxi/
me appropriaṭ alicui reliquũ maxime remouetur ab eodẽ
ſed mala maxime appropriãṭ diuine preſcientie. malos
eñ dicimus pſcitos. ergo preſciẽtia non reſpicit bona. p/
deſtinatio aũt eſt de bonis ſalutaribꝫ tantũ. ergo predeſti
natio ꝑtinet ad preſcientiã ¶ Pre. Illud quod ꝓprie dici
11 tur gloſa nõ indiget. ſed in hac ſcriptura quãdo cognitio
reſpectu boni diciṭ gloſatur pro approbatione. vt ptꝫ pri
ma Corin. viij. ſi quis aũt diligit deũ hic cognitus eſt ab
eo .i. approbatus Et ſcđa Thimo. ſcđo. cognouit dñs q̃
12 ſunt eius .i. approbat. ergo noticia nõ eſt ꝓprie de bonis. ſꝫ
predeſtinatio eſt bonoꝝ ⁊ de bonis. g̃ ⁊c̃. ¶ Pre. Prepa/
rare eſt motiue virtutis. quia ad opus ꝑtinet. ſed pdeſti/
natio eſt ꝑparatio. vt dictum eſt. ergo pdeſtinatio ad vir
tutem motiuã ꝑtinet. ergo ad voluntatẽ ⁊ nõ ad ſcientiã
¶ Pre. Ratio exemplata ſeqtur rõnem exemplarẽ. ſed in
13 rõne humana que eſt exẽplata a diuina videmus ꝙ prepa
ratio eſt volũtatis ⁊ nõ ſcie. ergo in preparatione diuina
erit ſiliter. ⁊ ſic idem qđ prius. ¶ Pre. Attributa diuina
14 ſunt idem ſm rem. ſed differentia eoꝝ oſtendiṭ ex diuerſi
tate effectuũ. ad illud ergo attributũ debet reduci aliqđ
de deo dictum cui eius effectus appropriaṭ. ſed gratia et
gloꝛia pdeſtinationis ſunt effectus ⁊ appropriãṭ volun/
tati ſiue bonitati. ergo ⁊ pdeſtinatio ad voluntatẽ ꝑtinet
et nõ ad ſcientiam.

Inſtantie ¶ Sed cõtra eſt quod dicit gloſa ſuꝑ illud Romano
rũ octauo. quos preſciuit ⁊ predeſtinauit ⁊c̃. predeſtina/
tio inquit eſt preſcientia ⁊ preparatio beneficioꝝ dei. ergo
2 ⁊c̃. ¶ Pre. Omne predeſtinatũ eſt ſcitum. ſed nõ ecõuer/
ſo. ergo predeſtinatum eſt in genere ſciti. ergo ⁊ predeſti/
3 natio erit in genere ſcie ¶ Pre. Magis eſt ponendũ vnũ
quodq̃ʒ in genere eius quod cõuenit ei ſemꝑ. q̃ʒ in genere
eius quod nõ cõuenit ei ſemꝑ. ſed predeſtinationi conue/
nit ſemꝑ id quod eſt ex parte ſcientie. ſemꝑ eñ predeſti/
nationẽ preſcientia cõcomitatur. non autẽ ſemꝑ cõcomi/
tatur eam appoſitio gratie que eſt ei per voluntateʒ. quia
predeſtinatio eſt eterna. appoſitio auteʒ gratie tẽpoꝛalis.
ergo predeſtinatio magis debet poni in genere ſcientie
4 q̃ʒ voluntatis. ¶ Preterea. Habitus cognitiui ⁊ opera
tiui inter intellectuales virtutes a pħo computanṭ que
ad rõnem magis ꝑtinent q̃ʒ ad appetitum. vt pꝫ de pru
dentia ⁊ arte in ſexto ethicoꝝ. ſed predeſtinatio impoꝛtat
principiũ operatiuũ ⁊ cognitiuũ. quia etiam eſt ꝑparatio
et pſciencia. vt ex definitione inducta patet. ergo prede/
ſtinatio magis ꝑtinet ad cognitionẽ q̃ʒ ad voluntatem.
¶ Prete. Contraria ſunt in eodem genere. ſed predeſti/ 5
nationi eſt contraria reprobatio. cum ergo reprobatio ſit
in genere ſcientie. quia deus preſcit maliciam reproboꝛuʒ
et non facit eam. videṭ ꝙ predeſtinatio ſit in genere ſciẽtie
¶ Reſponſio dicendũ. ꝙ deſtinatio vnde nomẽ prede
ſtinationis aſſumiṭ impoꝛtat directionẽ alicuius in finem R.a
vnde aliquis diciṭ nunciũ deſtinare qui euʒ dirigit ad ali
quid faciendũ. ⁊ quia illud quod ꝓponimus ad exequuti
onẽ dirigimus ſicut ad finem. ideo id quod ꝓponimus di
cimur deſtinare. ſm illud Machabe. ſexto de eleazaro ꝙ
deſtinauit in coꝛde ſuo nõ admittere illicita propter vite
amoꝛem. ſed hec prepoſitio que adiungitur adiungit oꝛdi
nem ad futurũ. vnde cum deſtinare non ſit niſi eius quod
eſt. predeſtinare poteſt eius eſſe quod non eſt. ⁊ quantuʒ
ad hec duo pdeſtinatio ſub prouidentia collocaṭ vt pars
eius. dictum eſt eñ in ꝑcedenti queſtione de prouidentia.
ꝙ ad prouidentiã pertinet directio in finem. prouidẽtia
etiam a Tullio ponitur reſpectu futuri. vt a quibuſdam
definitur. ꝙ ꝓudentia eſt pſens noticia futuri ꝑtractãs
euentũ. Sed tamẽ predeſtinatio quantũ ad duo a proui
dentia differt. prouidẽtia eñ dicit vniuerſaliter oꝛdinatio
nem in finem. vnde ſe extendit ad omnia que a deo in fi/
nem aliquem oꝛdinantur ſiue rationalia ſiue irrationalia
ſiue bona ſiue mala. Predeſtinatio autem reſpicit illũ tm̃
finem qui eſt principalis rationalis creature. vtpote glo/
riam. ⁊ ideo predeſtinatio non eſt niſi hominuʒ ⁊ eoꝛum
que ſpectant ad ſalutem. Differt autem etiam alio mo/
do. In qualibet enim oꝛdinatione ad finem eſt duo conſi/
derare. ſcʒ ipſum oꝛdinem. ⁊ exitum et euentum oꝛdinis.
non eñ oĩa que ad finem oꝛdinãtur finem cõſequuntur
prouidentia ergo oꝛdinem in fineʒ reſpicit tantũ. vnde ꝑ
dei prouidentiã omnes homines ad beatitudinem oꝛdi/
nantur. ſed predeſtinatio etiam reſpicit exitum ⁊ euentũ
oꝛdinis. vnde non eſt niſi eoꝛum qui gloꝛiam conſequũtur
Sicut igitur ſe habet ꝓudentia ad impoſitioneʒ oꝛdinis
ita ſe habet predeſtinatio ad oꝛdinis exitum vel euentuʒ.
ꝙ eñ aliqui finem gloꝛie conſequunṭ nõ eſt principaliter
ex proprijs viribus. ſed ex auxilio gratie diuinitus date.
vnde ſicut de prouidentia dictum eſt ꝙ cõſiſtit in actu ra/
tionis ſicut ⁊ prudentia cuius eſt pars. eo ꝙ ſolius ratio/
nis eſt dirigere vel oꝛdinare. ita etiaʒ ⁊ predeſtinatio in ac
tu rationis conſiſtit dirigentis vel oꝛdinãtis in fineʒ. ſed
ad directõem in finem preexigitur voluntas finis. nullus
eñ in finem aliquid oꝛdinat qđ nõ vult. vnde etiam ⁊ ꝑ/
fecta prudentie electio nõ poteſt eſſe niſi in eo qui habet
virtutẽ moꝛalem ſm pħm in ſexto ethicoꝛũ. ꝑ virtutem
eñ moꝛalẽ appetitus alicuius in fine ſtabilitur ad quem
prudẽtia oꝛdinat. finis aũt in quẽ pdeſtinatio dirigit vel
oꝛdinat non eſt vniuerſaliter cõſideratus. ſed ſm compa
tionẽ eius ad illum qui finẽ illum cõſequitur. quare opoꝛ
tet eum eſſe diſtinctũ apud dirigentem ab his qui finem
illũ nõ cõſequuntur. Et ideo pdeſtinatio pſuꝑponit dile
ctionẽ per quã deus vult ſalutẽ alicuius. vnde ſicut pru
dens nõ oꝛdinat in finem niſi inquantũ temperatus vel
iuſtus. ita etiam deus nõ eſt predeſtinans niſi inquantuʒ
eſt diligens. ꝑexigitur etiam ⁊ electio ꝑ quã ille qui in fi/
nem infallibiliter dirigitur ab alijs ſeparaṭ qui nullo mo/
do in finem diriguṇṭ ⁊ oꝛdinãtur. hec aũt ſeꝑatio non eſt
ꝓpter diuerſitatẽ aliquã inuentã in his q̃ ſeparanṭ q̃ poſſꝫ
ad amoꝛeʒ incitare. quia antequã nati eſſent aut aliquid
boni egiſſent aut mali dictum eſt Jacob dilexi. Eſau

vno termino in alium eſt in inſtāti. qđ quidē in aliquibꝰ
oppoſitis ↄtingit. in aliquibꝰ nō. Quēcunqꝫ em̄ inter mo
tus terminos ē accipere aliquod mediū oportet ꝙ tran
ſitus de vno termino in aliū ſit ſucceſſiuus. qꝛ mediū eſt
in quod p̄mo mutať qđ moueť ↄtinue ꝙ̄ in vltimū. vt
patet ꝑ p̄hm in. v. phyſ. Et intelligo mediū ꝑ qualēcun
qꝫ diſtantiā ab extremis ſiue ſit diſtantia in ſitu. ſicut in
motu locali. ſiue ſit diſtantia ſꝫm rationē quātitatis ſicut
in motu augmenti ⁊ diminutionis. ſiue ſꝫm rationē for-
me vt in alteratione. ⁊ hoc ſiue illud medium ſit alterius
ſpeciei ſicut pallidum inter nigrū ⁊ album. ſiue eiuſdem
ſpeciei ſicut minus calidū inter magis calidū ⁊ frigidū.
Quēcunqꝫ vero inter duos terminos motꝰ vel mutatio
nis non poteſt medium eſſe aliquo predictoꝝ modoꝝ
tunc tranſitus de vno termino in aliū nō eſt in tempore.
ſed in inſtanti. Hoc aūt contingit qñcunqꝫ duo termini
motus ſunt affirmatio ⁊ negatio. ſiue priuatio ⁊ forma.
nam inter affirmationē ⁊ negationē nullo modo eſt me-
dium. nec inter priuationē ⁊ formā circa ꝓprium ſuſcepti-
bile. ⁊ hoc dico non ꝑ modum quo aliquid alterius ſpe
ciei eſt mediū inter extrema. ſed per modū quo aliquid ē
medium ſꝫm intenſionem ⁊ remiſſionem. Vñ etſi nō poſ
ſit eſſe medium per ſe inter ea. poteſt eſſe medium per ac
cidens. nam negatio ſiue priuatio per ſe loquendo non in
tenditur neqꝫ remittitur. ſed per accidens ſꝫm ſuam cau
ſam poteſt conſiderari aliqua eius intenſio vel remiſſio.
vt ſi dicatur magis eſſe cecus qui habet oculum erutum
ꝙ̄ qui habet aliquā infirmitatem in oculo. ex eo ꝙ cauſa
cecitatis eſt efficacior. Sic igitur accipiendo huiuſmodi
mutationes ſꝫm ꝓprios terminos ꝑ ſe loquēdo oportet
eas eſſe inſtantaneas ⁊ non in tempore ſicut eſt illumina
tio generatio aut corruptio ⁊ alia huiuſmodi. Accipien
do vero eas quantū ad cauſas ſuoꝝ terminoꝝ poteſt in
eis conſiderari ſucceſſio. ſicut patet in illuminatione. nā
ꝙ̄uis aer ſubito tranſeat de tenebris ad lumen. tamen
cauſa tenebroſitatis ſucceſſiue tollitur. ſcꝫ abſentia ſolis
qui per motum localem ſucceſſiue fit preſens. ⁊ ſic illumi
natio eſt terminus motus localis. ⁊ ē indiuiſibilis. ſicut
et quilibet terminus continui. Dico igitur ꝙ extrema iu
ſtificationis ſunt gratia ⁊ priuatio gratie. inter que nō ca
dit medium circa propriū ſuſceptibile. Unde oportet ꝙ
tranſitus de vno in alterū ſit in inſtanti ꝙ̄uis cauſa hu-
ius priuationis ſucceſſiue tollatur vel ſꝫm ꝙ homo cogi
tando diſponit ſe ad gratiam. vel ſaltem ſꝫm ꝙ tempus
preterit poſtꝙ̄ deus gratiam ſe daturū preordinauit. et
ſic gratie infuſio fit in inſtanti. Et quia cū expulſio culpe
ſit formalis effectus gratie infuſe. inde eſt ꝙ tota iuſtifi-
catio impij eſt in inſtanti. Nā forma et diſpoſitio ad for
mā completam totum eſt in inſtanti

Ad .i. ¶ Ad primū ergo dicēdum. ꝙ qñ ſunt duo motꝰ om
nino deſperati non poſſunt ſimul eſſe in eadem potentia.
ſed ſi vnū ſit ratio alterius tunc ſimul eſſe poſſunt. quia
tunc quodāmodo ſunt vnus motus. ſicut cum aliquis
aliquid ꝓpter finem appetit. ſimul appetit finem ⁊ id qđ ē
ad finem. Et ſimiliter cum aliquis fugit illud qđ eſt fini
repugnans ſimul appetit finem ⁊ fugit contrarium. et ſi
mul voluntas mouetur in deum et odit peccatum qđ eſt
Ad 2 contra deum. ¶ Ad ſcđm dicendum. ꝙ hmōi motus li-
beri arbitrij ad volūtatē ptinēt. nō ad iraſcibilem ⁊ cōcu
piſcibilem. ⁊ hoc ideo. qꝛ obiectū eoꝝ eſt aliquid intelli-
gibile non aliqđ ſenſibile Inuenitur tamē aliqñ attribui
iraſcibili ⁊ cōcupiſcibili inquantū volūtas ipſa diciť eſſe
iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis propter ſimilitudinem actus.
et tunc ↄtritio poteſt attribui ⁊ cōcupiſcibili inquātum
homo odit peccatum. ⁊ etiam iraſcibili inquantū contra
peccatum iraſcitur vindictam de eo ſumere ꝓponens in ſe Ad 3
ipſo. ¶ Et per hoc patet ſolutio ad tertiū. ad quartum. Ad 4
et ad quintū. ¶ Ad ſextum dicendum. ꝙ voluntas non Ad 5
mouetur ſimul ad contraria proſequenda. ſed ſimul pōt Ad 6
moueri ad vnum fugiēdum ⁊ ad aliud proſequendum.
et precipue ſi proſequutio vnius ſit ratio fuge alterius.
¶ Ad ſeptimū dicendum. ꝙ gratia datur digno non ita Ad 7
ꝙ ſit aliquis ſufficienter dignus anteꝙ̄ habeat gratiam.
ſed quia ex hoc ipſo ꝙ datur facit hominē dignum. vnde
ſimul eſt dignus gratia et gratiam habens. ¶ Ad octa- Ad 8
uū dicēdum. ꝙ ad hoc ꝙ aliqua forma ſucceſſiue recipia
tur in ſubiecto nihil operatur intenſio vel remiſſio eius in
ſubiecto. ſed intenſio vel remiſſio forme contrarie. vel op
poſiti termini. priuatio autem gratie non ſuſcipit magis
et minus niſi per accidens ratione ſue cauſe vt iam dictū
eſt. ⁊ ideo non oportet ꝙ gratia ſucceſſiue recipiatur in
ſubiecto. Si autem in ſubiecto remitteretur poſſet h aliquid conferre hoc ꝙ gratia ſucceſſiue abijceretur. ſꝫ gra-
tia non remittitur in eodem ſubiecto. ⁊ ideo non ſucceſſi-
ue abijcitur propter hoc qꝛ ipſa non remittitur nec ſucceſ
ſiue inducitur ꝓpter hoc ꝙ eius priuatio non remittitur
¶ Ad nonū patet ſolutio ex dictis. nā non ideo diciť mu Ad 9
tatio eē in inſtāti. quia duo termini eius ſunt in inſtanti.
vt dictū eſt. ¶ Ad .x. dicendū. ꝙ fieri alicuius rei ꝑmanē Ad 10
tis poteſt accipi dupliciter. vno mō ꝓprie. ⁊ ſic diciť fieri
res ꝙ̄diu durat motus cuius terminus rei ē generatio
et ſic qđ fit nō eſt in ꝑmanētibꝰ. ſed fieri rei ē ꝑ ſucceſſionē
ſꝫm ꝙ dicit p̄hs in. vi. phyſ. qđ fit fiebat ⁊ fiet. Alio mō
diciť fieri improprie vt ſcꝫ aliqđ fieri dicatur in primo inſtā
ti in quo factū eſt. ⁊ hoc ideo. qꝛ illud inſtans inquantū
eſt terminus prioris tēporis in quo fiebat vſurpat ſibi h
qđ priori tempori debetur. Et ſic non eſt verum ꝙ id qđ
fit non eſt. ſed nunc primo eſt ⁊ ante hoc non erat. ⁊ ſic in
telligendum eſt ꝙ in his que ſubito fiunt ſimul eſt fieri ⁊
factū eſſe. ¶ Ad vndecimū dicendū. ꝙ motus non acci Ad .11.
pitur hic ſꝫm ꝙ eſt exitus de potentia in actum. ſic enim
motus menſuratur tempore. ſed accipitur motus liberi
arbitrij pro ipſa eius operatione q̄ eſt actus perfecti. vt di-
citur in tertio de anima. ⁊ ita poteſt eſſe in inſtanti. ſicut
eſſe perfectum eſt in inſtanti. ¶ Ad duodecimū dicēdū Ad 12
ꝙ in illo inſtanti quo homo iuſtificatur non requiritur
ꝙ ſit contritio ſpecialiter de ſingulis peccatis. ſed gene-
raliter de omnibus contritione ſpeciali de ſingulis pecca-
tis vel precedente vel ſubſequente ¶ Ad decimūtertiū Ad 13
dicendum. ꝙ poſtꝙ̄ homo in culpam incidit non poteſt
eſſe medium inter gratiam ⁊ culpam. quia culpa non au
fertur niſi per gratiam. vt ex ſupra dictis patet. nec gra
